λεως. ταῦτ' εἰπὼν, καὶ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν ἀποδείξας
τοῖς κατηγόροις τοῦ νόμου, διέλυσε τὴν ἐκκλησίαν. οἱ δ'
ὕπατοι, συναγαγόντες ἰδιωτικὸν συνέδριον [n] πατρικίων
τῶν ἀνδρειοτάτων τε καὶ μάλιστα ἐν τῇ πόλει τότ' ἀν-

XL.

Hac eius oratione plebs adeo affecta et commota fuit, tantamque indignationem in aduersarios ostendit, vt (quemadmodum et principio dixi) ne vocem quidem dissuasorum amplius ferre vellet. Sed Icilius tribunus assurgens dixit, caetera quidem recte loquutum Siccium, multisque laudibus hominem ornauit: quod vero dissuadere volentibus dicendi potestatem eriperet, id nec iustum esse, nec moribus ciuitatis receptum dicebat, praesertim, quum de lege ageretur, quae iuri contra violentiam faueret. Eos enim, qui nihil aequi, nec iusti de plebe sentiebant, hanc occasionem fortasse arrepturos, vt ciuitatem iterum turbarent et dissidia pernicioſa in ea sererent. His dictis, iussisque in crastinum adesse, qui legem dissuadere vellent, concionem dimisit. At consules, conuocato domi concilio patrum eorum, qui fortissimi erant, et qui tunc in republica

Per. Iul. 4261. *Ante Chr.* 453. *Olymp.* 81 3/4. *Cat. V.C.* 299. *Var.* 301.

k Λόγους *Vat.*

l Ποιήσειν *Vat.* vulg. ποιῆσαι.

m Male in *Ed. Steph.* χρήσασθαι.

n Πατρικῶν] Rectius in *Cod. Vat.* πατρικίων. quod maluerunt etiam *Sylb.* et *Portus.*

θέντων, ἐδίδασκον αὐτὰς, ὡς κωλυτέος εἴη σφίσιν ὁ νόμος, λόγοις μὲν πρῶτον· ἐὰν δὲ μὴ πείθωσι τὸν δῆμον, ἔργοις. ἐκέλευον δ' ἅπασιν ἥκειν ἕωθεν εἰς τὴν ἀγορὰν ἅμα τοῖς ἑταίροις τε καὶ πελάταις, ὅσοις ἂν ἕκαστος πλείστοις δύνωνται. ἔπειτα τὰς μὲν περὶ αὐτὸ τὸ βῆμα καὶ τὸ ἐκκλησιαστήριον ἑστῶτας ὑπομένειν, τὰς δὲ κατὰ πολλὰ τῆς ἀγορᾶς μέρη συστρέψαντας αὐτὰς διασῆναι, ὥστε [o] διειλῆφθαι τὸ δημοτικὸν διεσπασμένον, καὶ κωλύεσθαι πρὸς αὐτῶν εἰς ἓν συνελθεῖν. ἐδόκει ταῦτα κράτιστα εἶναι, καὶ πρὶν ἡμέραν λαμπρὰν γενέσθαι, τὰ πολλὰ τῆς ἀγορᾶς κατεῖχετο ὑπὸ τῶν πατρικίων.

XLI. Μετὰ ταῦτα οἵ τε δήμαρχοι καὶ οἱ ὕπατοι παῆσαν· καὶ λέγειν ὁ κῆρυξ ἐκέλευσε τὸν βουλόμενον τῷ νόμῳ κατηγορεῖν. πολλῶν δὲ καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν παρόντων, ἑνὸς ἕξάκεστος ἦν ὁ λόγος ὑπὸ τῆ θορύβῳ τε καὶ τῆς ἀκοσμίας τῶν ἐκκλησιαζόντων. οἱ μὲν γὰρ ἐπεκέλευόν τε καὶ ἐπεθάῤῥυνον τὸς λέγοντας, οἱ δ' ἐξεβαλλόν τε καὶ κατεβόων. ἐκράτει δὲ ἅτε ὁ τῶν συλ-

Per. Iul. 4261. *Ante Chr.* 453. *Olymp.* 81 ¾. *Cat.* *V.C.* 299. *Var.* 301.

ca maxime florebant, eos docuerunt, omnibus modis legem impediendam esse, verbis primum, et, nisi rem plebi persuadere possent, factis etiam. iusserunteque omnes mane cum amicis et clientibus, quam plurimis quisque posset, in forum venire. deinde alios circa ipsum tribunal et comitium consistere et se exspectare, alios diuersa fori loca conglobatos occupare, vt plebi variis locis dispersa interciperetur, et, ne in vnum coiret, ab illis prohiberetur. Hoc consilium visum est optimum, atque ante claram lucem variae fori partes a patriciis occupatae fuerunt.

Postea tribuni atque consules eo venerunt: et iusserunt per praeconem eos prodire, qui vellent contra legem dicere. Quum autem multi ac probi viri prodiissent, eorum oratio prae tumultu et confusione concionis a nullo exaudiri poterat. nam eos, qui dicebant, alii adhortabantur, animosque illis addebant; alii eos explodebant, et clamoribus iis obstrepebant. Sed nec fauor

o In *Ed. Steph.* διειλεῖφθαι ait *Sylb.*) insolentius est et minus aptum.

p Ἀγαθὸν] Optime in *Cod. Vat.* ἀθὲν ποιῆσι θαυμαστόν. Vel θαυμαστὸν, vel (quod potius legendum esse suspicatur *Portus*) ἀγασὸν agnouisse videtur *Lapus*, dum vertit: *nil eos mirum facere.*

λαμβανόντων ἔπαινος, ἅτε ὁ τῶν ἀντιπρατ]όντων θόρυβος. ἀγανακ]ούντων δὲ τῶν ὑπάτων, καὶ μαρτυρομένων, ὅτι τῆς βίας ὁ δῆμος ἄρχει, λόγον οὐκ ἀξιῶν ὑπομένειν, ἀπελογοῦντο οἱ δήμαρχοι πρὸς ταῦτα, ὅτι ἤδη πέμπ]ον ἔτος τὸν αὐτὸν ἀκούοντες λόγον, ἐθὲν ποιοῦσιν [p] ἀγασὸν, εἰ μὴ ἀξιοῦσιν ὑπομένειν ἐώλως καὶ καθημαξευμένας ἀντιλογίας. ὡς δὲ τὸ πλεῖον τῆς ἡμέρας εἰς ταῦτα ἐδαπανήθη, καὶ ὁ δῆμος ἀπήτει τὰς ψήφους, ἐκέτ' ἀνασχετὸν ἡγησάμενοι τὸ πρᾶγμα οἱ νεώτατοι τῶν πατρικίων, διῖσασθαί τε βουλομένοις κατὰ φυλὰς τοῖς δημόταις ἐμποδὼν ἐγίνοντο, καὶ τὰ ἀγγεῖα τῶν ψήφων τὰς ἐχούσας ἀφῃροῦντο, [q] καὶ τῶν ὑπηρετούντων εἰς ταῦτα τὰς μὴ βουλομένας ἀπιέναι τύπ]οντές τε καὶ ὠθοῦντες ἐξέβαλλον. κεκραγότων δὲ τῶν δημάρχων, καὶ εἰς μέσας αὐτὰς ὠθουμένων, ἐκείνοις μὲν ὑπεχώρουν, καὶ παρεῖχον, ὅποι βούλοιντο, χωρεῖν ἀδεῶς, [r] τῆ δ' [s] ἄλλῃ δήμῳ

Per. Iul. 4261. *Ante Chr.* 453. *Olymp.* 81 ¾. *Cat.* *V.C.* 299. *Var.* 301.

fauor adiuuantium, nec tumultus aduersantium vincebat. Tum consulibus id indigne ferentibus, et testantibus, violentiae initium a plebe fieri, quod nullius orationem audire vellet: ad haec tribuni responderunt, se, quum iam quintum annum eadem verba audirent, nihil mirandum facere, si obsoletas illas et tritas altercationes amplius pati nollent. Ita igitur diei maiore parte in haec absumta, et plebe calculos postulante, iuuenes patricii, rem non amplius ferendam rati, plebeios in suas tribus secedere parantes impediebant, et vrnas cum calculis diribitoribus eripiebant, et ministros ad id constitutos, si qui nolebant abire, caedendo et pulsando expellebant. Tribunis vero vociferantibus, et in mediam eorum turbam se coniicientibus, ipsis quidem cedebant, eosque tuto, quacunque se intulissent, transire sinebant: at reliquam turbam, quae partim

q Καὶ τῶν ὑπηρετούντων τὰς μὴ βουλομένας ταῦτα ἀφιέναι *Vat.*

r Τῆ τε pro τῆ δὲ in *Cod. Rom.*

s Inclusa e *Cod. Rom.* restituit *Sylb.* In *Cod. Vat.* τῆ δὲ ἄλλᾳ

τό τε ἑπόμενον αὐτοῖς, καὶ τὸ κατ' ἄλλα καὶ ἄλλα μέρη τῆς ἀγορᾶς ὑπὸ θορύβου καὶ ἀταξίας κινούμενον ἐπ' αὐτούς, οὐ παρίεσαν. ὥς γ' ἀνωφελὴς ἦν τῷ δήμῳ ἡ τῶν ἀρχόντων βοήθεια. τέλος δ' ἃ ἐπεκράτησαν οἱ πατρίκιοι, καὶ ἃ εἴασαν ἐπικυρωθῆναι τὸν νόμον. οἱ δὲ προθυμότατα συλλαβέσθαι δόξαντες τοῖς ὑπάτοις, ἐκ τριῶν οἰκιῶν ἦσαν, Ποστούμιοι, καὶ Σεμπρώνιοι, καὶ τρίτοι [t] Κλοίλιοι, γένους τ' ἀξιώσει λαμπρότατοι, καὶ ἑταιρίαις μεγάλαις δυνάμενοι, πλούτῳ τε καὶ δόξῃ, καὶ τοῖς κατὰ πόλεμον ἔργοις ἐπιφανεῖς· καὶ τὰ μὴ κυρωθῆναι τὸν νόμον ἔτοι ὡμολογοῦντο [u] αἰτιώτατοι γενέσθαι.

XLII. Τῇ δ' ἑξῆς ἡμέρᾳ παραλαβόντες οἱ δήμαρχοι τοὺς ἐπιφανεστάτους τῶν δημοτικῶν, ἐσκόπουν, ὅ τι χρήσονται τοῖς πράγμασι, κοινὸν μὲν τοῦτο καὶ [x] παρὰ πάντων ὁμολογούμενον εἰληφότες, τὸ μὴ τοὺς ὑπάτους ἄγειν [y] ὑπὸ τὴν δίκην, ἀλλὰ τοὺς ὑπηρετοῦντας αὐτοῖς ἰδιώτας· ὧν κολαζομένων ἔμελλε τοῖς πολλοῖς τῶν πολιτῶν ἐλάττων ἔσεσθαι λόγος, ὥσπερ ὁ Σίκκιος ὑπετίθετο. περὶ δὲ τοῦ πλήθους τῶν ὑπὸ τὰς αἰτίας ἀχθησομένων, ὅσον εἶναι χρὴ, καὶ περὶ τοῦ ὀνόματος, ὃ θήσονται τῇ δίκῃ, καὶ μάλιστα περὶ τοῦ τιμήματος, πηλίκον ἔσαι τὸ μέγεθος, ἐπιμελῶς ποιούμενοι ζήτησιν. οἱ μὲν ἂν χαλεπώτεροι τὰς φύσεις ἐπὶ τὸ μεῖζόν τε καὶ φοβερώτερον ἅπαντα ταῦτα προάγειν παρῄνουν· οἱ δ' ἐπιεικέστεροι τἀναντίον ἐπὶ τὸ μετριώτερον καὶ φιλανθρωπότερον. ὁ δὲ ταύτης ἡγούμενος τῆς γνώμης καὶ πείσας αὐτοὺς ἦν Σίκκιος, ὁ τοὺς ἐν τῷ δήμῳ περὶ τῆς κληρουχίας διελθὼν λόγους. ἔδοξε δ' ἔν αὐτοῖς, τὸ μὲν ἄλλο πλῆθος τῶν πατρικίων ἐᾶσαι, Κλοιλίους δὲ, καὶ Ποστουμίους, καὶ Σεμπρωνίους ἐπὶ τὸν δῆμον ἄγειν, ὧν ἔπραξαν ὀφείλοντας δίκας· ἐγκαλεῖν δ' αὐτοῖς, ὅτι τῶν ἱερῶν νόμων, οὓς περὶ τῶν δημάρχων ἐκύ-

Per. Iul. 4261. Ante Chr. 453. Olymp. 81 3/4. Cat. V.C. 299. Var. 301.

partim illos sequebatur, partim etiam * incompositio tumultu concitata in ipsos per varias fori partes ferebatur, ** non admittebant. ita vt tribunorum auxilium plebi nihil prodesset. Tandem igitur vicerunt patricii, nec legem perferri passi sunt, qui vero praecipuam operam in ea contentione consulibus alacriter nauasse existimabantur, ex tribus familiis fuere, Postumii, Sempronii, et tertio loco Cloelii, qui et generis dignitate clarissimi erant, et clientelis atque opibus et gloria multum poterant, rebusque bello gestis insignes erant; per quos omnium confessione stetisse fertur, quo minus lex *ea* plebiscito sanciretur.

Postridie tribuni, cum nobilissimis e plebe, consultare coeperunt, quomodo tractandum esset id negotium: et vno omnium consensu

ἄλλα τὰ ἑπομένα αὐτοῖς. ὥστε ἀνωφελὴς ἦν etc. atque ita plane in *Lapi Cod.* nisi quod ἃ παρίεσαν et praeterea verbum aliud habuisse videatur: nam vertit: *sequentibus autem eos plebeiis non cedebant, nec permittebant.* τὰ δὲ ἄλλα δήμου τὸ ἑπόμενον αὐτοῖς ἃ παρίεσαν ex coniectura *Porti.*

* Per alias atque alias fori partes incompositio tumultu ad eos confluxerat.

** *Id est*, transitum ei non dabant.

t *Rom. Cod.* habet Κοίλιοι, itidemque *Lapi* versio. *Sylb.*

u Αἰτιώτατοι *Vat.* vulg. αἴτιοι.

x Illud παρὰ, quod in *Ed. Steph.* deerat, e *Cod. Rom.* et *Lapi* vsurpatur etiam paullo post in loco non multum absimili, v. 15. sed ὑπὸ [vt in *Cod.*

y Ἐπὶ [quod vulgatae dant]

consensu statuerunt, non consulibus diem dicere, sed eorum ministris, qui homines erant priuati; in quos (sicut Siccius monuerat) cum minore ciuium inuidia animaduerti poterat. De reorum autem numero, de criminis nomine, praecipue vero de mulctae *ac litis* aestimatione et magnitudine, diligenter quaerere coeperunt. qui igitur asperiori erant ingenio, haec omnia, ad maiorem terrorem *aduersae factioni* incutiendum, grauius persequenda censebant: contra vero mitiores suadebant, vt haec clementius et humanius tractarentur. huius autem sententiae auctor fuit ille Siccius, qui apud populum de agro dividendo verba fecerat, qui etiam ipsis rem persuasit. Placuit igitur ipsis, caeteros quidem patricios omittere, sed solis Cloeliis et Postumiis et Semproniis diem dicere, quo factorum suorum causam dicerent: et crimini illis dare, quod contra sacratas leges, quas de tribunis senatus populusque Romanus tulerat, (quibus

Per. Iul. 4261. Ante Chr. 453. Olymp. 81 3/4. Cat. V.C. 299. Var. 301.

ρωσεν ἡ βυλὴ καὶ ὁ δῆμος, ἀθενὶ δεδωκότων ἐξουσίαν ἀναγκάζειν τὰς δημάρχους ὑπομένειν τι τῶν ἀβυλήτων, ὥσπερ τὰς ἄλλας πολίτας, ἐκεῖνοι κατασχόντες [z] αὐτὰς, ἀγαγεῖν ἐκώλυσαν ἐπὶ τέλος τὴν περὶ τῦ νόμυ διάγνωσιν. τίμημα δ' ἐφάνη ταῖς δίκαις ὁρίσαι μήτε θάνατον, μήτε φυγὴν, μήτ' ἄλλο ἐπίφθονον μηθὲν, ἵνα μὴ τῦτ' αὐτοῖς γένηται σωτηρίας αἴτιον, ἀλλὰ τὰς οὐσίας αὐτῶν ἱερὰς εἶναι Δήμητρος· τὸ μετριώτατον ἐκλεξαμένοις τῦ νόμυ μέρος. ἐγίνετο ταῦτα, καὶ παρῆν ὁ χρόνος, ἐν ᾧ τὰς κατὰ τῶν ἀνδρῶν ἔδει συντελεῖσθαι δίκας. τοῖς δ' ὑπάτοις καὶ τῶν ἄλλων πατρικίων τοῖς [a] παραληφθεῖσιν εἰς τὸ συνέδριον· ἔτυχον δ' οἱ κράτιστοι παραληφθέντες· ἐδόκει συγχωρεῖν τοῖς δημάρχοις [b] ἐπιτελέσαι τὰς δίκας, ἵνα μή τι μεῖζον κωλυθέντες ἐξεργάσωνται κακὸν, καὶ τοῖς δημόταις ἐπιτρέπειν ἀγριαινομένοις, εἰς τὰ χρήματα τῶν ἀνδρῶν ἐκχέαι τὴν χολὴν, ἵνα τιθασσότεροι γένωνται τὸ λοιπὸν, λαβόντες ὁπόσην γῆν παρὰ τῶν ἐχθρῶν δίκην, ἄλλως τε καὶ τῆς εἰς τὰ χρήματα ζημίας εὐδιόρθωτον ἐχούσης τοῖς πεπονθόσι τὴν συμφοράν. ὅπερ καὶ συνέβη. ἁλόντων γὰρ τῶν ἀνδρῶν ἐρήμους τὰς δίκας, ὅ τε δῆμος ἀγριαινόμενος ἐπαύσατο, καὶ τοῖς δημάρχοις ἐδόκει τις ἀποδεδόσθαι μεδρία [c] γῆν" καὶ πολιτικὴ δύναμις καὶ βοήθεια· τοῖς τ' ἀνδράσι τὰς οὐσίας οἱ πατρίκιοι παρὰ τῶν ὠνησαμένων [d] ἐκ τῦ δημοσίυ, τῆς ἴσης λυσάμενοι τιμῆς ἀπέδοσαν. καὶ τὰ μὲν κατεπείγοντα δεινὰ, τῦτον τὸν τρόπον χρησαμένοις τοῖς πράγμασιν αὐτῶν, διελέλυτο.

Μετ' ὀλὺ δὲ πάλιν τῶν δημάρχων τὸν ὑπὲρ τῦ νόμυ εἰσφερόντων λόγον, αἰφνιδίως τις [e] ἀγγελθεῖσα πολεμίων ἔφοδος ἐπὶ τὴν τῶν Τυσκλάνων [f] πόλιν, αἰτία

XLIII.

Per. Iul. 4261. *Ante Chr.* 453. *Olymp.* 81 3/4. *Cat.* *V.C.* 299. *Var.* 301.

(quibus diserte cauebatur, ne quis tribunos, vt alios ciues, aliquid contra voluntatem suam perpeti cogeret) ipsi eos impedirent, ne cognitionem de lege perferrent ad populum. litis vero aestimationem placuit statuere non capitale supplicium, neque exsilium, neque aliquid aliud inuidiosum, ne hoc ipsum illis salutem afferret; sed bona eorum Cereri dicare placuit: quae poena omnium mitissima lege praescribebatur. Factum est ita, diesque venit, quo iudicium de illis viris peragendum erat. Consulibus autem et reliquis patriciis in senatum conuocatis, (praestantissimi vero quique conuocati fuerant) placuit tribunis concedere, vt iudicium peragerent, ne forte prohibiti aliquid

Cod. Vat.] vsitatior est, vt mox v. 5. et supra p. 1993. v. 15. et alibi saepe. *Sylb.*

z Αὐτὺς ἐκώλυσαν ἐπὶ τέλος ἄγειν *Vat.*

* Electa legis parte moderatiore. *Lapus.*

a In *Ed. Steph.* περιλειφθεῖσι. ad quod alludit etiam *Gelenii* versio: *consules et reliquae patriciorum familiae, quae frequentes in senatu aderant. Lapus* videtur maluisse παρελθεῖσι, seu παραγεγονόσι, *in senatum conuenientibus.* nostrum παραλειφθεῖσι e *Cod. Rom.* desumtum est, in quo sic legitur hoc membrum: καὶ τοῖς παραληφθεῖσιν εἰς τὸ συνέδριον τῶν πατρικίων, *et patriciis in consilium adhibitis. Sylb.* Παραληφθεῖσιν habet etiam *Vat.* Παρακληθεῖσιν malit *Portus.* vulg. παραλειφθ.

b Ἐπιτελέσασθαι *Vat.*

* Damnatis his viris, deserto iudicio, plebs etc. *Lapus.*

c Non agnoscit *Vat.* vt et mox δύναμις καὶ v. eod.

d Si comma istud ἐκ τῦ δημοσίυ ad sequentia referatur, sensus erit: *et patricii damnatis bona sua restituerunt, aequo pretio ab illis, qui emerant, e publico aerario redemta.*

e Ἀπαγγελθεῖσα *Vat.*

f Inclusa (quae e *Cod. Rom.* addidit

quid grauius patrarent; et plebeiis efferatis permittere, vt bilem suam in patrimonia illorum virorum effunderent, quo mansuetiores in posterum fierent, sumto de inimicis supplicio, quod voluissent, praesertim quum iactura illius pecuniariae multae facile ipsis reis damnatis sarciri posset. quod etiam accidit. *Quum enim rei, vadimonio deserto, absentes damnati fuissent; et ipsa plebs feritatem suam deposuit, et ipsis tribunis moderata quaedam ac ciuilis potestas et auxilium restitutum videbatur: et patricii damnatis bona sua reddiderunt, restituto his, qui a plebe illa emerant aequo pretio. Quum igitur illi in his rebus ita se gessissent, mala reipublicae impendentia disiecerunt.

Per. Iul. 4261. *Ante Chr.* 453. *Olymp.* 81 3/4. *Cat.* *V.C.* 299. *Var.* 301.

Nec multo post tribunis iterum mentionem de ea lege facientibus, derepente allatus nuncius, de hostium in agrum Tusculanum

κωλύσεως ἀποχρῶσα ἐγένετο. τῶν γὰρ Τυσκλάνων [e] κατὰ πλήθη εἰς τὴν Ῥώμην ἀφικομένων, καὶ λεγόντων, ὅτι δυνάμει πολλῇ [h] πάρεισιν Αἰκανοὶ, καὶ τὴν μὲν χώραν αὐτῶν ἤδη διηρπάκασι, τὴν δὲ πόλιν, ἐὰν μή τις γένηται ταχεῖα ἐπικουρία, φθάσουσιν ἐντὸς ὀλίγων ἡμερῶν αἱρήσοντες· ἡ μὲν δὴ βουλὴ τὰς ὑπάτους αὐτοῖς ἐψηφίσατο βοηθεῖν ἀμφοτέρους· οἱ δ' ὕπατοι, στρατολογίαν προθέντες, ἐκάλουν τοὺς πολίτας ἅπαντας ἐπὶ τὰ ὅπλα. ἐγένετο μὲν δὴ [i] τις καὶ τότε στάσις, ἐναντιουμένων τῇ καταγραφῇ τῶν δημάρχων, καὶ τὰς ἐκ τῶν νόμων τιμωρίας ἀ συγχωρησάντων ποιεῖσθαι κατὰ τῶν ἀπειθούντων. ἔπραξε δ' οὖν. συνελθοῦσα γὰρ ἡ βουλὴ γνώμην ἀπεδείξατο, τοὺς πατρικίους ἐπὶ τὸν πόλεμον ἐξιέναι σὺν τοῖς ἑαυτῶν πελάταις· τῶν δ' ἄλλων πολιτῶν τοῖς μὲν βουλόμενοις μετέχειν τῆς [k] στρατείας ἐπὶ σωτηρίᾳ τῆς πατρίδος γενομένης, [l] ὅσια εἶναι τὰ πρὸς θεὸς, τοῖς δ' ἐγκαταλείπουσι τὰς ὑπάτους ταναντία. ὡς δ' ἀνεγνώσθη τὸ δόγμα τῆς βουλῆς ἐν ἐκκλησίᾳ, πολλοὶ καὶ τῶ δήμω τὸν ἀγῶνα ἑκόντες ὑπέμειναν· οἱ μὲν ἐπιεικέστατοι δι' αἰσχύνην, εἰ μηδὲν ἐπικουρήσουσι πόλει [m] συμμάχῳ διὰ τὴν πρὸς αὐτὰς εὔνοιαν ἀεί τι πρὸς τῶν ἐχθρῶν βλαπτομένῃ· ἐν οἷς ἦν καὶ ὁ Σίκκιος ἐκεῖνος, ὁ κατηγορήσας ἐν τῷ δήμῳ τῶν σφετερισαμένων τὴν δημοσίαν γῆν, σπεῖραν ἐπαγόμενος ὀκτακοσίων ἀνδρῶν, [n] οἳ στρατεύεσθαι μὲν ἐκέτι ὥραν εἶχον, ὥσπερ ὁδ' ἐκεῖνος, ὁδ' ἐπιπτον ὑπὸ τὰς ἀνάγκας τῶν νόμων· τιμῶντες δὲ τὸν ἄνδρα διὰ πολλὰς καὶ μεγάλας εὐεργεσίας, [o] ἐξιόντος ἐπὶ τὸν πόλεμον οὐκ ἐδικαίωσαν ἀπολείπεσθαι. καὶ ἦν τοῦτο τὸ μέρος τῆς ἐξελθούσης τότε δυνάμεως ἐμπειρία τ' ἀγώνων, καὶ τῇ παρὰ τὰ δεινὰ εὐτολμίᾳ, μακρῷ τῶ ἄλλω ἄμεινον. οἱ δὲ πολλοὶ χάριτι καὶ παρακλήσει τῶν πρεσβυ-

num irruptione, conatus eorum plane impediuit. Tuſculanis enim magno numero Romam profectis, ac dicentibus, Aequos cum ingenti exercitu adeſſe, et agrum ſuum ab illis iam populatum, vrbemque (niſi celeriter aliquod ſubſidium mitteretur) intra paucos dies expugnatum iri, ſenatus decreuit, vt ambo conſules auxilium illis ferrent. Conſules vero, delectibus indictis, ciues vniuerſos vocarunt ad arma. Tunc quoque orta eſt ſeditio, tribunis delectus impedientibus, et poenas legibus ſtatutas de contumacibus ſumi non ſinentibus: ſed fruſtra. ſenatus enim coactus decreuit, vt patricii cum ſuis clientibus ad bellum proficiſcerentur: reliquis vero ciuibus, qui ad illam expeditionem pro patriae ſalute ſuſceptam ſe ſocios vltro addidiſſent, deos propitios fore *dixit*, contra vero conſulum deſertoribus

Per. Iul. 4261. *Ante Chr.* 453. *Olymp.* 81 3/4. *Cat.* *V.C.* 299. *Var.* 301.

addidit *Sylb.*) a πόλιν ad Τυσκλάνων agnoſcit *Cod. Vat.* atque etiam *Lapi* verſio. itaque aliorum coniecturas non moramur.

g Κατὰ πλῆθος *Vat.*

h Plenius in *Cod. Vat.* πάρεισιν ἐπ' αὐτὰς Αἰκανοὶ.

i τις καὶ τότε *Vat.* vulg. deeſt τις.

k Magis proprie στρατείας. *Sylb.* vulg. στρατιᾶς.

l Senſus videtur eſſe: et ſi qui e caeteris ciuibus ſe ad expeditionem pro ſalute patriae ſuſceptam

ſertoribus infenſos. Eo ſenatuſconſulto in concione recitato, multi etiam de plebe nomina ad illam militiam vltro dederunt; ac homines optimi ingenii, pudore moti, ne ciuitati foederatae, propter ſuam beneuolentiam erga populum Romanum ſemper ab hoſtibus vexatae, deeſſent: inter quos erat et Siccius ille, qui apud populum inuectus fuerat in eos, qui agrum publicum occuparant; ducebatque cohortem octingentorum virorum, qui aetate quidem militari non amplius erant, vt nec ille, quique nullis militiae legibus erant obnoxii: ſed illum virum ob multa et magna beneficia ab eo accepta honorantes, ad militiam proficiſcentem deſerere aequum eſſe non cenſuerunt. atque iſta pars copiarum, tunc ex vrbe eductarum, reliquum exercitum rei militaris peritia et fortitudine longe ſuperabat. Alii autem multi, gratia et adhortatione ſeniorum adducti,

Per. Iul. 4261. *Ante Chr.* 453. *Olymp.* 81 3/4. *Cat.* *V.C.* 299. *Var.* 301.

ſuſceptam vellent addere ſocios; iis ſalus eſſent pietatis iura: contra ii, qui conſules deſererent, pro impiis et exſecratis haberentur; i. e. a religionis et communis publicae conſortio excluderentur. *Sylb.*

m Et συμμάχων retineri poteſt, et συμμάχῳ reponi. *Lapus* eam vocem in ſua verſione non expreſſit. *Sylb.*

n Illud οἳ, e *Cod. Rom.* additum, agnoſcit [*Cod. Vat.*] et *Lapi* verſio. *Sylb.*

o In *Ed. Steph.* ἐξιόντων. ſed ſingulare praeferendum, ex auctori-

τάτων ὑπαχθέντες εἵποντο. ἦν δέ τι μέρος, ὃ τῶν ὠφελειῶν ἕνεκα τῶν ἐν ταῖς στρατείαις γινομένων πάντα κίνδυνον ἕτοιμον ἦν ὑπομένειν. καὶ δι' ὀλίγης χρόνου δύναμις ἐξῆλθε πλήθει τ' ἀποχρῶσα, καὶ παρασκευαῖς [p] χρωμένη λαμπροτάταις. οἱ μὲν οὖν πολέμιοι προακήσαντες, ὅτι μέλλοιεν ἐπ' αὐτὰς ἐξάγειν Ῥωμαῖοι στρατιάν, ἀπῆγον ἐπ' οἴκου τὰς δυνάμεις. οἱ δ' ὕπατοι κατὰ σπουδὴν ἐλαύνοντες, καταλαμβάνουσιν ἐστρατοπεδευκότας αὐτὰς πόλεως Ἀντίου πλησίον ἐν ὑψηλῷ καὶ ἀπορώτῳ χωρίῳ, καὶ τιθενται τὴν παρεμβολὴν τῆς ἐκείνων οὐ πρόσω. τέως μὲν οὖν ἐν ταῖς ἑαυτῶν ὑπέμενον ἀμφότεροι παρεμβολαῖς. ἔπειτα καταφρονήσαντες τῶν Ῥωμαίων Αἰκανοὶ [q] τῆς [r] προεπιχειρήσεως, καὶ πλῆθος

Per. Iul. 4261. *Ante Chr.* 453. *Olymp.* 81 3/4. *Cat.* *V.C.* 299. *Var.* 301.

ducti, eos sequebantur. erant etiam nonnulli, qui spe praedae, quae militiae quaeritur, ad quaeuis pericula subeunda parati erant. breuique temporis spatio exercitus, satis validus et instructus splendidissime, eductus est. At hostes, quum praesensissent Romanos cum copiis contra se venturos, exercitum suum domum reduxerunt. Sed consules, iter magna festinatione facientes, eos prope Antium assequuti sunt, in excelso et praerupto quodam loco castra metatos; et ipsi quoque non procul ab illis castra posuerunt. et aliquamdiu vtrique intra sua castra se continuerunt. Tandem Aequi, contemtis Romanis, quod se priores non inuasissent, ratique, eos

auctoritate *Codd. Rom.* et *Vat.* et *Lapi* verſionis.

p Κεχρημένη *Vat.*

q Inclusum ὲ [quod deest in *Ed. Steph.* et *Cod. Vat.*] e *Cod. Rom.* insertum agnoscit etiam *Lapi* versio. Si non addatur, referenda haec erunt ad Aequos, *quod ipsi priores hostem aggressi essent.* Huic lectioni similis apud *Arist.* Anal. post. l. II. c. 14. ἡ μὴ ὑπομονὴ *Sylb.* Vide *Annott.*

r Τῆς ὲ προεπιχειρήσεως] Imitatur autem etiam hic *Thucydidem:* qui libro primo dixit similiter τὴν τῶν γεφυρῶν ὲ διάλυσιν. et libro quinto τὴν ὲκ ἀπόδοσιν dixit, et iterum eodem libro, τὴν ὲκ ἔξουσίαν. item alibi, διὰ τὴν ὲ περιτείχισιν, quod est διὰ τὸ ἀτείχιστον, vt *Eustathius* interpretatur: qui *Epicurum* quoque dixisse annotat τὴν ὲ παραγένησιν pro τὴν ἀποδημίαν. Sic dixit *Euripides* in Hippolyto, τὴν ὲκ ἀπόδειξιν. *Aristophanes,* τὴν μὴ ἐμπειρίαν. *Xiphilinus* ex *Dione* in M. Antonino: ἐν ὲ ὧν τοῦτο ἐς τὴν ὲκ εὐδαιμονίαν αὐτῷ συνηνέχθη. Et apud ipsum *Dionem* (quod iam ante nos maximus criticorum *Scaliger* monuit) libro quadragesimo quinto: διὰ τὴν τῶν σφαγέων ὲ τιμωρίαν. et lib. quadragesimo nono: αἴτιον τῆς ὲ διώξεως αὐτῷ. Quid quod in lingua sancta hoc loquendi genus aliquando obseruauimus? vt *Ecclesiastae* cap. X. commate octauo: חשׁ בורא quod Graeci verterunt ἐν ὲ ψιθυρισμῷ. *Casaub.*

[s] οὐχ ἱκανὸν εἶναι [t] νομίσαντες, ἀγοράς τ' αὐτῶν περιέκοπτον ἐξιόντες, καὶ [u] τὰς ἐπὶ προνομὴν ἀποστελλομένας ἢ χόρτον ἵππους, ἀνεκρόουτο, καὶ πρὸς ὑδρείαν καταβαίνουσιν αἰφνιδίως ἐπετίθεντο, προεκαλοῦντό τ' εἰς μάχην πολλάκις αὐτός.

Ταῦτα ὁρῶσι τοῖς ὑπάτοις ἐδόκει μηκέτι διατρίβειν τὸν πόλεμον. ἦν δ' ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις ἡ τῷ πολεμεῖν ἐξουσία Ῥωμιλίῳ προσήκουσα· καὶ ὁ τὸ σύνθημα διδοὺς, καὶ εἰς τάξιν καθιστὰς, ἄρχειν τε καὶ παύεσθαι μάχης τὸν καιρὸν ταμιεύων ἐκεῖνος ἦν· ὃς ἐπειδὴ τὰ σηXLIV.

eos non satis numerosum exercitum habere, meatus egressi intercipiebant, atque ad frumentum, aut gramen captandum diuertentes equis immissis repellebant, et aquatum descendentes ex improuiso aggressi sunt, ipsosque ad pugnam saepe provocare non dubitarunt.

Per. Iul. 4261. *Ante Chr.* 453. *Olymp.* 81 3/4. *Cat.* *V.C.* 299. *Var.* 301.

Quibus animaduersis, consules bellum non amplius trahendum duxerunt. Illis vero diebus belli administratio *imperiumque* penes Romilium erat: et illius erat pugnae signum dare, et aciem instruere; itidemque erat arbiter temporis, quo vel initium, vel finis pugnandi faciendus esset. qui quum pugnae

s Rectius, vt puto, in *Cod. Vat.* ὐχ ἱκανές.

t Ita in *Codd. Rom.* et *Vat.* οἰόμενοι habet *Ed. Steph.* quae praeterea sequentia vncis inclusa ab ἀγορὰς ad ἵπποις non agnoscit.

u Τὰς ἐπὶ προνομὴν ἀποστελλομένας rectius in *Cod. Vat.* qui cum *Romano* in caeteris consentit. atque ita legisse videtur *Lapus*, dum vertit: *fora eorum interrumpebant: exeuntes ipsi, frumentatumque missos, aut pabulatum, retundebant.* vulg. τὰς ἐπὶ τὰς νομὰς ἀποστρεφομένας.

μεῖα ἐκέλευσεν ἀρθῆναι [x] τῆς μάχης, καὶ προῆγεν ἐκ τῶ χάρακος τὸν στρατὸν, τὰς μὲν ἄλλας ἔτασσεν ἱππεῖς τε καὶ τὰς πεζοὺς κατὰ σπείρας ἐν τοῖς ἐπιτηδείοις ἑκάστας τόποις· τὸν δὲ Σίκκιον καλέσας λέγει· „Ἡμεῖς μὲν, ὦ Σίκκιε, μαχέμεθα τοῖς πολεμίοις ἐνθάδε· σὺ δ', ἐν ὅσῳ μέλλομεν ἔτι καὶ παρασκευαζόμεθα τὰ πρὸς τὸν ἀγῶνα ἀμφότεροι, χώρει τὴν [y] πλαγίαν ὁδὸν ἐκείνην ἐπὶ τὸ ὄρος, ἔνθα ἡ τῶν πολεμίων ἐστὶ παρεμβολὴ, καὶ μάχην τίθεσο πρὸς τὰς ἐν τῷ χάρακι, ἵν' ἧ περὶ τῷ φρουρίῳ δείσαντες οἱ πρὸς ἡμᾶς [z] μαχόμενοι, καὶ βοηθεῖν προθυμέμενοι, [a] νῶτά τε δείξωσι καὶ εὐκατέργαστοι γένωνται, καθάπερ εἰκὸς ἐν ἀναχωρήσει ταχείᾳ, καὶ εἰς μίαν ὁδὸν ἅπαντες βιαζόμενοι, ἢ μένοντες αὐτόθι τὸν χάρακα ἀποβάλωσιν. ὅτε γὰρ ἡ φυλάττουσα αὐτὸν δύναμις ἀξιόμαχός ἐστιν, ὡς εἰκάσειεν ἄν τις, ἐπὶ τῷ ἐρυμνῷ τῷ τόπῳ δοκοῦσα εἶναι πᾶν τὸ ἀσφαλές· ἥ τε ἅμα σοὶ δύναμις ἀποχρῶσα γένοιτ' ἄν, ἄνδρες ὀκτακόσιοι πολλῶν [b] ἀθληταὶ πολέμων, [c] τεταραγμένας σκηνοφύλακας, ἀπροσδόκητοι προσπεσόντες, τῷ τολμηρῷ ἐλεῖν.„ καὶ ὁ Σίκκιος ἔφησεν· „Ἀλλ' ἕπου μοι πάντα μὲν ἕτοιμος ὑπηρετεῖν· τὸ μέντοι ἔργον οὐ ῥᾴδιον, ὥσπερ σοι δοκεῖ. ὑψηλή τε γὰρ ἡ πέτρα καὶ ἀπότομος, ἐφ' ἧς ὁ χάραξ· ὁδόν τε εὐδεμίαν ὁρῶ φέρουσαν ἐπ' [d] αὐτὸν ἔξω τῆς μιᾶς, ἧ καταβήσονται οἱ πολέμιοι πρὸς ἡμᾶς· φυλακὴν τ' εἰκὸς ἀξιόμαχον εἶναι ἐν αὐτῷ· κἂν ὀλίγη τε πάνυ καὶ φαύλη τις ὅσα τύχη, πρὸς πολλῷ πλείονα, ἢ τὴν σὺν ἐμοὶ, δύναμιν [e] ἀντέχειν οἵα τε ἔσαι, τό τε χωρίον αὐτὸ παρέξει τῇ φυλακῇ τὸ μὴ ἁλῶσεσθαι τὸ ἀσφαλές. ἀλλὰ μάλιστα μὲν ἀνάθου τὴν γνώμην· ἡ πεῖρα γὰρ ἐπισφαλής. εἰ δὲ πάντως

Per. Iul. 4261. *Ante Chr.* 453. *Olymp.* 81 ¾. *Cat.* *V.C.* 299. *Var.* 301.

gnae signum dari iussisset, et copias ex castris produxisset, reliquos equites et pedites in ordines opportunis quoque locis distinxit; Siccium vero ad se accitum ita alloquutus est: „Nos, Sicci, hic cum hoste dimicabimus. tu interim, dum adhuc cunctamur, et vtraque acies se ad proelium parat, per obliquam illam viam montem conscende, vbi hostium castra sunt, pugnamque cum illis, qui sunt in castris, committe; vt ii, qui nobiscum pugnaturi sunt, aut suis castris timentes, atque iis auxilio venire cupientes, versis tergis dent se in fugam, et nobis faciliorem victoriam praebeant, (vt verisimile est in celeri receptu euenturum) in vnam se omnes viam intrudentes; aut, si hic manserint, castra amittant. Nec enim eius praesidium satis

satis est validum, (quantum coniicere quis potest) quum tota eius fiducia in loci natura muniti sit posita: et simul tua manus octingentorum veteranorum, multis proeliis exercitatorum, perturbatos tentoriorum custodes ex improuiso adorta, facile eos audacia sua expugnare poterit.„ Ad haec Siccius respondit: „Equidem paratus sum omnia imperata facere: sed quod iubes, non est tam facile, quam tibi videtur. nam rupes, in qua sunt castra, est et excelsa et praerupta, et nullam viam video praeter vnam, quae eo ferat, qua hostes contra nos descendent; et verisimile est, satis firmum praesidium ibi esse; ac licet et perexiguum et imbelle sit, tamen et copiis longe maioribus, quam meis, resistere poterit: et ipsa loci natura praesidium tutabitur, et impediet, ne expugnetur. Quapropter mallem consilium mutares: nam iste conatus est periculosus. quod si omni-

x In *Ed. Steph.* et *Cod. Vat.* ἐκ τῆς μάχης: minus recte, vt monuerunt *Sylb.* et *Port.* Forsan ἐξαρθῆναι, vel ἐπαρθῆναι τῆς μάχης: vt *Lapus* vertit: *signa pugnae attolli iussit. Sylb.*

y Πλαγίαν ἐκείνην ὁδὸν ἐπὶ τὸ ὄρος *Vat.*

z Μαχόμενοι malit *Portus.*

a Ita etiam in *Ed. Steph. Cod. Vat.* et *Lapi* versione. Non tamen dubitat *Sylb.* quin legitimus verborum ordo hic sit: νῶτά τε δείξωσι, καὶ, καθάπερ εἰκὸς ἐν ἀναχωρήσει ταχείᾳ, εἰς μίαν ὁδὸν ἅπαντες βιαζόμενοι, εὐκατέργαστοι γένωνται: *terga vertant, et (vt in celeri receſſu solet fieri), in vnam se omnes viam intrudentes, facile a nobis possint confici.*

b Vide *Casauboni* notas ad *Polybium*, p. 119. *Ed. Amstel.*

c Deest *Vat.* πρὸς, quod in vulgatis ante τεταραγμ. legitur.

d In *Ed. Steph.* ταὐτόν. sed αὐτὸν agnoscit etiam *Lapi* versio: et sic est etiam infra pag. 2113. v. 12. *Sylb.* ἐπ' αὐτὸν *Vat.* vulg. ἐς αὐτὸν.

e Ἀντέχειν οἵα τε ἔσαι *Vat.* vulg. ἀντέχειν οἵα ἐστίν.

ἔγνωσάς σοι δύο τίθεσθαι μάχας ἐν ἑνὶ καιρῷ, δύναμιν ἀξιόχρεων τάξον ἀνδρῶν ἐπιλέκτων ἀκολουθεῖν μοι σὺν τοῖς πρεσβυτέροις. ἃ γὰρ κλέψοντες [f] τὸ χωρίον, ἀλλὰ βίᾳ καὶ φανερῶς [g] ἐξαρεῖντες ἄνιμεν.„

XLV. Ἔτι δ' αὐτῆ βουλομένη λέγειν τἀκόλουθα, ὑπολαβὼν ὁ ὕπατος εἶπεν· „Οὐ πολλῶν δεῖ λόγων· ἀλλ' εἰ μὲν ὑπομένεις πράττειν τὰ προσατ]όμενα, χώρει διὰ ταχέων, καὶ μὴ παρασρατήγει· εἰ δ' ἀφίσασαι καὶ ἀποδιδράσκεις τὸν κίνδυνον, ἑτέροις εἰς τὸ ἔργον χρήσομαι. σὺ δὲ τὰς ἑκατὸν εἴκοσι μάχας ἀγωνισάμενος, [h] καὶ τὰ τετ]αράκοντα ἔτη σρατευσάμενος, καὶ κατατετρωμένος ὅλον τὸ σῶμα, ἐπειδὴ ἑκὼν ἦλθες, ἄπιθι μήτε ὁμιλήσας πολεμίοις, μήτ' ἰδών, καὶ ἀντὶ τῶν ὅπλων ἀκόνα πάλιν τὰς λόγχας, οἷς χρήσῃ [i] κατὰ τῶν πατρικίων. πῦ νῦν ἐκεῖνά σε τὰ πολλὰ ἀριστεῖα, οἱ στεπ]οί, καὶ τὰ ψέλλια, καὶ τὰ δόρατα, καὶ τὰ φάλαρα, καὶ οἱ τῶν

Per. Iul. 4261. *Ante Chr.* 453. *Olymp.* 81 3/4. *Cat.* *V.C.* 299. *Var.* 301.

si omnino statuisti vno tempore duobus locis pugnare, validam manum lectorum virorum adde, quae me vna cum emeritis sequatur: neque enim istum locum clam, sed vi aperta expugnaturi adscendemus.

Quum plura pararet dicere de ratione sui consilii, consul interpellauit, dixitque: „Non est opus multis verbis: sed si imperata audes facere, celeriter proficiscere, nec imperatoris munia tibi vsurpa. sin hoc detrectas, et periculum refugis, ad hoc vtar aliorum opera. tu vero, qui centies et vicies in acie dimicasti, et quadraginta annos militasti, et qui toto corpore consauciatus fuisti, quando huc vltro venisti, abi non conserta manu cum hostibus, et ne conspectis quidem, et pro armis linguam iterum contra patricios acue. Vbi nunc sunt illa tot tuae fortitudinis praemia, torques, armillae, hastae, phalerae, coronae

f Τόδε χωρίον] Rectius τόδε τὸ χωρίον: vt paullo post (p. 2111. v. 3.) τῶδε τῷ ἔργῳ. *Sylb.* Τὸ χωρίον *Vat.*

g Ἐξαιρεῖντες] Melius forsan ἐξαρεῦντες, vel ἐξελεῦντες fut. temp. vt praecedit κλέψοντες. *Sylb.*

h Καὶ τὰ τετ]αράκοντα *Vat.* vulgatis deest articulus.

i Κατὰ τῦ φθόνυ πατρικίων *Vat.* quo modo et in *Lapi Cod.* nam

ὑπάτων στέφανοι, καὶ τὰ ἐκ τῶν μονομαχιῶν λάφυρα, καὶ πᾶσα ἡ ἄλλη βαρύτης, ἣν τότ' ἠνεσχόμεθά σου λέγοντος; ἐν ἑνὶ γὰρ δὴ τῷδε τῷ ἔργῳ βασανιζόμενος, ἔνθα κίνδυνος ἦν ἀληθινὸς, ἐξητάσθης, [k] οἷος ἦσθα, ὡς ἀλαζὼν, καὶ δόξῃ τὸ ἀνδρεῖον ἐπιτηδεύων, ἐκ ἀληθείᾳ.„ καὶ ὁ Σίκκιος δυσανασχετῶν ἐπὶ τοῖς ὀνείδεσιν· „Οἶδα, φησὶν, ὦ Ῥωμίλιε, ὅτι δυοῖν πρόκειταί σοι θάτερον, ἢ [l] ζῶντα διεργάσασθαι καὶ τὸ μηδὲν ἀποδῦναι, δόξαν αἰσχίστην [m] ἀπενεγκάμενον δειλίας, ἢ κακῶς καὶ ἀδήλως κατακοπέντα ὑπὸ τῶν πολεμίων ἀποθανεῖν, ἐπειδὴ κἀγώ τις ἔδοξα εἶναι τῶν ἀξιόντων [n] ἐλεύθερα

Per. Iul. 4261. *Ante Chr.* 453. *Olymp.* 81 3/4. *Cat.* *V.C.* 299. *Var.* 301.

nae a consulibus acceptae, spolia ex singulari certamine relata, caeteraque molesta, quae te nuper iactantem pertulimus? nam in hoc vno facinore vere periculoso, in quo de te factum est periculum, satis ostendisti, qualis esses, et te fortitudinis studiosum esse opinione magis, quam re ipsa.„ Tunc Siccius ea convicia aegre ferens: „Non ignoro, (inquit) Romili, alterutrum tibi propositum, aut vt me viuum conficias, et turpissima ignauiae nota mihi inusta gloriam partam adimas, aut vt ab hostibus concisus misero atque obscuro mortis genere peream, quod et ego videor vnus de illis esse, qui libere sentire volunt.

non

nam vertit: *quibus vtaris ad inuidiam patriciorum.*

k Plenius in *Cod. Vat.* οἷος ἦσθα ὡς ἀλαζὼν, καὶ δόξῃ etc. vulgatis desunt ὡς ἀλαζὼν.

l Post ζῶντα deest pronomen με. Si verbum verbo reddes, sensus est: *aut viuum me conficias, et in nihilum redigas, adsperſa turpissima timiditatis infamia.* Potes etiam sic legere: ἢ ζῶντά με ἐδὲν διαπράξασθαι, καὶ ἀποδῦναι δόξαν αἰσχίσην ἀπενεγκ. δειλίας, *aut viuus nihil efficiam, detrectatoque periculo, turpissimam timiditatis infamiam reportem.* *Sylb.* Deprauata esse videtur vulgata scriptura: quare legendum puto: ἢ ζῶντά με διεργάσασθαι, καὶ μηδὲν ἀποδῦναί μοι δόξαν αἰσχίσην ἐνεγκαμένῳ (siue ἀπενεγκαμένῳ) δειλίας. i. e. *vt aut me viuum conficias, et mihi foedissimam ignauiae notam reportanti nihil praemii reddas.* vel hoc modo: ἢ ζῶντά μηδὲν διαπράξασθαι, καὶ κίνδυνον ἀποδύσασθαι δόξαν ἀπενεγκάμενον δειλίας, *aut vt viuus nihil faciam, at periculum recusem timiditatis opinionem turpissimam reportans.* *Port.*

m Ita e *Cod. Rom.* Ἐνεγκάμενον in *Ed. Steph.* et *Cod. Vat.*

n Minus recte ἐλευθέροις in

φρονεῖν. ὁ γὰρ εἰς ἄδηλον, ἀλλ' εἰς ἐγνωσμένον ἀποστέλλεις με θάνατον. πλὴν ὑπομενῶ καὶ τῦτο τὸ ἔργον, καὶ πειράσομαι φανεὶς ψυχὴν ὁ κακὸς, ἢ κρατῆσαι τῦ χάρακος, ἢ μὴ τυχὼν τῆς ἐλπίδος, εὐγενῶς ἀποθανεῖν. ὑμᾶς δ', ὦ συστρατιῶται, μάρτυρας ἀξιῶ γενέσθαι μοι πρὸς τὰς ἄλλας πολίτας, ἐὰν πύθησθε τὸν ἐμὸν μόρον, ὅτι με ἀπώλεσεν ἡ ἀρετὴ, καὶ ἡ πολλὴ τῶν λόγων ἐλευθερία". Ταῦτα πρὸς τὸν ὕπατον ἀποκρινάμενος καὶ δακρύσας, τάς τε συνήθεις ἄπαντας ἀσπασάμενος, ὤχετο τὰς ὀκτακοσίας ἄνδρας ἄγων κατηφεῖς καὶ δεδακρυμένας, ὡς τὴν ἐπὶ θανάτῳ πορευομένας [o]· καὶ ἡ ἄλλη δὲ πᾶσα στρατιὰ δι' οἰκτὸς τὸ πρᾶγμα ἔλαβεν, ὡς ἐκεῖ' ὀψόμενοι τὰς ἄνδρας.

XLVI. Ὁ δὲ Σίκκιος ἑτέραν ἀποστραφεὶς, οὐχ ἣν ὁ Ῥωμίλιος ὑπελάμβανε, παρὰ τὴν λαγόνα τῦ ὄρους ἦγεν. ἔπειτα· ἦν γάρ τις δρυμὸς ὕλην βαθεῖαν ἔχων· εἰς τῦτον ἄγων τὰς ἄνδρας, ἵσταται, καί φησιν· „Ὑπὸ μὲν τῦ ἡγεμόνος ἀπεσάλμεθα, ὥσπερ ὁρᾶτε, ἀπολέμενοι.

Per. Iul. 4261. *Ante Chr.* 453. *Olymp.* 81 ¾. *Cat.* *V.C.* 299. *Var.* 301.

non enim me in dubium periculum, ſed ad certam mortem mittis. Verumtamen haec quoque iuſſa perficiam, et dabo operam, ne ignauus videar, vtque aut caſtra expugnem, aut ſpe fruſtratus fortiter moriar. Vos vero, commilitones, oro, vt mihi apud reliquos ciues ſitis teſtes, ſi mortem meam audieritis, me a nimia mea virtute, et nimia loquendi libertate perditum." Hoc reſponſo conſuli dato, lacrymiſque fuſis, ſalutatiſque omnibus familiaribus, abiit cum octingentis hominibus moeſtis et lacrymantibus, non aliter ac ad certam mortem euntibus: et totus reliquus exercitus eorum commiſeratione motus eſt, quaſi non amplius eos eſſent viſuri.

At Siccius ad aliam viam conuerſus, non quam putabat Romilius, per latus montis ſuos duxit. Deinde in denſiſſimum quendam ſaltum, qui ibi erat, ingreſſus cum ſuis conſtitit, et eos ita alloquutus eſt: „In exitium (vt videtis) a duce miſſi ſumus.

ἐδόκει γὰρ ἡμᾶς τὴν πλαγίαν χωρήσειν ὁδὸν, ἣν ἀμήχανον ἀναβαίνοντας ἦν μὴ οὐχὶ φανερὰς τοῖς πολεμίοις γενέσθαι. ἐγὼ δ' ὑμᾶς ἄξω καὶ ἄδηλον τοῖς ἐχθροῖς ὁδὸν, καὶ πολλὰς ἐλπίδας ἔχω τριβὼν ἐπιλήψεσθαί τινων, αἳ κατὰ κορυφὴν ἄξουσιν ἡμᾶς ἐπὶ τὸν χάρακα· καὶ ἐλπίδας χρηστὰς ἔχετε." Ταῦτ' εἰπὼν ἦγε διὰ τῦ δρυμῦ· καὶ πολὺν ἤδη [p] διελθὼν τόπον, εὑρίσκει κατὰ δαίμονα ἄνδρα ἐξ ἀγρῦ ποθὲν ἀπιόντα· ὃν τοῖς νεωτάτοις συλλαβεῖν κελεύσας, ἡγεμόνα ποιεῖται τῆς ὁδῦ. κἀκεῖνος αὐτὸς ἄγων περὶ τὸ ὄρος σὺν πολλῷ χρόνῳ καθίζησιν ἐπὶ τὸν παρακείμενον τῷ χάρακι λόφον, [q] ὅθεν ἦν ταχεῖα καὶ ἐπίφορος ἐπ' αὐτὸν ὁδός. ἐν ᾧ δὲ ταῦτ' ἐγίνετο χρόνῳ, συνῆσαν αἵ τε τῶν Ῥωμαίων [r] καὶ Αἰκανῶν δυνάμεις ὁμόσε, καὶ κατασᾶσαι ἐμάχοντο, πλήθει τ' ἀγχώμαλοι ὄσαι καὶ ὁπλισμοῖς, καὶ προθυμίαν παρεχόμεναι τὴν αὐτήν· καὶ διέμειναν ἐπὶ πολὺν χρόνον ἰσόῤῥοποι, τοτὲ μὲν ἐπιβαίνοντες ἀλλήλοις, τοτὲ δ' ὑποχωρῦντες, ἱππεῖς τε ἱππεῦσι, καὶ πεζοὶ πεζοῖς· καὶ

Per. Iul. 4261. *Ante Chr.* 453. *Olymp.* 81 ¾. *Cat.* *V.C.* 299. *Var.* 301.

putabat enim, nos per obliquam illam viam ituros, qua nullo modo clam hoſtibus adſcendere poſſemus. at ego vos ducam per aliam hoſtibus non conſpicuam, et bonam ſpem habeo, me calles aliquos inuenturum, qui nos in verticem ad caſtra ducent: quare bono eſtote animo." His dictis, eos per ſaltum duxit: atque, magnam eius partem iam emenſus, forte incidit in hominem quendam ruſticum, neſcio quo abeuntem; quem a iunioribus comprehendi iuſſit, viaeque ducem fecit. Ille eos, circum montem non ſine magna mora ductos, ad tumulum caſtris imminentem ſtatuit, vnde breuis et decliuis via in ea ferebat. Dum autem haec geruntur, acies Romanorum et Aequorum concurrerunt, et firmato greſſu fortiter pugnabant, numero, armis, animiſque pares: diuque pugnatum eſt, victoria in neutram partem inclinante, viciſſim nunc equitibus equites, et peditibus pedites inuadentibus, nunc ſibi inuicem cedentibus: et

Ed. Steph. Camerarius in ſuo libro ſcripſerat ἐλευθέρως.

o Ὁδὸν, quod vocabulum vulgatae ad πορευομένας addunt, non agnoſcit *Vat.* et commode ſatis abeſſe poteſt.

p Διελθὼς *Vat.*

q In *Cod. Vat.* ὅθεν ἦν [vulg. ἡ] ταχεῖα καὶ εὐεπίφορος etc.

r Καὶ αἱ τῶν Αἰκανῶν *Vat.*

ἔπεσον ἐξ ἑκατέρων ἄνδρες ἐπιφανεῖς. ἔπειτα κρίσιν λαμβάνει ὁ πόλεμος ἐπιτελῆ. ὁ γὰρ Σίκκιος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἐπειδὴ πλησίον ἐγένοντο τῆς παρεμβολῆς τῶν Αἰκανῶν, ἀφύλακτον εὑρόντες ἐκεῖνο τὸ μέρος τῆ χάρακος· ἐπὶ γὰρ θάτερα, τὰ πρὸς τὴς μαχομένης ἐστραμμένα μέρη, πᾶσα ἡ φυλάττουσα αὐτὸν δύναμις ἐτράπετο κατὰ θέαν τῆ ἀγῶνος· ἐπεισπεσόντες κατὰ πολλὴν εὐπέτειαν, [s] κατὰ κορυφῆς ἐγίνοντο τῶν φυλάκων· ἔπειτ' ἀλαλάξαντες ἔθεον ἐπ' αὐτές. οἱ δ' ὑπὸ τῆ παρ' ἐλπίδα δεινῆ ἐκταραχθέντες, καὶ ἃ τοσέτους εἶναι δόξαντες, ἀλλὰ τὸν ἕτερον ἥκειν ὕπατον ἄγοντα τὴν σὺν αὐτῷ δύναμιν, ἐρρίπτουν ἔξω τῆ χάρακος ἑαυτές, ἅδὲ τὰ ὅπλα οἱ πολλοὶ φυλάξαντες. οἱ δὲ περὶ τὸν Σίκκιον τὴς καταλαμβανομένης αὐτῶν φονεύοντες, καὶ τῆ χάρακος κρατήσαντες, ἐχώρουν ἐπὶ τὰς ἐν τῷ πεδίῳ. οἱ δ' Αἰκανοὶ τὴν ἅλωσιν τῆ χάρακος ἀπό τε τῆς φυγῆς καὶ τῆς κραυγῆς τῶν σφετέρων αἰσθόμενοι, καὶ μετ' ὀλίγον κατὰ νώτα σφίσι τὴς πολεμίας ἐπιόντας ὁρῶντες, ἐκέτι γενναῖον ἅδὲν ἀπεδείξαντο, ἀλλὰ διασπάσαντες

Per. Iul. 4261. *Ante Chr.* 453. *Olymp.* 81 3/4. *Cat.* *V.C.* 299. *Var.* 301.

et vtrinque viri illustres cecidere. Tandem pugnae certus finis est impositus. Nam Siccius eiusque milites, quum ad castra Aequorum accessissent, eam valli partem incustoditam offendentes, (totum enim eorum praesidium, vt certamen spectaret, eam partem petierat, quae ad pugnantes conuersa erat) irruptione facillime facta, in custodum verticem euaserunt: deinde, sublato clamore, in eos decurrerunt. Illi inspersato malo consternati, nec tam paucos opinati, sed alterum consulem cum exercitu suo adesse existimantes, se ex vallo proiiciebant, plerique ne armis quidem seruatis. Sicciani vero caedentes, quotquot ex illis assequebantur, castrisque captis, tendebant ad eos, qui in planicie erant. Aequi vero, vbi ex suorum fuga et clamore capta esse castra senserunt, nec multo post hostes a tergo inuadentes viderunt, nullum forte facinus amplius ediderunt; sed, disruptis ordinibus, alii per

[s] Κατὰ κορυφῆς γίνονται τῶν *Vat.*

[t] Ἐγίνετο

τὰς τάξεις, ἔσωζον ἑαυτὲς ἄλλοι κατ' ἄλλας ὁδές· ἔνθα ὁ πλεῖσος αὐτῶν [t] ἐγίνετο φόνος. ἃ γὰρ [u] ἀνίεσαν οἱ Ῥωμαῖοι μέχρι νυκτὸς διώκοντές τε καὶ κτείνοντες τὲς [x] ἁλισκομένης, ὁ δὲ πλεῖστος τ' αὐτῶν διαφθείρας, καὶ λαμπρότατα ἔργα ἀποδειξάμενος, Σίκκιος ἦν· ὃς ἐπειδὴ τέλος ἑώρα τὰ τῶν πολεμίων ἔχοντα, σκότες ὄντος ἤδη, τὴν σπεῖραν ἄγων, ἐπὶ τὸν κρατηθέντα ὑπὸ σφῶν χάρακα ἀνέστρεφε, μεγάλης χαρᾶς καὶ πολλῆ μετὸς ὢν αὐχήματος. οἵ τε περὶ αὐτὸν ἀθῶοί τε καὶ ἀβλαβεῖς πάντες, ἃ μόνον ἅδὲν παθόντες ὧν προσεδόκησαν, ἀλλὰ καὶ δόξαν ἐπιφανεστάτην ἐξενεγκάμενοι, πατέρα καὶ σωτῆρα καὶ θεὸν, καὶ πάντα τὰ τιμιώτατα ὀνομάζοντες, [y] ἁπλῆτως εἶχον ἀσπασμῶν τε τῆ ἀνδρὸς,

per alias vias saluti suae consulebant: ac tum maxima eorum caedes facta est. nam Romani continenter vsque ad noctem tergo eorum haerentes occidebant, quos capiebant. Qui vero maximam eorum stragem fecit, et qui facinora maxime illustria edidit, is fuit Siccius: qui, vbi deuictum hostem vidit, quum iam esset nox, cum cohorte sua in castra a se capta rediit, ingentis laetitiae et magnae iactationis plenus. Et qui cum eo erant omnes incolumes et integri, non solum nihil passi eorum, quae exspectarant, verum etiam, parta maxime insigni gloria, eum patrem suum, seruatorem, deumque, et omnibus honorificentissimis nominibus appellantes, mutuis complexibus atque

Per. Iul. 4261. *Ante Chr.* 453. *Olymp.* 81 3/4. *Cat.* *V.C.* 299. *Var.* 301.

[t] Ἐγίνετο *Var.* vulg. ἐγένετο.

[u] Minus apte in *Ed. Steph.* est ἀνήεσαν. *Sylb.*

[x] Rectius cum articulo, quo vulgatae carent, τὲς ἁλισκομένης, vt p. 2114. v. 14. τὲς καταλαμβανομένης. *Sylb.*

[y] Melius in *Cod. Rom.* ἁπλήτως εἶχον τῶν πρὸς ἀλλήλους οἱ ἄνδρες ἀσπασμῶν, καὶ ἡδονῆς τῆς ἐκ τῶν ἄλλων φιλοφρονήσεων. alioqui sic etiam legere possies: πάντα τὰ τιμιώτατα ὀνομάζοντες τὸν ἄνδρα, ἁπλήτως εἶχον ἀσπασμῶν τε καὶ τῶν ἄλλων φιλοφρονήσεων ἡδονάς. *Sylb.* Legendum puto: ἁπλήτως εἶχον ἀσπασμῶν τε οἱ ἄνδρες, καὶ τῶν ἄλλων φιλοφρονήσεων ἡδονῆς. vel sic: ἁπλήτως εἶχον οἱ ἄνδρες ἀσπασμῶν τε καὶ τῶν ἄλλων φιλοφρ. ἡδονάς. *Port.* In *Cod. Vat.* ἁπλήτως εἶχον ἀσπασμῶν τε τῆ ἀνδρὸς etc.

καὶ τῶν ἄλλων φιλοφρονήσεων ἡδονάς. ἐν δὲ τούτῳ καὶ ἡ ἄλλη τῶν Ῥωμαίων [z] φάλαγξ ἀπὸ τῆς διώξεως ἀνέστρεφεν ἐπὶ τὸν ἑαυτῆς χάρακα.

XLVII. Μέσαι τ' ἦδη νύκτες ἦσαν, καὶ ὁ Σίκκιος, μνησικακῶν τοῖς ὑπάτοις τῆς ἐπὶ τὸν θάνατον ἀποστολῆς, εἰς νῆν βάλλεται τὴν δόξαν ἀφελέσθαι τῶ κατορθώματος. κοινωσάμενος δὲ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἣν εἶχε διάνοιαν, ἐπειδὴ πᾶσιν [a] ὀρθῶς ἐφαίνετο, καὶ ἠθροίς ἦν, ὃς οὐκ ἐθαύμαζε [b] τῆς τε φρονήσεως καὶ τῆς τόλμης τὸν ἄνδρα, λαβὼν τὰ ὅπλα, καὶ τοὺς ἄλλους [c] κελεύσας λαβεῖν, πρῶτον [d] μὲν ἀνθρώπους, ὅσους ἐν τῷ χάρακι κατέλαβε τῶν Αἰκανῶν, καὶ ἵππους, καὶ τὰ ἄλλα ὑποζύγια κατέκοψεν· ἔπειτα ὑφῆψε τὰς σκηνὰς ὅπλων τε καὶ ἐσθῆτος καὶ τῶν εἰς τὸν πόλεμον ἐπιτηδείων γεμίσας, τῶν τ' ἄλλων χρημάτων, ὧν ἐκ τῆς Τυσκλάνων λείας ἐπήγοντο, πολλῶν πάνυ ὄντων. ὡς δὲ ἅπαντα ὑπὸ τῶ πυρὸς ἠφάνισο, περὶ τὸν ὄρθρον ἀπῄει φέρων οὐθὲν ὅτι μὴ τὰ ὅπλα· καὶ διανύσας σπουδῇ τὴν ὁδὸν, εἰς Ῥώμην παρῆν. ὡς δ' ὤφθησαν ἄνθρωποι καθωπλισμένοι παιανίζοντές τε καὶ σπουδῇ χωροῦντες αἵματι πολλῷ πεφυρμένοι, δρόμος [e] ἐγίνετο καὶ πολλὴ προθυμία τῶν βουλομένων ἰδεῖν τ' αὐτοὺς, καὶ τὰ πραχθέντα ἀκοῦσαι. οἱ δὲ μέχρις ἀγορᾶς ἐλθόντες, ἐδήλωσαν τοῖς δημάρχοις τὰ γενόμενα. κἀκεῖνοι [f] συναγαγόντες ἐκκλησίαν, ἐκέλευσαν αὐτοὺς πρὸς πάντας λέγειν. ὄχλου δὲ πολλοῦ συναχθέντος, παρελθὼν ὁ Σίκκιος τήν τε νίκην αὐτοῖς ἐδήλωσε, καὶ τὸν τρόπον τῶ ἀγῶνος ἐνεφάνισε, καὶ ὅτι παρὰ τὴν ἰδίαν ἀρετὴν καὶ τῶν σὺν αὐτῷ πρεσβυτέρων ὀκτακοσίων ἀνδρῶν, οὓς ἀποθανουμένους ἀπέστειλαν οἱ ὕπατοι, ὅ τε χάραξ ὁ τῶν Αἰκανῶν ἑλήφθη, [g] καὶ ἡ δύναμις ἡ παραταξαμένη τοῖς ὑπάτοις ἠναγκάσθη φυγεῖν. ἠξίωσε τε παρ' αὐτοὺς μηδενὶ τῆς νίκης ἑτέρῳ χάριν εἰδέναι· καὶ τελευτῶν ἔτι προσέθηκεν ἐκεῖνον τὸν λόγον, „ὅτι τοὺς ψυχοὺς καὶ τὰ ὅπλα σώζοντες ἥκομεν, [h] ἄλλο

Per. Iul. 4261. *Ante Chr.* 453. *Olymp.* 81 ¾. *Cat.* *V.C.* 299. *Var.* 301.

atque aliis hilaritatis voluptatisque indiciis satiari non poterant. Atque interim et reliquus Romanorum exercitus, qui hostem persequutus fuerat, in sua castra est reuersus.

Et iam nox media erat, quum Siccio, iniuriae a consulibus acceptae memori, a quibus ad mortem missus fuerat, in mentem venit victoriae gloriam illis eripere. communicato autem cum suis consilio, quum id omnibus placuisset, nec vllus esset, qui viri prudentiam et magnanimitatem non admiraretur, correptis armis, aliisque idem facere iussis, primum homines, quotquot in Aequorum castris reperit, et equos ac caetera iumenta contrucidauit; deinde incendit tentoria referta armis, frumento, vestibus, rebus ad bellum necessariis, aliaque praeda ingenti, quam ex agro Tusculano hostes eo congesserant. omnibusque igne absumtis, circa diluculum cum solis armis abiit:

z Φάλαγξ ἅμα τοῖς ὑπάτοις τῆς διώξεως ἀνέστρεφεν *Vat.*

a Post ὀρθῶς desideratur λέγειν, vel aliud verbum simile. *Sylb.* Ὀρθῶς non agnoscit *Vat.*

b Τῆς τε φρονήσεως *Vat.* copulatiua vulgatis deest.

c Κελεύσας ἀναλαβεῖν *Vat.*

d Deest *Vat.*

e Ἐγίνετο

abiit: et itinere propere confecto, Romam venit. Vt vero consspecti sunt homines armati, iubilantes, et festinantes, multo cruore foedati, factus est concursus ab omnibus, qui et eos videre et res gestas audire maxime cupiebant. Illi vero, in forum vsque progressi, tribunis omnia narrarunt; qui, coacta concione, iusserunt eos rem totam coram populo narrare. Quum autem ingens turba eo confluxisset, Siccius in medium progressus victoriam illis indicauit, et rei gestae modum declaravit, quomodo sua virtute et octingentorum seniorum, qui secum erant, quos consules ad certam mortem miserant, castra Aequorum fuissent capta, et copiae secum in acie dimicantes fugere coactae fuissent. postulauitque, vt nulli alii, quam sibi, pro parta victoria haberent gratiam, et postremo haec quoque verba addidit, „se vita tantum armisque saluis redire, nihil vero aliud,

Per. Iul. 4261. *Ante Chr.* 453. *Olymp.* 81 ¾. *Cat.* *V.C.* 299. *Var.* 301.

e Ἐγίνετο *Vat.* vulgo ἐγένετο.

f Συναγαγόντες εἰς ἐκκλησίαν, ἐκέλευσαν αὐτοὺς πρὸς ἅπαντας *Vat.*

g Καὶ ἡ δύναμις παραταξαμένη τοῖς ὑπάτοις ἠναγκάσθη φυγεῖν. ἠξίωσε τε αὐτοὺς *Vat.* pro τοῖς ὑπάτοις vulgatae dant αὐτοῖς.

h Ἄλλο δὲ οὐδὲν τῶν κεκρατημένων, οὔτε μεῖζον, οὔτε ἔλαττον, ἐξενεγκάμενοι *Vat.*

δ' ἀδὲν, ἔτε μικρὸν, ἔτε μεῖζον, τῶν κεκρατημένων ἐξενεγκάμενοι.» ὁ δὲ δῆμος ἀκέσας τῶν λόγων, εἰς οἶκτόν τε καὶ δάκρυα πρέπεσεν, ὁρῶν μὲν τὰς ἡλικίας τῶν ἀνδρῶν, ἐνθυμέμενος δὲ τὰς ἀρετὰς, ἀγανακ]ῶν δὲ καὶ νεμεσῶν τοῖς ἐπιβαλομένοις τοιότων ἀνδρῶν ἐρημῶσαι τὴν πόλιν. ἐγεγόνει δὲ, [i] ὡς πρέλαβεν ὁ Σίκκιος, μῖσος εἰς τὰς ὑπάτας ἐξ ἁπάντων τῶν πολιτῶν. [k] ἀδὲ γὰρ ἡ βελὴ τὸ πρᾶγμα μετρίως ἤνεγκεν, ἢ [l] ἔτ' ἐψηφίσατο αὐτοῖς [m] πομπὴν θριάμβων, ἔτε ἄλλο τι τῶν [n] ἐπ' ἀγαθοῖς ἀγῶσι γινομένων. τὸν μέντοι Σίκκιον ὁ δῆμος, ἐπειδὴ καθῆκεν ὁ τῶν ἀρχαιρεσιῶν καιρὸς, δήμαρχον ἀπέδειξεν, ἧς κύριος ἦν τιμῆς ἀποδιδὰς. καὶ τὰ μὲν ἐπιφανέσατα τῶν τότε πραχθέντων τοιάδ' ἦν.

XLVIII. Ἐν δὲ τῷ μετὰ τότες τὰς ὑπάτας ἔτει Σπόριος Ταρπήϊος καὶ Αὖλος [o] Τερμήνιος παραλαμβάνσι τὴν

Per. Iul. 4261. *Ante Chr.* 453. *Olymp.* 81 ¾. *Cat.* *V.C.* 299. *Var.* 301.

aliud, aut paruum, aut magnum, ex rebus captis retuliſſe.» His auditis, populus motus eſt ad miſerationem et lacrymas, virorum aetatem cernens, et eorum virtutem conſiderans, et id indigne ferens, atque obloquens iis, qui talibus viris rempublicam orbare voluerant. quae res (vt Siccius praeuiderat) omnium ciuium odium in conſules excitauit. nam ne ſenatus quidem id aequo animo tulit, nec triumphum, nec vllum alium honorem, qui re feliciter geſta dari ſolet, illis decreuit. Siccium vero plebs, quum comitiorum tempus veniſſet, tribunum creavit, eique honorem tribuit, cuius dandi ius habebat. Atque hae ſunt res maxime memorabiles illo tempore geſtae.

Anno vero poſt hos conſules proximo conſulatum ineunt Sp. Tarpeius atque A. Terminius: qui cum aliis in

i In *Cod. Rom.* [et *Vat.*] pro aduerbio ὡς relatiuum ὃ habemus. *Sylb.*

k Malim cum *Gelenio*: ἀδὲ γὰρ ἀδ' ἡ βελὴ τὸ πρ. *Sylb.* et *Port.*

l In *Cod. Vat.* ἢ ἔτ' ἐψηφίσατο. vulgatis articulus poſtpoſitiuus deeſt.

m Πομπὴν ἢ θριάμβον in *Cod. Rom.* teſte *Sylb.*

n Ἐπὶ καλοῖς ἀγῶσι *Vat.*

o Vide *Sigonium* ad *Liuium*: ex quo Ἀτήριος, vel Ἀτέριος, legendum videtur. adde, quod *Briſſonius* ex lapide *Capitolino* etiam *Aterium* apud *Liuium* mauult. *Sylb.*

ἀρχὴν· οἱ τά τ' ἄλλα θεραπεύοντες τὸν δῆμον διετέλεσαν, καὶ τὸ [p] περὶ τῶν δημάρχων δόγμα προεβάλευσαν, ἐπειδὴ πλέον μὲν ἀδὲν ἑώρων τοῖς πατρικίοις γινόμενον ἐκ τᾶ κωλύειν, ἀλλὰ καὶ φθόνον, καὶ μῖσος, καὶ βλάβας ἰδίας καὶ συμφορὰς τοῖς προθυμότατα ὑπὲρ αὐτῶν ἀγωνιζομένοις. μάλιτα δ' αὐτὰς εἰς δέος ἤγαγεν ἡ τῶν ὑπατευσάντων τὸν παρελθόντα ἐνιαυτὸν νεωτὶ γενομένη συμφορὰ, δεινὰ μὲν ὑπὸ τᾶ δήμω παθόντων, ἀδεμίαν δὲ παρὰ τῆς βελῆς [q] εὑραμένων βοήθειαν. Σίκκιος μὲν γὰρ, ὁ τὸν Αἰκανῶν τρατὸν αὐτῷ χάρακι ἁράμενος, δήμαρχος τότ' ἀποδειχθεὶς, ὥσπερ ἔφην, τῇ πρώτῃ τῆς

in rebus plebi perpetuo ſunt obſequuti, tum etiam * ſenatuſconſultum de lege tribunorum fecerunt, quod viderent patres, vetando nihil proficere; quin imo inuidiam, odium, damna priuata, et calamitates paratas eſſe iis, qui promtiſſime pro illis certarent. Sed maxime eos terruit recens calamitas ſuperioris anni conſulum, qui male fuerant a plebe excepti, et nullum auxilium a ſenatu impetrare potuerant. Nam ille Siccius, qui Aequorum exercitum vna cum caſtris expugnatis deleuerat, tunc (vt dixi) factus tribunus, eo ipſo die, quo magiſtratum iniit,

Per. Iul. 4262. *Ante Chr.* 452. *Olymp.* 81 ¾. *Cat.* *V.C.* 300. *Var.* 302. *Sp. Tarpeio et A. Terminio coſſ. ſuperioris anni conſules multati, et legati leſancitam fuiſſe. Si quis* *gibus colligendis in Graeciam miſſi.*

p Lapi verſio non agnoſcit praepoſ. περὶ: *tum inſtitutum tribunorum decreuerunt.* Verſio *Geleuii* (*tum SC. de lege per tribunos ferenda fecerunt*) reſpicit legem a tribunis rogatam, p. 1982. v. 7. et p. 2010. v. 13. de qua etiam p. 2125. v. 2. dicit: τῶν νόμων, ἃς ἐσπάδαζον οἱ δήμαρχοι κοινὰς ἐπὶ πᾶσι Ῥωμαίοις γραφῆναι. Malet forſan aliquis περὶ τῶν δημαρχείων αἰτημάτων, *de tribunitiis poſtulatis.* ſed verior fortaſſe lectio eſt περὶ τῶν ἀρχῶν, *tum legem de magiſtratibus ad ſenatum retulerunt:* vt ſcilicet omnibus magiſtratibus liceret eos mulctare, qui immodeſte, aut praeter leges, ſuam poteſtatem egiſſent. hanc enim legem (p. 2124. v. 6.) dicit ab his conſulibus centuriatis comitiis ſanctam fuiſſe. Si quis περὶ τῶν δημάρχων malit, opinionis ſuae argumentum ſumere poteſt ex p. 1989. v. 6. vbi tribuni legem rogant de creandis ad legum conſcriptionem decemviris. *Sylb.*

* Id eſt: tribunorum decretum SC. ratum fecerunt. *Port.*

q Εὑρομένων *Vat.*

r Τὸν

ἀρχῆς ἡμέρᾳ θύσας σωτήρια κατὰ νόμον, πρὶν ὁτιοῦν ἄλλο διαπράξασθαι τῶν κοινῶν, προεῖπεν ἐν ἐκκλησίᾳ Τίτον Ῥωμίλιον ἥκειν ἀπολογησόμενον ἀδικήματος δημοσίᾳ δίκην ἐπὶ δικαστῇ τῷ δήμῳ, [r] τὸν χρόνον ἀποδείξας τῶν ἀγῶνος. [s] Λεύκιος δὲ τότ' ἀγορανομῶν, δήμαρχος δὲ τῷ παρελθόντι ἔτει γεγονὼς, τὸν ἕτερον τῶν περυσινῶν ὑπάτων, Γάϊον Οὐετύριον, εἰς ὁμοίαν δίκην προσεκαλέσατο. πολλῆς δὲ γενομένης ἐν τῷ μεταξὺ τῶν ἀγῶνος χρόνῳ σπουδῆς τε καὶ παρακλήσεως ἀμφοτέρων, οἱ μὲν ὑπατικοὶ πολλὰς ἐλπίδας εἶχον ἐπὶ τῇ βουλῇ, καὶ τὸ κινδύνευμα ἐν ἐλαφρῷ ἐποιοῦντο, ὑπισχνουμένων αὐτοῖς πρεσβυτέρων τε καὶ νέων ἐκ ἐάσειν τὸν ἀγῶνα ἐπιτελεσθῆναι. οἱ δὲ δήμαρχοι πάντα ἐκ πολλῆ φυλαττόμενοι, καὶ ἅτε δείσεις, ἅτ' ἀπειλὰς, ἅτε κίνδυνον ἀδέ- να ὑπολογιζόμενοι, ἐπειδὴ καθῆκεν ὁ τῆ ἀγῶνος χρόνος, ἐκάλεν τὸν δῆμον. ἦν δὲ παλαίτερον ἔτι συνερρυηκὼς ἐκ

Per. Iul. 4262. *Ante Chr.* 452. *Olymp.* 81 4 82 1. *Cat.* *V.C.* 300. *Var.* 302.

iniit, poſt peracta pro ſalute ſacra ſolennia, antequam rem vllam publicam aggrederetur, pro concione T. Romilio diem dixit, ad quam veniret, et laeſae reipublicae cauſſam apud populum iudicem diceret. Et L. *Halienus*, qui tunc aedilis erat, et proximo anno tribunus fuerat, C. Veturium, alterum ſuperioris anni conſulem, in ſimile iudicium vocauit. * Quum autem interea ante diem iudicii magna ſtudia et hortationes *a patriciis* ambobus exhiberentur, viri conſulares in ſenatus ope magnam ſpem habebant, et periculum parui pendebant, ſenioribus et iunioribus pollicentibus ſe non permiſſuros, vt iudicium perageretur. At tribuni, omnia iam multo ante praecauentes, non precibus, non minis moti, ſpretiſque omnibus periculis, vbi dies iudicii venit, plebem conuocarunt. et iam ante turba inopum ſibique

r Τὸν χρόνον *Vat.* articulo carent vulgatae.

s *Lapus* atque *Gelenius* legiſſe videntur Λεύκιος δὲ Ἀλιηνὸς, ὁ τότε ἀγορανομῶν. quia ſcilicet apud *Liuium* eſt: *Veturio ab L. Halieno* (aut *Allieno*) *aedili plebis dies dicta.* Sed pro *Halieno* (aut *Allieno*) apud *Liuium* l. III. c. 31. rectius fortaſſe *Icilium* legemus: quia *L. Icillium* ſuperiori anno tribunum fuiſſe ſupra docuit auctor, p.2077. v.6. et p.2097. v.5. *Sylb.*

* Multo autem ante tempus iudicii adhibito vtrinque ſtudio

τῶν ἀγρῶν ὁ χερνήτης καὶ αὐτουργὸς ὄχλος, καὶ προσνεμηθεὶς τῷ κατὰ πόλιν, τήν τ' ἀγορὰν ἐνέπλησε, καὶ τὰς φέροντας εἰς αὐτὴν ξενοπάς.

Πρώτη μὲν ἦν εἰσῆλθεν ἡ κατὰ Ῥωμιλίᾳ δίκη. καὶ XLIX. παρελθὼν ὁ Σίκκιος τά τ' ἄλλα κατηγόρει τῶν ἀνδρὸς, ὅσα ὑπατεύων βίᾳ εἰς τὰς δημάρχας ἔδοξε διαπράξασθαι, καὶ [t] τελευτῶν τὴν ἐπιβουλὴν διεξῄει τὴν ἐφ' ἑαυτῷ τε καὶ τῇ σπείρᾳ γενομένην ὑπὸ τῶ στρατηγῶ· καὶ [u] παρείχετο ταύτης μάρτυρας τῶν στρατευσαμένων τὰς ἐπιφανεστάτας, ἀ δημοτικὰς, [x] ἀλλὰ πατρικίας· ἐν οἷς ἦν νεανίας ἐκ ἀφανὴς, ἅτε κατὰ γένος ἀξίωσιν, ἅτε [y] κατὰ τὴν οἰκείαν ἀρετὴν, καὶ τὰ πολέμια πάνυ ἀγαθός· Σπόριος Οὐεργίνιος [z] ἦν ὄνομα αὐτῷ. ἧτος ἔφη, Μάρκον Ἰκίλλιον, [a] ἑνὸς τῶν ἐκ τῆς Σικκίᾳ σπείρας υἱὸν, ὡς συνηλικιώτην αὐτῶ καὶ φίλον, ἀπολυθῆναι τῆς ἐξόδου βουληθεὶς, ὡς ἐπὶ θάνατον ἐξιόντα μετὰ τῶ πατρὸς,

Per. Iul. 4262. *Ante Chr.* 452. *Olymp.* 81 4 82 1. *Cat.* *V.C.* 300. *Var.* 302.

ſibique victum manibus quaeritantium ex agris confluxerat, quae ad vrbanam multitudinem adiuncta forum repleuit, et vicos, qui ad ipſum ferunt.

Priore igitur loco Romilii cauſſa eſt acta. Tum Siccius, in medium progreſſus, ei cum alia facinora obiecit, quae, dum conſul eſſet, per vim contra tribunos feciſſe viſus fuiſſet, tum etiam poſtremo inſidias ſibi ſuaeque cohorti ab eo imperatore ſtructas narrauit: harumque teſtes produxit nobiliſſimos, non plebeii, ſed patricii ordinis, viros, qui in ea expeditione fuerant: et in his erat iuuenis et generis dignitate et virtute ſua clarus, et rebus bellicis valde ſtrenuus, cui nomen erat Sp. Virginio. Hic dixit, cum M. Icilium, vnius e Siccii cohorte filium, aequalem ſuum et amicum, a profectione illa liberare cuperet, vt qui cum patre in praeſens exitium emitteretur, atque ab auunculo

dio et adhortatione etc. *Lapus.*

t Τελευτῶν *Vat.* vulgo τελευταῖον.

u Καὶ παρείχετο αὐτῶν μάρτυρας τὰς ἐπιφανεστάτας τῶν συστρατευσαμένων *Vat.*

x Ἀλλὰ καὶ πατρικίας *Vat.*

y Κατὰ τὴν ἰδίαν ἀρετὴν *Vat.*

z In *Cod. Vat.* ἦν ὄνομα αὐτῷ. vulgatis ἦν deeſt.

a Rectius forſan in *Cod. Vat.* ἑνὸς τῶν ἐκ τῆ Σικκίᾳ σπείρας υἱὸν, ἡλικιώτην αὐτῶ etc. vulgatis deeſt υἱὸν.

b παρα-

Αὖλον Οὐεργίνιον, τὸν ἑαυτῷ θεῖον, πρεσβευτὴν τότε συστρατευόμενον, [b] παρασκευάσας, ἐλθεῖν ἐπὶ τὸς ὑπάτους, ἀξιῶν σφίσι δοθῆναι ταύτην τὴν χάριν· ἀντιλεγόντων δὲ τῶν ὑπάτων, ἑαυτῷ μὲν ἐπελθεῖν δάκρυα, τὴν συμφορὰν τὴν ἑταίρᾳ [c] προαναλαιομένῳ· τὴν δὲ νεανίαν, ὑπὲρ ἧς τὰς δεήσεις ἐποιεῖτο, πεπυσμένον ταῦτα, ἐλθεῖν, καὶ λόγον αἰτησάμενον εἰπεῖν, ὅτι τοῖς μὲν δεομένοις πολλὴν οἶδε χάριν, αὐτὸς δ' ἂν [d] ἀγαπήσει τυχὼν χάριτος, ἥτις αὐτὸν ἀφελεῖται τὸ πρὸς τὸ γένος εὐσεβές· ἀδ' ἂν ἀπολειφθείη τῆ πατρὸς, τόσῳ δὲ μᾶλλον, ὅσῳ γ' ἀποθανέμενος οἴχεται, καὶ πάντες τῦτο ἴσασι· ἀλλὰ συνεξιὼν ἐπαμυνεῖται, ὅσα δύναται, [e] καὶ τῆς αὐτῆς ἐκείνῳ κοινωνὸς ἔσαι τύχης. ταῦτα τῆ μειρακίᾳ μαρτυρήσαντος, ἀδεὶς ἦν, ὃς ἂν ἔπασχέ τι πρὸς τὴν τύχην τῶν ἀνθρώπων. ὡς δὲ καὶ αὐτοὶ κληθέντες ἐπὶ τὴν μαρτυρίαν παρῆλθον, ὅ τε πατὴρ Ἰκίλ-

Per. Iul. 4262. *Ante Chr.* 452. *Olymp.* 81. 4. 82. 1. *Cat.* *V.C.* 300. *Var.* 302.

auunculo ſuo, A. Virginio, qui in eadem expeditione legatus erat, obtinuiſſet, vt is conſules adiret, peteretque, vt hoc beneficium ſibi concederetur: conſulibus vero ſe id facturos negantibus, obortas ſibi lacrymas, amici fortunam deflenti. iuuenem vero, pro quo deprecabatur, his auditis, veniſſe, et petita dicendi copia, dixiſſe, ſe magnam gratiam ſuis deprecatoribus habere; ſibi tamen haud gratum fore id beneficium, quod pietatem erga parentes eſſet erepturum: et patrem tanto minus deſerturum, quanto certiorem mortem peteret, *et hoc omnibus fore compertum: ſed ſe iturum vna cum illo, et pro viribus eum defenſurum, et eiuſdem fortunae participem futurum. Quum ille iuuenis dixiſſet hoc teſtimonium, nemo fuit, quin illorum hominum fortuna commotus fuerit. Vbi vero et ipſe Icilius pater et adoleſcentulus, ad teſtimonium dicendi citati, de

b Παρακαλέσας ἐλθεῖν ἐπὶ τὸς ὑπάτους *Vat.*

c Προαναλαιομένῳ *Vat.* vulg. προσαναλ.

d Rectius forſan ἀγαπήσειε, vt mox ἀπολειφθείη. *Sylb.* Ἀγαπήσειν *Vat.*

* *Al.* atque hoc omnibus notum eſſe.

e Melius τῆς αὐτῆς ἐκείνοις κοινωνὸς ἔσαι τύχης *Vat.* vulg. τῆς αὐτῶν ἐκείνων κ. ἔ. τ.

f Καὶ

λιος καὶ τὸ μειράκιον, [f] καὶ τὰ καθ' ἑαυτὸς ἔλεξαν, ἐκέτι κατέχειν τὰ δάκρυα οἱ πλείϛς ἐδύναντο τῶν δημοτικῶν. ἀπολογηθέντος δὲ τῆ Ῥωμιλίᾳ, καὶ διελθόντος λόγον, ἔτε θεραπευτικὸν, ἔτε ἁρμόττοντα τοῖς καιροῖς, ἀλλ' ὑψηλὸν, καὶ ἐπὶ τῷ ἀνυπευθύνῳ τῆς ἀρχῆς μέγα φρονῦντα, διπλασίως ἔτι ἐπερρώσθησαν εἰς τὴν κατ' αὐτῆ ὀργὴν οἱ πολῖται. καὶ γενόμενοι τῶν ψήφων κύριοι, κατέγνωσαν ἀδικεῖν ἔτως, ὥϛε πάσαις ταῖς ψήφοις τῶν Φυλῶν ἁλῶναι τὸν ἄνδρα. ἦν δὲ τὸ τίμημα τῆς δίκης ἀργυρικὸν, ἀσσάρια μυρία. καὶ τῆτ' ἐκ ἄνευ προνοίας ὁ Σίκκιος ποιῆσαί μοι δοκεῖ τινος, ἀλλ' ἵνα τοῖς τε πατρικίοις ἐλάττων ἡ περὶ τὸ ἀνδρὸς σπουδὴ γένηται, καὶ μηδὲν ἐξαμάρτωσι περὶ τὴν ψηφοφορίαν, ἐνθυμηθέντες, ὅτι εἰς ἀργύριον ζημιώσεται ὁ ἁλὺς, καὶ εἰς ἀδὲν ἕτερον, καὶ τοῖς δημοτικοῖς ἡ πρὸς τὴν τιμωρίαν ὁρμὴ προθυμοτέρα, μήτε ψυχῆς ἄνδρα ὑπατικὸν, μήτε πατρίδος ἀποστερῆσα. Ῥωμιλίᾳ δὲ καταδικασθέντος, ὁ πολλαῖς ὕστερον ἡμέραις καὶ Οὐετύριος ἐάλω. τίμημα δὲ καὶ

Per. Iul. 4262. *Ante Chr.* 452. *Olymp.* 81. 4. 82. 1. *Cat.* *V.C.* 300. *Var.* 302.

de ſeipſis teſtati ſunt, plerique de plebe a lacrymis amplius ſibi temperare non potuerunt. Quum autem Romilius ad haec reſpondiſſet, et orationem habuiſſet, nec humilem, nec temporibus conuenientem, ſed tumidam, et ex abſoluta imperii poteſtate elatam, iram ciuium multo maiorem in ſe accendit et concitauit. atque tribus miſſae in ſuffragia eum violatae reipublicae omnibus ſuffragiis damnarunt. mulcta autem pecuniaria fuit, aſſium decem millia. Atque hoc non ſine quodam prouido conſilio Siccius feciſſe mihi videtur, vt patricii reo remiſſius fauerent, et nihil in ſuffragiis ferendis delinquerent, cogitantes, reum mulcta pecuniaria, et nulla alia re mulctatum iri; et plebs maiore animi impetu ad poenam exigendam ferretur, quod nec vita, nec patria, virum conſularem eſſet priuatura. Damnato Romilio, paucis poſt diebus Veturius etiam damnatus eſt. atque huic quoque irrogata

f Καὶ τὸ καθ' αὑτὸς *Vat.*

g *Liuius*

ἐκείνῳ ἐπεγέγραπ]ο ἀργυρικὸν, [g] ἡμιόλιον θατέρᾳ.

L. Ταῦτα δὲ λογιζομένοις τοῖς ἐν ἀρχῇ ὑπάτοις πολλὴ παρέσῃ δέος, καὶ τὸ μὴ ταὐτὰ παθεῖν ὑπὸ τοῦ δήμου μετὰ τὴν ὑπατείαν πρόνοια. ὥσ' ἐκέτι ἀποκρυπ]όμενοι τὰς γνώμας, ἀλλὰ φανερῶς τὰ τῷ δήμου πολιτευόμενοι διετέλουν. πρῶτον μὲν οὖν ἐπὶ τῆς λοχίτιδος ἐκκλησίας νόμον ἐκύρωσαν, „ἵνα ταῖς ἀρχαῖς πάσαις ἐξῇ τὰς ἀκοσμοῦντας, ἢ παρανομοῦντας εἰς τὴν ἑαυτῶν ἐξουσίαν ζημιᾶν." τέως γὰρ οὐχ ἅπασιν ἐξῆν, ἀλλὰ τοῖς ὑπάτοις [h] μόνοις". τὸ μέντοι τίμημα οὐκ ἐπ' αὐτοῖς τοῖς ζημιῶσιν ὁπόσον [i] θεῖναι δοκεῖ κατέλιπον, ἀλλ' αὐτοὶ τὴν ἀξίαν ὥρισαν, μέγιστον ἀποδείξαντες ὅρον ζημίας, [k] δύο βόας καὶ τριάκοντα πρόβατα. καὶ ἔτος ὁ νόμος ἄχρι

Per. Iul. 4262. *Ante Chr.* 452. *Olymp.* 81 4 82. 1. *Cat.* 300. *V.C. Var.* 302.

gata est mulcta pecuniaria, cuius proportio erat * sesquialtera.

Huius igitur anni consules, haec considerantes, magnus incessit timor; et ne, post depositum consulatum, eodem modo a plebe tractarentur, prouide cauerunt. itaque consilium suum non amplius celabant: sed aperte plebi fauebant. Ac primum quidem centuriatis comitiis legem tulerunt; „licere omnibus magistratibus eos mulctare, qui facinus aliquod insolens, aut iniquum, praeter disciplinam ac leges reipublicae in suam potestatem admisissent." nam ad illam vsque diem non omnibus, sed solis consulibus id licebat. mulctae tamen modus non ipsorum arbitrio permissus est, sed ab illis praefinitus; ne *scilicet* maxima mulcta duos boues et triginta oues excederet. Haec lex diu

g Liuius Romilium damnatum ait x. millibus aeris, Veturium XV. millibus. vnde recte ἡμιόλιον θατέρᾳ. quod tamen non abs re mireris. nam consentaneum erat, Romilio, qui se maiori contentione tribunis opposuit, grauiorem mulctam fuisse impositam; Veturio autem, qui in his conflictationibus pene κωφὸν πρόσωπον inducitur, irrogatum fuisse τὸ ἥμισυ, *sc.* v. millia. *Sylb.*

* *Id est:* assium XV. millia. *Lapus* vertit: *quae erat sescupla alterius.*

h Non agnoscit *Vat.*

i Εἶναι δεῖ *Vat.*

k Brissonius in Select. *ex Iure Antiqq.* l. I. c. 3. legendum censet: δύο πρόβατα καὶ τριάκοντα βόας: quia *Gellius* l. XI. c. 1. scribit, *mulctam, quae appellatur suprema, institutam in singulos duarum ouium, boum triginta; pro copia scilicet boum, proque ouium penuria. Sylb.*

l Φυλατ-

πολλῆ διέμεινεν ὑπὸ Ῥωμαίων [l] διαφυλατ]όμενος. ἔπειτα περὶ τῶν νόμων, ὃς ἐσπούδαζον οἱ δήμαρχοι κοινὸς ἐπὶ πᾶσι Ῥωμαίοις [m] γραφῆναι, καὶ εἰς [n] ἅπαντα τὸν χρόνον διαφυλαχθησομένους, διάγνωσιν ἀπέδωκαν τῇ βουλῇ. ἐλέχθησαν [o] μέντοι πολλοί τε καὶ ὑπὸ τῶν κρατίστων ἀνδρῶν εἰς ἀμφότερα, [p] καὶ τὸ κωλύειν καὶ τὸ συγχωρεῖν, φέροντες λόγοι. ἐνίκα δ' ἡ τὰ δημοτικώτερα πρὸ τῶν ὀλιγαρχικῶν εἰσάγουσα Τίτου Ῥωμιλίου γνώμη, παρὰ τὴν ἁπάντων δόξαν τῶν τε πατρικίων καὶ τῶν δημοτικῶν γενομένη. οἱ μὲν γὰρ ὑπελάμβανον, πάντα τὰ ἐναντία τοῖς δημοτικοῖς φρονήσειν τε καὶ λέξειν τὸν ἄνδρα, νεωστὶ τὴν ἐν τῷ δήμῳ δίκην ἐαλωκότα. ὁ δ' ἀναστὰς, ἐπειδὴ προσῆκεν [q] αὐτῷ γνώμην ἐρωτηθέντι κατὰ τὴν ἑαυτοῦ τάξιν ἀποκρίνασθαι· ἦν δ' ἐν τοῖς διὰ μέσου κατά τε ἀξίωσιν καὶ ἡλικίαν· ἔλεξεν·

„Ἃ μὲν ὑπὸ τοῦ δήμου πέπονθα, ὦ βουλὴ, καὶ ὅτι οὐδὲν

Per. Iul. 4262. *Ante Chr.* 452. *Olymp.* 81 4 82. 1. *Cat.* 300. *V.C. Var.* 302.

diu seruata est apud Romanos. Deinde de legibus, quas tribuni in communem totius populi Romani vsum, et in perpetuum seruandas scribi maximo studio cupiebant, cognitionem senatui permiserunt. Multae tamen ab optimis viris sententiae in vtramque partem sunt dictae, quarum aliae eo spectabant, vt *leges ferendae* impedirentur, aliae eas ferri finebant. Tamen praeter omnium, tum patriciorum, tum plebeiorum, opinionem vicit T. Romilii sententia, quae plebis magis, quam optimatum, partibus fauebat. omnes enim arbitrabantur, eum, ob recentem damnationis offensam, plebis voluntati et consiliis et dictis perpetuo aduersaturum. ille vero, vbi ad eum ex ordine ventum est, (erat autem inter eos, qui et dignitate et aetate erant medii) rogatus sententiam, surrexit, et ita est loquutus:

„Quae a plebe sum passus, Patres conscripti, ob nullum meum

l Φυλατ]όμενος *Vat.*

m Γράφειν *Vat.*

n Πάντα χρόνον φυλαχθησομένους *Vat.*

o Forsan rectius μὲν δή. *Sylb.* Μὲν ὦν *Vat.*

p Καὶ τὸ συγχωρεῖν καὶ τὸ κωλύειν *Vat.*

q In *Ed. Steph.* [et *Cod. Vat.*] ἑαυτῷ: et mox in *Ed. Steph.* ἑαυτῶν: euidente vtrobique errore. *Sylb.*

ἀδικῶν, ἀλλὰ τῆς πρὸς ὑμᾶς εὐνοίας ἕνεκα, Φορτικὸς ἂν εἴην ἔγωγε, [r] ἐν εἰδόσιν ὑμῖν ἀκριβῶς λέγων· μνήμην δ' αὐτῶν ποιοῦμαι τῆ ἀναγκαίᾳ ἕνεκα, ἵν' εἰδῆτε, ὅτι ἡ κολακεία τῆ δημοτικῆ ἐπιτρέψας, [s] ἐχθρᾷ μοι ὄντος, ἀλλ' ἀπὸ τῆ βελτίστα τὰ συμφέροντα ἐρῶ. θαυμάσῃ [t] δὲ μηθεὶς, εἰ πρότερόν τε πολλάκις, καὶ νῦνα ὕπατος ἦν, τῆς ἑτέρας προαιρέσεως γενόμενος, νῦν ἐξαίφνης μεταβέβλημαι. μηδὲ ὑπολάβητε δυοῖν θάτερον, ἢ τότε βεβλεῦσθαί με κακῶς, ἢ νῦν ἀνατίθεσθαι τὰ δόξαντα ἐκ ὀρθῶς. ἐγὼ γὰρ, ὦ βουλὴ, ὅσον μὲν χρόνον τὰ ὑμέτερα ἰσχυρὰ ἡγούμην, ὥσπερ ἐχρῆν, ἀριστοκρατίαν [u] αὐξάνων, περιεφρόνουν τὸ δημοτικόν· ἐπεὶ δὲ τοῖς ἐμαυτῆ σωφρονισθεὶς κακοῖς, μετὰ μεγάλων μισθῶν ἔμαθον, ὅτι ἔλαττον ὑμῶν ἐστι τῆ [x] βουλομένῃ τὸ

meum facinus iniuſtum, ſed ob meam erga vos beneuolentiam, moleſtus eſſem, ſi apud vos horum probe gnaros narrare vellem. Coactus tamen horum mentionem facio vt ſciatis, me, non vt plebi aſſenter, quae mihi eſt inimica, ſed ſinceriſſime ea, quae e republica ſunt, dicturum. Ac nemo miretur, ſi nunc repente factus ſum mei diſſimilis, quum et ſaepe ante, et quando conſul eram, contrariae eſſem ſententiae. neue exiſtimetis, alterutrum, aut tunc me male ſenſiſſe, aut nunc non recte ſententiam mutare. Ego enim, Patres conſcripti, quamdiu partes veſtras firmiores putaui, dominatum optimatum auxi, vt debui, et plebem contemſi. Poſtquam vero meo malo factus ſapientior, magno cum meo damno didici, * vobis eſſe plus conſilii,

Per. Iul. 4262. *Ante Chr.* 452. *Olymp.* 81 4. *Cat.* *V.C.* 300. *Var.* 302.

r Ἐν εἰδόσιν *Vat.* quod (modo λέγων mox ſcribamus) fortaſſe rectius: cum hac phraſi in *Opuſculis Criticis* aliquoties vtatur *Dionyſius* ipſe: vt pag. 18. v. 27. (Hudſon. editionis) ἐν εἰδόσι λέγων. p. 303. v. 22. ὡς ἐν εἰδόσι λέγων. p. 308. v. 25. [eiuſd. edit.] ἡ γὰρ ὑπόμνησις ὡς ἐν εἰδόσι. vulg. ἔγωγε, ἂν εἰδόσιν ὑ. ἀ. λέγω. (in coniunctiuo)

s Ἐχθρᾷ μόνῃ ὄντος *Vat.*

t Δὲ pro τε in *Cod. Vat.*

u Αὔξων *Vat.*

x Βουλευομένῃ] Rectius in *Cod. Vat.* βουλομένῃ. quo modo legiſſe videtur *Lapus:* nam vertit: *minorem eſſe voluntate veſtra potentiam.*

* *Al.* minus vos poſſe, quam velitis. *ſeu,* vires et facultatem veſtram non reſpondere voluntari.

y Si ἀρεμένης malis, facile patiar. *Sylb.* vulg. αἱρεμένης.

z Ταὐτὰ pro vulgato ταῦτα

δυνάμενον, καὶ πολλὰς ἤδη τὸν ὑπὲρ ὑμῶν ἀγῶνα [y] ἀρεμένης περιείδετε ἀναρπασθέντας ὑπὸ τῆ δήμου, τοῖς ἀναγκαίοις εἴξαντες, ἐκ ἔθ' ὅμοια ἔγνωκα. ἐβουλόμην δ' ἂν μάλιστα μήτ' ἐμαυτῷ συμβῆναι, μήτε τῷ συνάρχοντί μοι ταῦτα, ἐφ' οἷς ἅπαντες ἡμῖν συμπαθεῖτε. ἐπειδὴ δὲ τὰ μὲν καθ' ἡμᾶς τέλος ἔχει, τὰ δὲ λοιπὰ ἔξεστιν ἐπανορθώσασθαι, τῆ μὴ παθεῖν [z] ταὐτὰ ἑτέρους προϊδέσθαι, καὶ κοινῇ καὶ καθ' ἕνα ἕκαστον ἰδίᾳ τὰ παρόντα εὖ τίθεσθαι παρακαλῶ. κράτιστα γὰρ οἰκεῖται πόλις ἡ πρὸς τὰ πράγματα μεθαρμοττομένη· καὶ συμβούλων ἄριστος, ὁ μὴ πρὸς τὴν ἰδίαν ἔχθραν, ἢ χάριν, ἀλλὰ πρὸς τὸ κοινῇ συμφέρον ἀποδεικνύμενος γνώμην· βουλεύονταί τ' ἄριστα περὶ τῶν μελλόντων οἱ [a] παραδείγματα ποιούμενοι τὰ γεγονότα τῶν ἐσομένων. ἡμῖν δ', ὦ βουλὴ, ὁσάκις ἐνέστη τις ἀμφισβήτησις καὶ φιλονεικία πρὸς τὸν δῆμον, ἀεί τι μειονεκτεῖν ἐξεγένετο, καὶ εἰς ἀνδρῶν ἐπιφανῶν [b] θανάτους τε καὶ ὕβρεις καὶ

consilii, quam potentiae, voſque neceſſitati cedentes, iam multos veſtros propugnatores a plebe abripi paſſos eſſe, ſententiam mutaui. Vtinam autem neque mihi, neque collegae meo, ea accidiſſent, ob quae vos omnes nobiſcum doletis. verum, quia res noſtrae iam finem habent, et reliquas corrigere licet, vt prouideatur, ne aliis eadem accidant, et vniuerſos et ſingulos, vt rebus praeſentibus prudenter vtantur, hortor. Optime enim adminiſtratur ciuitas, quae ſe pro rerum ſtatu fortunae accommodat: et optimus conſiliarius ille eſt, qui non priuatis inimicitiis impulſus, aut gratia abductus, ſed publica vtilitate commotus, ſuam ſententiam dicit; atque optime de futuris conſultant, qui rerum futurarum exempla ex praeteritis ſumunt. Nobis vero, Patres conſcripti, quoties aliqua controuerſia, aut contentio contra plebem orta eſt, contigit, vt ſemper deteriore conditione diſcederemus, et viri illuſtres capitali ſupplicio contumeliiſque affice-

Per. Iul. 4262. *Ante Chr.* 452. *Olymp.* 81 4. *Cat.* *V.C.* 300. *Var.* 302.

agnoſcit etiam *Lapi* verſio: *ne alii eadem patiantur. Sylb.*

a Παραδείγματα *Vat.* vulg. παράδειγμα.

b Fortaſſe rectius καὶ ἀνδρῶν ἐπιφανῶν

ἐκβολὰς ζημιωθῆναι. καίτοι τί γένοιτ' ἂν ἀτύχημα πόλει μεῖζον, ἢ τὰς κρατίστας τῶν ἀνδρῶν περικόπτεσθαι, [c] καὶ ταῦτα οὐ σὺν δίκῃ; ὧν ὑμῖν ἐγὼ φείδεσθαι παραινῶ, καὶ μήτε τὰς νῦν ἄρχοντας προβαλόντας εἰς κίνδυνον πρόδηλον, ἔπειτα ἐγκαταλιπόντας, ἐν [d] τοῖς δεινοῖς μετανοεῖν· μήτε τῶν ἄλλων τινὰ, ἤν τι καὶ μικρὸν ὄφελος τῷ κοινῷ. κεφάλαιον δ' ἐστὶν ὧν ὑμῖν παραινῶ, πρέσβεις ἑλέσθαι, τὰς μὲν εἰς τὰς Ἑλληνίδας πόλεις τὰς ἐν Ἰταλίᾳ, τὰς δ' εἰς Ἀθήνας· οἵτινες αἰτησάμενοι παρὰ τῶν Ἑλλήνων τὰς κρατίστας νόμους καὶ μάλιστα τοῖς ἡμετέροις ἁρμότ]οντας βίοις, οἵσοισι δεῦρο. ἀφικομένων δ' αὐτῶν, τάς τε ὑπάτους προθεῖναι τῇ βουλῇ σκοπεῖν, τίνας ἑλέσθαι δήσει νομοθέτας, καὶ ἥντινα ἔξοντας ἀρχὴν, καὶ χρόνον ὅσον, καὶ τἄλλα, ὅπως ἂν

Per. Iul. 4262. *Ante Chr.* 452. *Olymp.* 81 4 82. 1. *Cat.* *V.C.* 300. *Var.* 302.

afficerentur et exsilio mulctarentur. Atqui quodnam maius infortunium reipublicae potest accidere, quam si optimi quique viri exscindantur? Quae cum mihi in vobis non probentur, hortor, vt eis parcatis, ac neque huius anni magistratus manifesto periculo obiiciatis, deinde in ipso discrimine deseratis, neque alium quempiam, cuius vel minimus in republica sit vsus. In summa, vobis suadeo, vt legatos eligatis, et partim in Graecas vrbes, quae sunt in Italia, partim Athenas mittatis, qui leges optimas, et nostris moribus maxime conuenientes, a Graecis petant atque huc ferant. Illis vero reuersis, consules ad senatum referant de legislatoribus eligendis, et de eorum imperio, quodnam sit futurum, et quam diuturnum, et de caeteris rebus

ἐπιφανῶν θανάτοις καὶ ὕβρεσι καὶ ἐκβολαῖς ζημιωθῆναι: datiuo scilicet casu, vt alibi passim. *Sylb.* et *Port.* Καὶ εἰς ἀνδρῶν ἐπιφανῶν θανάτους *Vat.* duae particulae καὶ εἰς desunt vulgatis.

c Καὶ ταῦτα ὁ συνδικῶν ὑμῖν ἐγὼ φείδεσθαι etc.] Ita plane in codicibus: nisi quod ἐγὼ post ὑμῖν omittat *Vat.* *Lapus* vertit: *quibus ego parcatis moneo.* at *Gelenius* sic: *et hoc vobis parcens consulo.* Hoc modo legendum coniicit *Portus*: ταῦτα ὃν συνδικῶν ἐγὼ ποιεῖσθαι παραινῶ, καὶ μήτε τὰς νῦν ἄρχοντας προβάλλειν εἰς κίνδυνον πρόδηλον, ἔπειτα ἐγκαταλείπειν τοῖς δεινοῖς, μήτε etc. *Ego igitur, vestrae causſae fauens, suadeo vobis, vt haec faciatis, scil. vt neque huius anni* etc.

d Ἐν τοῖς δεινοῖς μετανοεῖν *Vat.* ἐν et μετανοεῖν a vulgatis absunt.

e Ita

αὐτῇ φαίνηται συνοίσειν· πασιάζειν δὲ μηκέτι πρὸς τὸ δημοτικὸν, μηδ' ἄλλας ἐπ' ἄλλαις ἀναιρεῖσθαι συμφοράς, ἄλλως τε καὶ περὶ νόμων φιλονεικοῦντας, οἷ κἂν εἰ μηθὲν ἄλλο, τήν γέ τοι δόξαν τῆς ἀξιώσεως ἔχουσιν [e] εὐπρεπῆ. 5

Τοιαῦτ' εἰπόντος τοῦ Ῥωμιλίου, οἵ τε ὕπατοι συνελαμβάνοντο τῆς γνώμης ἀμφότεροι, πολλὰ καὶ ἐκ παρασκευῆς συγκείμενα διεξιόντες, καὶ τῶν ἄλλων βουλευτῶν συχνοὶ, καὶ ἐγένοντο πλείους οἱ ταύτῃ προσιθέμενοι τῇ γνώμῃ. μέλλοντος δὲ γράφεσθαι τὸ προβούλευμα, ἀνασὰς ὁ δήμαρχος Σίκκιος, ὁ τῷ Ῥωμιλίῳ προθεὶς τὴν δίκην, πολὺν ὑπὲρ τοῦ ἀνδρὸς διῆλθε λόγον, ἐπαινῶν τὴν μεταβολὴν τῆς γνώμης, καὶ τὸ μὴ τὰ ἴδια ἔχθη κρείττονα [f] ἡγεῖσθαι τῶν κοινῇ χρησίμων, ἀλλ' ἀπ' ὀρθῆς γνώμης τὰ συμφέροντα [g] ἐπιδείξασθαι· „Ἀνθ' ὧν, ἔφη, ταύτην αὐτῷ [h] ἀποδίδωμι τιμὴν καὶ χάριν· ἀφίημι τῶν LII. 10 15

Per. Iul. 4262. *Ante Chr.* 452. *Olymp.* 81 4 82. 1. *Cat.* *V.C.* 300. *Var.* 302.

rebus prout ipsi conducere videbitur: abstineatis vero a sedi-tionibus contentionibusque cum plebe, neue calamitates cala-mitatibus vestris addatis, praesertim quum de legibus agatur, quae, si nihil aliud, saltem maiestatis speciosam *ac honestam* gloriam habent.

His a Romilio dictis, vterque consul ad eius opinionem accessit, in eandem sententiam loquuti meditatis orationibus, multique alii senatores, et maior pars hanc sententiam est amplexa. Quum autem senatusconsultum scribendum esset, Siccius tribunus, qui Romilio diem dixerat, surgens, prolixa oratione hominem laudauit, quod sententiam mutasset, nec tam priuatarum simultatum, quam reipublicae commodorum rationem habuisset, sed sincero animo, quid esset e republica, declarasset: „pro quibus meritis, inquit, hanc gratiam illi refero, et mulctam pecu-

e Ita etiam in *Vat.* et *Lapi Cod.* Perperam εὐτρεπῆ in *Ed. Steph.*

f Γίνεσθαι] Forsan rectius κρείττονα ἡγεῖσθαι τ. *Sylb.*

g Ὑποδείξασθαι *Vat.*

h Ἀποδίδωμι χάριν καὶ τιμὴν· ἀφίημι malit *Portus.* quod nondum persoluta erat mulcta, vt ex sequentibus constat.

ἐκλισμάτων ἐπὶ τῇ δίκῃ, καὶ εἰς τὸ λοιπὸν διαλλάττομαι· νικᾷ γὰρ ἡμᾶς χρηστὸς ὤν.» τὸ δ' αὐτὸ καὶ οἱ ἄλλοι δήμαρχοι [i] παριόντες ὡμολόγουν. ὁ μὲν ὅ γε Ῥωμίλιος ὑπέμεινε ταύτην λαβεῖν τὴν χάριν· ἀλλ' ἐπαινέσας τὴν δημάρχους τῆς προθυμίας, ἀποδώσειν ἔφη τὴν καταδίκην· ἱερὰν γὰρ ἤδη τῶν θεῶν εἶναι· καὶ ἅτε δίκαια, ἅτε ὅσια ποιεῖν, ἀποστερῶν τὰς θεὰς ἃ δίδωσιν αὐτοῖς [k] ὁ νόμος· καὶ ἐποίησεν ἅτως. γραφέντος δὲ τὸ προβουλεύματος, καὶ μετὰ ταῦτ' ἐπικυρώσαντος τὸ δῆμος, πρέσβεις ἀπεδείχθησαν οἱ [l] τὰς παρ' Ἑλλήνων νόμους ληψόμενοι, [m] Σπόριος Ποστόμιος, καὶ [n] Σερβίος Σουλπίκιος, καὶ Αὖλος Μάλλιος· οἷς τριήρεις τε παρεσκευάσθησαν ἐκ τῶ δημοσίᾳ, καὶ ἄλλος κόσμος εἰς ἀπόδειξιν τῆς ἡγεμονίας ἀποχρῶν. καὶ τὸ ἔτος ἐτελεύτα.

Per. Iul. 4262. Ante Chr. 452. Olymp. 81. 4. Cat. 300. V.C. Var. 302.

pecuniariam ipsi in iudicio irrogatam remitto, et in posterum cum eo in gratiam redeo; nos enim ille sua probitate vincit.» Et caeteri tribuni, qui aderant, idem senserunt. Romilius tamen hoc beneficium accipere noluit; sed, laudata tribunorum in se propensa voluntate, se mulctam persoluturum dixit: iam enim diis sacratam esse; nec iuste, nec pie se facturum, si deos rebus legitimis fraudaret. atque ita fecit. Facto autem senatusconsulto, et per plebiscitum postea confirmato, legati legum a Graecis petendarum caussa creati sunt, Sp. Postumius, Ser. Sulpicius, A. Manlius, quibus triremes, cum omnibus ornamentis,

i Παρόντες praefert *Portus.*

k In *Cod. Vat.* ὁ νόμος. vulgatae carent articulo.

l Τὰς παρὰ τῶν Ἑλλήνων *Vat.*

m *Sp. Postumius Albus* dicitur *Liuio;* cum in anterioribus consulatibus *Sp. Postumius Albinus* sit cognominatus p. 1911. v. 5. sed *A. Postumius Albus* p. 1918. v. vlt. nisi quis et in his errorem putet. *Glarean.*

n In *Ed. Steph.* et *Cod. Vat.* Σερουίλιος pro Σερβίος: nomen scilicet pro praenomine. *P. Sulpicius* habetur apud *Liuium.* Fuit autem *Seruius Sulpicius* consul anno 293. (p. 1981. v. 4.) *Publius* vero nunquam, quod sciam. Porro *A. Manlius* ab vtroque ponitur: et anno 280. *A. Manlius* apud *Dionysium* (p. 1842. v. 4.) consul fuit; *Liuio* autem *G. Manlius.* Quod si hi legati omnes consulares fuere, vt verisimile est, *Dionysii* codex vtrinque melius *Liuii* codice habebit, et *Seru. Sulpicius* et *A. Manlius. Glarean.*

o Chronologorum nonnulli statuunt hunc annum CCCI. sed CCC. cum *Dionysio* mauult *Xylander. Sylb.*

Ἐπὶ δὲ τῆς ὀγδοηκοστῆς καὶ δευτέρας ὀλυμπιάδος, ἣν ἐνίκα στάδιον Λύκος Θεσσαλὸς ἀπὸ Λαρίσσης, ἄρχοντος Ἀθήνησι Χαιρεφάνους, ἐτῶν [o] τριακοσίων ἐκπεπληρωμένων ἀπὸ τῆς Ῥώμης συνοικισμοῦ, Ποπλίου Ὁρατίου καὶ Σέξτου Κοιντιλίου δεδεγμένων τὴν ὕπατον ἀρχήν, λοιμικὴ νόσος εἰς τὴν Ῥώμην κατέσκηψε, μεγίστη τῶν [p] ἐκ τοῦ προτέρου χρόνου μνημονευομένων· ὑφ' ἧς οἱ μὲν θεράποντες ὀλίγοι ἐδέησαν ἅπαντες ἀπολέσθαι, τῶν δ' ἄλλων πολιτῶν ἀμφὶ τὰς ἡμίσεις μάλιστα διεφθάρησαν, ἅτε τῶν ἰατρῶν ἀρκέντων ἔτι βοηθεῖν τοῖς καμάτοις, ἅτ' οἰκείων, ἢ φίλων τἀναγκαῖα ὑπηρετούντων. οἱ γὰρ ἐπικαρεῖν ταῖς ἑτέρων βουλόμενοι [q] νόσοις, ἁπτόμενοί τε καματηρῶν σωμάτων, καὶ συνδιαιτώμενοι, τὰς αὐτὰς ἐκείνοις νόσους μετελάμβανον· ὥστε πολλὰς οἰκίας ἐξερημωθῆναι δι' ἀπορίαν τῶν ἐπιμελησομένων. ἦν τ' οὐκ ἐλάχιστον τῶν

Per. Iul. 4263. Ante Chr. 451. Olymp. 82 1/2. Cat. 301. V.C. Var. 303. P. Horatio et Sexto Quintilio coss. peste saeuissima, et iam in vicinia.

tis, quae amplam imperii Romani maiestatem satis indicare potuerant, ex aerario assignatae sunt. et annus ille abiit.

Olympiade autem LXXXII, qua vicit in stadio Lycus Thessalus Larissensis, archonte Athenis Chaerephane, expleto anno trecentesimo ab V. C. Publio Horatio et Sexto Quintilio consulibus, maxima pestilentia vrbem inuasit, quanta nunquam antea fuisse memorabatur: qua pene omnia seruitia absumta sunt, ex reliquis ciuibus dimidia fere pars interiit; quia nec medici morbis amplius succurrere, nec domestici amicique *aegrotis* res necessarias ministrare poterant. Nam qui aliorum morbis opem ferre volebant, corpora laborantium tangentes, et simul viuentes, eodem et illi morbo corripiebantur. ita vt multae domus ob hominum curantium inopiam desolatae fuerint. Pestis autem adeo in vrbe grassantis,

p Ἐκ τοῦ πρότερον χρόνου *Vat.*

q Συμφοραῖς pro νόσοις rectius, vt opinor, in *Cod. Vat.* quod mox sequatur νόσους.

κακῶν τῇ πόλει καὶ τὸ μὴ ταχέως λωφῆσαι τὴν νόσον αἴτιον, τὸ περὶ τὰς ἐκβολὰς τῶν νεκρῶν γινόμενον. κατ' ἀρχὰς [r] μὲν γὰρ ὑπό τ' αἰσχύνης καὶ [s] εὐπορίας τῶν πρὸς τὰς ταφὰς ἐπιτηδείων, ἔκαιόν τε καὶ γῇ παρεδίδοσαν τοὺς νεκρούς· τελευτῶντες δ', οἱ μὲν ἀπ' ὀλιγωρίας τοῦ καλοῦ, οἱ δὲ τὰ ἐπιτήδεια οὐκ ἔχοντες, [t] πολλοὺς μὲν ἐν τοῖς ὑπονόμοις τῶν ξενωπῶν φέροντες ἐρρίπτουν τῶν ἀπογινομένων, πολλῷ δ' ἔτι πλείους εἰς τὸν ποταμὸν ἐξέβαλλον· ἀφ' ὧν τὰ μέγιστα [u] ἐκακοῦντο, πρὸς τὰς ἀκτὰς καὶ τοὺς ἠιόνας ἐκκυμαινομένων. τῶν γὰρ σωμάτων βαρεῖα καὶ δυσώδης προσπίπτουσα καὶ τοῖς ἔτι ἐρρωμένοις ἡ τοῦ πνεύματος ἀποφορὰ ταχείας ἔφερε τοῖς σώμασι τὰς τροπάς· πίνεσθαί τε οὐκέτι χρηστὸν ἦν τὸ [x] ἐκ

Per. Iul. 4263. *Ante Chr.* 451. *Olymp.* 82 ½. *Cat.* *V.C.* 301. *Var.* 303.

graſſantis, eiuſque diuturnitatis non minima erat cauſſa, quod corpora *inhumata* proiicerentur. Nam principio quidem prae pudore, et copia rerum ad ſepulturam neceſſariarum ſuppetente, cadauera cremabant et terrae mandabant. Sed poſtea alii, honeſtate contemta, alii rerum neceſſariarum inopia laborantes, multa defunctorum corpora in ſubterraneas compitorum cloacas, at longè plura in fluuium proiiciebant; vnde maxima redundabat lues, tum per confragoſas, tum per meabiles ripae partes. Nam, eiectis ab vnda cadaueribus, grauis et male olens odor, qui venti flatu inde ferebatur per aërem, valentes inuadebat, eorumque corporibus celerem mutationem afferebat: et aqua ex flumine

allata

[r] Τὰρ poſt μὲν habet *Vat.* quod deſiderari agnouit *Sylb.* [et a vulgatis abeſt.]

[s] Pro ἀπορίας, vt in *Ed. Steph.* [et *Cod. Vat.*] reponendum eſſe εὐπορίας, et ſenſus docet, et confirmat *Lapi* verſio. *Sylb.*

[t] Πολλοὺς μὲν τῶν ἀπογινομένων εἰς τοὺς ὑπονόμους τῶν ξενωπῶν φέροντες ἐξέβαλλον malit *Portus.*

[u] Hoc modo legit *Portus:* ἐκακοῦντο. πρὸς γὰρ τὰς ἀκτὰς καὶ τοὺς ἠιόνας ἐκκυμαινομένων τῶν σωμάτων, βαρεῖα etc. *vnde maximum damnum accipiebant. Quum enim cadauera ad ſaxa et ripas fluctibus eiicerentur, grauis.* etc. Hic notauit *Sylburgius* ἀκτὰς et ἠιόνας poni vt diuerſa: atque ἀκτὰς eſſe ripas ſalebroſas, ſeu litora ſaxis imperuia, ἠιόνας vero ripas permeabiles, ſeu litora arenoſa. quod firmat auctoritate *Ammonii.*

[x] Ἐκ ποταμοῦ] Ἐκ τοῦ ποταμοῦ *Vat.*

[y] Pro

τοῦ ποταμοῦ κομισθὲν ὕδωρ, τὰ μὲν ἀτοπίᾳ τῆς ὀσμῆς, τὰ δὲ τῷ πονηρὰς τὰς ἀναδόσεις ποιεῖν τῆς τροφῆς. καὶ οὐ μόνον ἐν τῇ πόλει τὰ δεινὰ ἦν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἀγρῶν. καὶ ἔχ ἥκιστα ὁ γεωργὸς ἐπόνησεν ὄχλος ἀναπιμπλάμενος, [y] καὶ προβάτων καὶ τῶν ἄλλων τετραπόδων ἅμα διαιτωμένων, τῆς νόσου. ὅσον μὲν ἐν χρόνον τοῖς πολλοῖς ἐλπίδος τι ὑπῆν [z] κἀκ τοῦ θεοῦ, ὡς σφίσιν ἐπικρήσοντος, ἅπαντες ἐπί τε θυσίας καὶ καθαρμοὺς ἐτράποντο· καὶ πολλὰ ἐνεωτερίσθη Ῥωμαίοις οὐκ ὄντα ἐν ἔθει περὶ τὰς τιμὰς τῶν θεῶν ἐπιτηδεύματα οὐκ εὐπρεπῆ. ἐπεὶ δ' ἀδεμίαν αὐτῶν ἐπιτροφὴν ἔγνωσαν ἐκ τοῦ δαιμονίου γενομένην, δὸ' ἔλεον, καὶ τῆς περὶ τὰ θεῖα λειτουργίας ἀπέστησαν. ἐν ταύτῃ τῇ συμφορᾷ τῶν τε ὑπάτων ἄτερος ἀποθνήσκει, Σέξτος [a] Κοϊντίλιος, καὶ ὁ μετὰ τοῦτον ἀποδειχθεὶς ὕπατος Σπόριος [b] Φόριος, καὶ τῶν δημάρχων

allata non erat amplius bona ad potandum, partim ob foetoris inſuſitatam graueolentiam, partim, quia malam cibi concoctionem faciebat. Nec in vrbe tantum, ſed etiam in agris, malum id saeuiit. imo vero non mediocriter id ſenſit agreſte vulgus, ouium et aliarum quadrupedum, inter quas verſabatur, contagio infectum. Quamdiu igitur aliquid ſpei multis in diuino auxilio fuit, omnes ad ſacrificia et expiationes ſe conuerterunt; multique noui ac inuſitati ritus, parum congruentes deorum caeremoniis, in vrbem a ciuibus Romanis introducti ſunt. Vbi vero animaduerterunt, deos iſta non reſpicere, nullaque tangi miſericordia, et ipſi diuino cultui valedixerunt. In hac calamitate alter conſul, Sex. Quintilius, mortuus eſt, et Sp. Furius, qui ei ſubrogatus fuerat, et quatuor ex tribunorum collegio,

Per. Iul. 4263. *Ante Chr.* 451. *Olymp.* 82 ½. *Cat.* *V.C.* 301. *Var.* 303.

[y] Pro κἀμ [quod habet *Vat.* et *Lapi Cod.*] rectius fortaſſe repoſuerimus ἐκ. niſi forte omiſſa ibi haec commatia, ἵππων τε καὶ βοῶν. *Sylb.*

[z] In *Cod. Vat.* ὡς τοῦ θεοῦ. atque ita vel ὡς ἂν legendum eſſe coniecerat *Sylb.* ex *Lapi* verſione: *tanquam deo laturo ſibi auxilium.*

[a] Perperam in *Ed. Steph.* et *Cod. Vat.* Κοίντιος.

[b] Φρύριος *Vat.*

τέτ]αρες, τῶν δὲ βελευτῶν πολλοὶ καὶ ἀγαθοί. ἐπεβάλλοντο μὲν ἕν, ἐν τῇ νόσῳ τῆς πόλεως ὕσης, τρατὸν ἐξάγειν ἐπ' αὐτὰς Αἰκανοὺς, καὶ διεπρεσβεύοντο πρὸς τὰ ἄλλα ἔθνη, ὅσα Ῥωμαίοις πολέμια ἦν, παρακαλοῦντες ἐπὶ τὸν πόλεμον. ὰ μὴν ἔφθασάν γε [c] προαγαγεῖν τὴν δύναμιν ἐκ τῶν πόλεων. ἔτι γὰρ αὐτῶν παρασκευαζομένων, ἡ αὐτὴ νόσος κατέσκηψεν εἰς τὰς πόλεις. διῆλθε δ' ὰ μόνον τὴν Αἰκανῶν, ἀλλὰ καὶ τὴν Οὐολόσκων καὶ τὴν Σαβίνων γῆν, καὶ σφόδρα ἐκάκωσε τὰς ἀνθρώπας. ἐκ δὲ τότε συνέβη καὶ τὴν χώραν ἀγεώργητον ἀφεθεῖσαν, λιμὸν ἐπὶ τῷ λοιμῷ συνάψαι. [d] ἐπὶ μὲν δὴ τούτων τῶν ὑπάτων ὧδὲν ἐπράχθη Ῥωμαίοις διὰ τὰς νόσους, ὅτε πολεμικὸν, ὅτε πολιτικὸν, εἰς ἱστορίας ἀφήγησιν ἐλθεῖν ἄξιον.

LIV. [e] Εἰς δὲ τὰπιὸν ἔτος ὕπατοι μὲν ἀπεδείχθησαν [f] Λεύκιος Μενήνιος καὶ Πόπλιος [g] Σήστιος· ἡ δὲ νόσος εἰς

Per. Iul. 4263. *Ante Chr.* 451. *Olymp.* 82 1/2. *Cat.* *V.C.* 301. *Var.* 303.

collegio, ſenatores quoque multi ac boni. Vrbe igitur hoc morbo implicita, Aequi bellum populo Romano inferre conati ſunt; et ad eius ſocietatem alias gentes, quotquot Romanis inimicae erant, per legatos ſolicitarunt. haud tamen illi copias ex vrbibus ſuis ſatis mature educere potuerunt. Dum enim adhuc ſe ad bellum apparabant, idem morbus eorum populos inuaſit. non ſolum autem Aequorum, ſed etiam Volſcorum et Sabinorum agrum peruagatus eſt, magnamque hominibus clădem attulit. Quo malo accidit, vt, neglecta ac impedita agrorum cultura, fames ad peſtem accederet. His conſulibus ob peſtilentiam nihil militiae domiue geſtum eſt dignum, quod memoriae prodderetur.

Anno ſequenti conſules creati ſunt L. Menenius et P. Seſtius: peſtilentia autem penitus ceſſauit. Poſtea vero ad agendas diis gratias publice peracta ſacrificia, ludique inſignes magnificentiſſime facti, totuſque populus (vt veriſimile eſt) genio indulgebat, et in epulationibus erat, totaque hyems ita eſt conſumta. Ineunte vere multum frumenti ex variis partibus comportatum, et maior pars ex aerario coëmta, nonnihil etiam a priuatis negotiatoribus aduectum. Populus enim non mediocriter commeatuum inopia laborabat, quod agri, colonis peſtilentia abſumtis, inculti relicti fuiſſent. Eodem tempore reuerſi ſunt legati cum legibus, quas afferebant Athenis et ex aliis Graecis vrbibus, quae in Italia erant. moxque tribuni plebis conſules adierunt, poſtularuntque, vt ex ſenatuſconſulto legumlatores crearent. Illi vero quum neſcirent, quonam modo eos, continuis precibus ſe obtundentes, ablegarent, quumque rem eam

Per. Iul. 4264. *Ante Chr.* 450. *Olymp.* 82 2/3. *Cat.* *V.C.* 302. *Var.* 304. *L. Menen. et P. Seſtio coſſ. annonae caritas, rogatio de legumlatoribus.*

c Ita etiam in *Vat.* et *Lapi Cod.* male in *Ed. Steph.* προσαγαγεῖν.

d Poſt μὲν inſerenda videtur ἕν. *Sylb.* Ἐπὶ μὲν δὴ τούτων *Vat.* Vtrumque vulgatis deeſt, tam δή, quam ἕν.

e Εἰς δὲ τὸ ἐπιὸν ἔτος *Vat.*

f *Menenium* hunc *Liuius* non *Lucium* praenomine vocat, ſed *Caium*: at *Diodorus*, *Caſſiodorus* et *Feſtus* appellant *Titum*, vt adnotat *Sigonius*; qui *Menenium* iſtum putat eſſe filium *T. Menenii* ante conſulis. *Sylb.*

g Perperam, in *Ed. Steph.* Σίκκιος. atque *Seſtium*, non *Sextium*, *tium*, verum eſſe nomen conſtat ex ſequentibus, et *Diodoro.* adde, quod *Seſtii* (vt obſervauit *Sigonius*) patricii fuerint, *Sextii* autem plebeii, ex quibus is exſtitit, qui primus e plebe conſulatum cepit. *Sylb.*

τέλος ἐλώφησε. καὶ μετὰ τοῦτο θυσίαι τε χαριστήριοι θεοῖς ἐπετελοῦντο δημόσια, καὶ ἀγῶνες ἐπιφανεῖς λαμπραῖς πάνυ [h] ἐπιχορηγούμενοι δαπάναις· ἐν εὐπαθείαις τε καὶ θαλίαις ἡ πόλις ἦν, ὥσπερ εἰκός· καὶ πᾶσιν ὁ χειμέριος χρόνος ἀμφὶ ταῦτα ἐδαπανήθη. ἀρχομένῳ δ' ἔαρος σῖτός τε πολὺς καὶ ἐκ πολλῶν ἤχθη χωρίων· ὁ μὲν πλείων δημοσίᾳ συνωνηθεὶς, ὁ δέ τις καὶ ὑπὸ ἰδιωτῶν ἐμπόρων κομιζόμενος. ἔκαμνε γὰρ ἀχ ἥκιστα [i] ἐν τῇ σπάνει τῆς τροφῆς ὁ λαὸς, χέρσῳ τῆς γῆς ἀφειμένης διὰ τὰς νόσους καὶ τὸν ὄλεθρον τῶν γεωργῶν. ἐν δὲ τῷ αὐτῷ καιρῷ [k] παρεγίνοντο ἀπό τ' Ἀθηνῶν καὶ τῶν ἐν Ἰταλοῖς Ἑλληνίδων πόλεων οἱ πρέσβεις, φέροντες τὰς νόμους. καὶ μετὰ τοῦτο προσῆσαν οἱ δήμαρχοι τοῖς ὑπάτοις, ἀξιοῦντες ἀποδεῖξαι κατὰ τὸ ψήφισμα τῆς βουλῆς τοὺς νομοθέτας. οἱ δ', ὡς ἔχοντες, ὅτῳ ἂν αὐτοὺς ἀπαλλάξειαν τρόπῳ προσκαθημένους καὶ λιπαροῦντας, ἀχθό-

h Χορηγούμενοι *Vat.*

i Praepoſitio ἐν videtur tollenda: nam dici ſolet τῇ σπάνει τῆς τροφῆς κάμνειν. *Port.*

k Παρεγένοντο *Vat.*

μενοι τῷ πράγμασι, [l] καὶ ἐκ ἀξιοῦντες ἐπὶ τῆς αὐτῶν ἀρχῆς καταλῦσαι τὴν ἀριστοκρατίαν, πρόφασιν εὐπρεπῆ [m] προβάλοντο, λέγοντες, ἐν χερσὶν εἶναι τὸν τῶν ἀρχαιρεσιῶν καιρόν, καὶ [n] δέον αὐτὸς ὑπάτους πρῶτον ἀποδεῖξαι [o] ποιήσει δὲ τοῦτ' ἐκ εἰς μακράν. ἀποδειχθέντων δὲ τῶν ὑπάτων, μετ' ἐκείνων ἔλεγον ἀνοίσειν τῷ συνεδρίῳ τὴν περὶ τῶν νομοθετῶν διάγνωσιν. συγχωρούντων δὲ τῶν δημάρχων, προθέντες ἀρχαιρέσια πολλῷ τάχιον, ἢ τοῖς προτέροις ἔθος ἦν, ὑπάτους ἀπέδειξαν Ἄππιον Κλαύδιον καὶ Τίτον Γενύκιον [p] (Λεύκιον.) καὶ μετὰ τοῦτο πᾶσαν ἀποθέμενοι τὴν τῶν κοινῶν φροντίδα, ὡς ἑτέρας ἤδη δέον ὑπὲρ αὐτῶν σκοπεῖν, ἀδὲν ἔτι τοῖς δημάρχοις [q] προσεῖχον, ἀλλὰ διακλέψαι τὸν λοιπὸν χρόνον τῆς ὑπατείας διενοοῦντο. ἔτυχε δὲ τὸν ἕτερον αὐτῶν, Μενήνιον, ἀῤῥωστία

Per. Iul. 4264. *Ante Chr.* 450. *Olymp.* 82 2/3. *Cat.* *V.C.* 302. *Var.* 304.

eam moleste ferrent, nec dominatum optimatum vellent tollere, honestam ac speciosam caussam praetexentes, rem distulerunt. Dixerunt enim, comitiorum tempus instare, et consules sibi prius designandos: eos autem breui creatum iri. Designatis vero consulibus, dixerunt, se vna cum illis de legumlatoribus ad senatum relaturos. Tribunisque id concedentibus, indictis comitiis longe maturius solito, consules designarunt App. Claudium et T. Genucium. Deinde deposita omni reipublicae cura, quasi ad alios haec iam pertineret, tribunis aures amplius non praebebant: sed reliquum tempus sui consulatus dolose ac inaniter terere cogitabant. Forte autem alter consul, Menenius, morbo

[l] Plenius in *Cod. Vat.* καὶ ἐκ ἀξιοῦντες ἐπὶ τῆς αὐτῶν ἀρχῆς καταλῦσαι etc. vocabula ἐπὶ τῆς α. ἀρχῆς desunt vulgatis.

[m] Minus recte in *Ed. Steph.* προβάλοντο.

[n] Δέον pro δεῖν, vel subaudiendum εἶναι. *Sylb.*

[o] Ποιήσουται δὲ τοῦτο] Ποιῆσαί τε τοῦτο *Vat.* quo modo et in *Lapi Cod.* nam vertit: *faciendumque hoc esse brui.*

[p] Λεύκιον hoc loco non agnoscit nec *Gelenius*, nec *Lapus*: neque ferri potest, cum sit praenomen. *Sylb.* Τίτον Λεύκιον *Vat.*

[q] Προσῆκον] Rectius forsan προσεῖχον, vt infra p. 716. [iuxta *Ed. Sylb.*] alibi plenius dicit προσέχειν τὸν νοῦν. *Sylb.*

[r] Ἐμπε-

τις καταλαβοῦσα χρόνιος. ἤδη δέ τινες ἔφασαν ὑπὸ λύπης καὶ ἀθυμίας [r] ἐμπεσοῦσαν τῷ ἀνδρὶ τηκεδόνα δυσαπάλλακτον ἐργάσασθαι νόσον. ταύτην δὲ [s] προλαβὼν τὴν πρόφασιν ὁ Σήσιος, ὡς ἀδὲν οἷός τ' ὢν πράττειν μόνος, ἀπεωθεῖτο τὰς τῶν δημάρχων δεήσεις, καὶ πρὸς τοὺς νέους ἄρχοντας ἠξίου τρέπεσθαι. οἱ δ', ἐκ ἔχοντες, ὅ τι πράττοιεν ἕτερον, ἐπὶ τοὺς περὶ τὸν Ἄππιον ἅπαν τὴν ἐξουσίαν παρειληφότας ἠναγκάζοντο καταφεύγειν, τὰ μὲν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις δεόμενοι, τὰ δὲ καταμόνας [t] ἐντυγχάνοντες. καὶ τέλος ἐξειργάσαντο τοὺς ἄνδρας, μεγάλας [u] ὑποτείνοντες ἐλπίδας αὐτοῖς, εἰ τὰ τοῦ δήμου πράγματα ἕλοιντο, τιμῆς καὶ δυναστείας. εἰσῆλθε γάρ τις τὸν Ἄππιον ἐπιθυμία ξένην ἀρχὴν περιβαλέσθαι, καὶ νόμους καταστήσασθαι τῇ πατρίδι ὁμονοίας τε καὶ εἰρήνης, καὶ τοῦ μίαν ἅπαντας ἡγεῖσθαι τὴν πόλιν ἀξίαν τοῖς συμπολιτευομένοις. ὁ μέντοι καὶ διέμεινέ γε χρηστὸς [x] ἀρχῇ ἐγ-

Per. Iul. 4264. *Ante Chr.* 450. *Olymp.* 82 2/3. *Cat.* *V.C.* 302. *Var.* 304.

morbo quodam diuturno correptus detinebatur. nec deerant, qui dicerent, ei prae dolore ac moerore animi, qui eum inuaserat, tabem vix sanabilem a morbo conciliatam. Sestius, hac occasione arrepta, quasi solus nihil posset agere, tribunorum preces repellebat, eosque se ad nouos magistratus conuertere iubebat. Illi quum non haberent, quo se verterent, ad Appium et collegam eius, qui nondum inierant magistratum, confugere sunt coacti, eosque modo pro concione rogabant, modo cum solis priuatim agebant: tandemque eos vicerunt, ac rem ipsis persuaserunt, magna honoris ac potentiae spe illis proposita, si plebis partes sequuti fuissent. Cupiditas enim noui magistratus capessendi Appium inuaserat, vt et leges concordiae ac pacis patriae ferret, ciuibusque auctor esset, vt omnes *eam* vnam *communemque* patriam existimarent. Magistratu tamen magno ornatus

[r] Ἐμπεσοῦσης] Ita in *Vat.* et *Lapi Cod.* Sed ἐμπεσοῦσαν malit *Sylb.* qui vertit: *nec deerant, qui dicerent, eum tristitia et animi moerore tabescentem* etc. nihil mutandum censet *Portus.*

[s] Melius, fortasse in *Cod. Vat.* προσλαβὼν. quod maluit et *Portus.* vel saltem προβαλών.

[t] Συντυγχάνοντες *Vat.*

[u] Ἀποτείνοντες] Ὑποτείνοντες *Vat.* quod etiam *Sylburgio* placuit.

[x] Ἀρχῇ κοσμηθεὶς *Vat.*

[y] Verius

κοσμηθεὶς μεγάλη, ἀλλ' ἐξέπεσε τελευτῶν εἰς φιλαρχίαν ἀπαραχώρητον, ὑπὸ μεγέθους ἐξουσίας διαφθαρείς καὶ ὀλίγα ἐδέησεν ἐπὶ τυραννίδα ἐλάσαι. περὶ ὧν κατὰ τὸν οἰκεῖον διαλέξομαι καιρόν.

LV. Τότε δ' ἂν ἀπὸ τῶν κρατίστων ταῦτα βουλευσάμενος καὶ τὸν συνάρχοντα πείσας, ἐπειδὴ πολλάκις αὐτὸν ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν ἐκάλεσαν οἱ δήμαρχοι, παρελθὼν, πολλὰς καὶ φιλανθρώπους διεξῆλθε λόγους. κεφάλαια δ' αὐτῶν τῆς δημηγορίας τοιάδε ἦν, ὅτι τὸ μὲν ἀποδειχθῆναι τοὺς [y] νόμους, καὶ παύσασθαι στασιάζοντας τοὺς πολίτας ὑπὲρ τῶν ἴσων, αὐτῷ τε καὶ τῷ συνάρχοντι [z] πάντων μάλιστα δοκεῖ, καὶ ἀποφαίνονται γνώμην φανεράν· τῷ δ' ἀποδεῖξαι τοὺς νομοθέτας αὐτοὶ μὲν ἀδεμίαν ἔχουσιν ἐξουσίαν, ὅπως παρειληφότες τὴν ἀρχὴν, τοῖς δὲ περὶ Μενήνιον ὑπάτοις ἐξ ὅπως ἐναντιώσονται πράσσουσι τὰ δόξαντα τῇ βουλῇ, ἀλλὰ καὶ συνεργήσουσι καὶ πολλὴν εὐσονται χάριν· ἐὰν δ' ἀναδύωνται, σκῆψιν προβαλλόμενοι

Per. Iul. 4264. *Ante Chr.* 450. *Olymp.* 82 2/3. *Cat.* *V.C.* 302. *Var.* 304.

natus in boni viri officio non permanſit; ſed tandem, poteſtatis magnitudine corruptus, perpetuum magiſtratum affectare coepit: et parum abfuit, quin in tyrannidem euaderet. quibus de rebus ſuo loco commodius a me dicetur.

Tunc vero quum optima mente conſilium iſtud iniiſſet, et rem collegae perſuaſiſſet, ſaepius ad concionem a tribunis vocatus, progreſſus, multas et populares conciones habuit. capita autem eius concionum haec erant: vt leges ferrentur, et ciues de iuris aequabilitate inter ſe ſeditioſe contendere deſinerent, tam ſibi, quam collegae, ſummopere placere, ſeque ſuam ſententiam aperte dicere ſignificabant. creandorum vero legislatorum nullam ſe habere poteſtatem, quod magiſtratum nondum iniiſſent: ſed Menenio eiuſque collegae, ſenatuſconſultum exſequentibus, ſe non ſolum non aduerſaturos, ſed etiam illos adiuturos, ipſiſque magnam gratiam habituros. quod ſi tergiuerſarentur, et magiſtratum praetexentes ſe excu-

y Verius fortaſſe τὰς νομοθέτας. *Sylb.*

z Pro πάντως (quod in *Ed. Steph.*) legendum vel πάντων, vt *Lapus* quoque vertit: *omnium maxime*: vel παντὸς μάλιστα, vt alibi

[a] τὴν νέαν ἀρχὴν, ὡς οὐκ ἐξὸν αὐτοῖς ἑτέρους ἄρχοντας [b] ὑπατικὴν ἐξουσίαν παραληψομένους ἀποδεικνύειν, ἡμῶν ἤδη [c] κεκυρωμένων ὑπάτων, ἀδὲν ἐμποδὼν αὐτοῖς τὸ καθ' ἑαυτοὺς ἔσεσθαι. ἐόντες γὰρ [d] ἀποστήσεσθαι τῆς ὑπατείας τοῖς ἀνθ' αὑτῶν αἱρεθησομένοις, ἐὰν καὶ τῇ βουλῇ ταῦτα δοκῇ. ἐπαινέντος δὲ τὸ δήμου [e] τὴν προθυμίαν τῶν ἀνδρῶν, καὶ πάντων κατὰ πλῆθος ἐπὶ τὸ συνέδριον ὡσαμένων, ἀναγκασθεὶς ὁ Σήσιος τὴν βουλὴν συναγαγεῖν μόνος, ἐπειδὴ ὁ Μενήνιος ἀδύνατος ἦν παρεῖναι διὰ τὴν νόσον, προῆκεν ὑπὲρ τῶν νόμων λέγειν. ἐλέχθησαν μὲν οὖν καὶ τότε πολλοὶ ὑπ' ἀμφοτέρων λόγοι, τῶν τε παραινούντων κατὰ νόμους πολιτεύεσθαι, καὶ τῶν ἀξιούντων τοὺς [f] πατρίους φυλάττειν ἐθισμούς. ἐνίκα δὲ ἡ τῶν εἰς [g] νέωτα μελλόντων ὑπατεύειν γνώμη, ἣν Ἄππιος

excuſarent, dicentes, ſibi non licere alios magiſtratus imperium conſulare habituros creare, quod nos iam confirmati ſimus conſules, ſe, *quo minus id facerent*, illis impedimento non futuros, *dixit*; ſed vltro ceſſuros aliis, qui in ſuum locum electi eſſent, ſi modo et ſenatui ita videretur. Populo autem egregiam eorum voluntatem collaudante, et omnibus confertim in curiam irrumpentibus, Seſtius ſenatum conuocare ſolus coactus (quia Menenius collega, morbo impeditus, intereſſe non poterat) de legibus ad patres retulit. Ergo tunc etiam multa verba hinc inde facta ſunt, tam ab illis, qui ſuadebant, vt ciuitas legibus regeretur, quam ab iis, qui patrios mores ſeruandos cenſebant. Sed ſententia conſulum in proximum annum deſignatorum vicit, quam

Per. Iul. 4264. *Ante Chr.* 450. *Olymp.* 82 2/3. *Cat.* *V.C.* 302. *Var.* 304.

alibi loquitur *Dionyſ. Sylb.* πάντων omittit *Vat.*

a Τὴν νέαν ἀρχὴν *Vat.* voc. medium vulgatis deeſt.

b Ὑπατικὴν ἐξουσίαν *Vat.* vulg. ὑπ. ἀρχὴν.

c Ἀποδεδειγμένων malit *Portus*: quod ſupra dixerat *Dionyſius*, hos conſules quidem deſignatos fuiſſe, nondum tamen populi ſuffragiis confirmatos magiſtratum iniiſſe.

d Ἀποστήσεσθαι τῆς ὑπατείας τοῖς ἀνθ' αὑτῶν *Vat.* Secundum horum vocabulorum atque tertium a vulgatis abſunt.

e Καὶ τὴν προθυμίαν *Vat.*

f Πατρίους *Vat.*

g Deeſt τὸν *Vat.* ante νέωτα, quod in vulg. eſt.

b Ὑπὲρ

Κλαύδιος πρῶτος ἐρωτηθεὶς ἀπεφήνατο, ἄνδρας αἱρεθῆναι δέκα τὰς ἐπιφανεστάτας ἐκ τῆς βουλῆς· τούτους δ' ἄρχειν ἐνιαυτὸν ἀφ' ἧς ἂν ἀποδειχθῶσιν ἡμέρας, ἐξουσίαν ἔχοντας [h] πάντων τῶν κατὰ τὴν πόλιν, ἣν εἶχον οἵ τε ὕπατοι, καὶ ἔτι [i] πρότερον οἱ βασιλεῖς, τάς τ' ἄλλας ἀρχὰς πάσας καταλελῦσθαι, [k] ἕως ἂν οἱ δέκα τύχωσι τῆς ἀρχῆς. τούτους δὲ τοὺς ἄνδρας ἔκ τε τῶν πατρίων ἐθῶν, καὶ ἐκ τῶν Ἑλληνικῶν νόμων, οὓς ἐκόμισαν οἱ πρέσβεις, ἐκλεξαμένους τὰ κράτιστα, καὶ τῇ Ῥωμαίων πόλει πρόσφορα νομοθετήσεσθαι. τὰ δὲ γραφέντα ὑπὸ τῶν δέκα ἀνδρῶν, ἐὰν ἥ τε βουλὴ δοκιμάσῃ, καὶ ὁ δῆμος ἐπιψηφίσῃ, κύρια εἶναι χρόνον, καὶ τὰς ἀρχὰς, ὅσαι ἂν ὕστερον ἀποδειχθῶσι κατὰ τοὺς νόμους, τά τ' ἰδιωτικὰ συμβόλαια [l] διαιρεῖν, καὶ τὰ δημόσια ἐπιτροπεύειν.

Per. Iul. 4264. *Ante Chr.* 450. *Olymp.* 82 2/3. *Cat.* *V.C.* 302. *Var.* 304.

quam App. Claudius, primo loco rogatus, dixit; vt decemuiri senatorii ordinis nobilissimi eligerentur, eorumque imperium effet annuum ab eo die, quo creati fuissent, et totius reipublicae administrationem haberent, cum ea potestate, qua tunc consules praediti erant, et quam reges multo ante habuerunt; caeterique omnes magistratus abrogarentur, donec postea ex legibus creati fuissent; vtque de priuatis contractibus cognoscerent, et publica negotia procurarent.

Tribuni,

h Ὑπὲρ ἁπάντων κατὰ τὴν πόλιν in *Vat.* et *Lapi Cod.*

i Πρῶτον [quod vulgatae dant] positum hoc loco pro πρότερον. *Sylb.*

k In *Cod. Vat.* sunt istaec, quae vulgatis desunt: ἕως ἂν οἱ δέκα τύχωσι τῆς ἀρχῆς. τούτους δὲ τοὺς ἄνδρας ἔκ τε τῶν πατρίων ἐθῶν καὶ ἐκ τῶν Ἑλληνικῶν νόμων, οὓς ἐκόμισαν οἱ πρέσβεις ἐκλεξαμένους τὰ κράτιστα καὶ τῇ Ῥωμαίων πόλει πρόσφορα, νομοθετήσεσθαι. τὰ δὲ γραφέντα ὑπὸ τῶν δέκα ἀνδρῶν, ἐὰν ἥ τε βουλὴ δοκιμάσῃ, καὶ ὁ δῆμος ἐπιψηφίσῃ, κύρια εἶναι χρόνον· καὶ τὰς ἀρχὰς, ὅσαι ἂν ὕστερον ἀποδειχθῶσι κατὰ τοὺς νόμους. *donec essent in magistratu hi decemuiri. Hosque ex patriis consuetudinibus, et ex Graecis legibus, quas legati attulerunt, eligentes optima et Romanae vrbi vtilia leges ferre. et quae decemuiri scripsissent, si senatus ea probasset, confirmassetque populus, firma esse in perpetuum. ac magistratus, quicunque deinceps crearentur, ex his legibus* etc. vt vertit *Lapus.*

l Legendum forsan διαιτεῖν, vel

Τοῦτο τὸ δόγμα λαβόντες οἱ δήμαρχοι προῆλθον εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἀναγνόντες ἐν τῷ δήμῳ, πολλὰς ἐπαίνους τῆς βουλῆς καὶ τοῦ θέντος τὴν γνώμην Ἀππίου διεξῆλθον. ἐπεὶ δὲ κατελάμβανεν ὁ τῶν ἀρχαιρεσίων καιρὸς, ἐκκλησίαν συναγαγόντες οἱ δήμαρχοι, τούς τ' ἀποδειχθέντας ὑπάτους ἤκειν ἠξίουν ἐμπεδώσοντας τῷ δήμῳ τὰς ὑποσχέσεις, κἀκεῖνοι παρελθόντες ἐξωμόσαντο τὰς ὑπατείας. τοῦτο ὁ δῆμος ἐπαινῶν τε καὶ θαυμάζων διετέλει, καὶ ἐπειδὴ τοὺς νομοθέτας ψηφοφορεῖν ἔδει, πρῶτος εἵλετο τῶν ἄλλων· καὶ ἀπεδείχθησαν ἐν ἀρχαιρεσίαις ὑπὸ τῆς λοχίτιδος ἐκκλησίας Ἄππιος μὲν Κλαύδιος καὶ Τίτος [m] (Λεύκιος) Γενούκιος, ὃς ἔδει [n] τὸ ἐπιὸν ἄρχειν ἔτος. Πόπλιος δὲ Σήξιος, ὁ τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον ὑπατεύων, τρεῖς τε οἱ κομίσαντες παρὰ τῶν Ἑλλήνων τοὺς νόμους, [o] Πόπλιος Ποστόμιος, καὶ Σερούιος Σουλπίκιος, καὶ Αὖλος Μάλλιος· εἷς δὲ τῶν ὑπατευσάντων [p] τὸν

Per. Iul. 4264. *Ante Chr.* 450. *Olymp.* 82 2/3. *Cat.* *V.C.* 302. *Var.* 304.

Tribuni, hoc senatusconsulto accepto, in concionem progressi, eoque apud populum recitato, senatum, Appiumque, eius sententiae auctorem, multis laudibus extulerunt. Deinde vbi dies comitiorum venit, tribuni, populo ad concionem conuocato, consules quoque designatos adesse iusserunt, vt promissa populo praestarent; atque illi, in medium progressi, consulatu se abdicarunt. Hos populus vehementer laudauit, admiratusque est: et quum legum condendarum gratia decemviri creandi essent, eos primos elegit. creatique sunt centuriatis comitiis App. Claudius et T. Genucius, qui in annum proximum consules designati fuerant; et cum his P. Sestius, illius anni consul; et tres legati, qui leges a Graecis attulerant, P. Postumius, Sex. Sulpicius, A. Manlius; et vnus ex superioris anni consulibus,

vel διαιτᾶν, vt alibi dicitur: καθεζόμενοι διήτων τὰ δημοτικὰ συμβόλαια. *Portus.*

m Λεύκιος hic quoque tollendum est, vt supra p. 2136. v. 10. *Sylb.*

n Τὸ ἐπιὸν *Vat.*

o Pro Πόπλιος supra fuit Σπόριος p. 2130. v. 11. itidemque apud *Liuium.* Pro Σερούιος vero iterum in *Ed. Steph.* [et *Cod. Vat.*] erat Σερουίλιος: errore manifesto. *Sylb.*

p Intelligendus hic non proximus

παρελθόντα ἐνιαυτὸν, Τίτος Ῥωμίλιος, ὁ τὴν ἐν τῷ δήμῳ δίκην Σικκίῳ κατηγορήσαντος ἄλλῳ, ἐπειδὴ γνώμης ἐδόκει [q] ἄρχειν δημοτικῆς· καὶ ἐκ τῶν ἄλλων βαλευτῶν Γάϊος Ἰάλιος, καὶ Τίτος Οὐετέριος, καὶ Πόπλιος [r] Ὁράτιος, [s] ἅπαντες ὑπατικοί· αἱ δὲ τῶν δημάρχων τε καὶ ἀγορανόμων καὶ [t] ταμιῶν, καὶ εἴ τινες ἦσαν ἄλλαι πάτριοι Ῥωμαίοις ἀρχαὶ, κατελύθησαν.

LVII. Τῷ δ' ἑξῆς ἔτει παραλαβόντες οἱ [u] δέκα [w] νομοθέται τὰ πράγματα, πολιτείας κόσμον τοιόνδε τινὰ καθίσταν· εἰς μὲν αὐτῶν τάς τε ῥάβδους [x] καὶ τὰ λοιπὰ παράσημα τῆς ὑπατικῆς εἶχεν ἐξουσίας, ὃς βουλήν τε συνεκάλει, καὶ [y] δόγματα ἐπεκύρου, καὶ τἆλλα ἔπρατ-

Per. Iul. 4265. *Ante Chr.* 449. *Olymp.* 82 3/4. *Cat.* *V.C.* 303. *Var.* 305. *Decemviri pro coss. remp. administrant.*

sulibus, T. Romilius, qui, a Siccio accusatus et populi iudicio damnatus, tunc tamen sententiae popularis auctor fuisse videbatur; et ex reliquis senatoribus C. Iulius, T. Veturius, et P. Horatius, omnes consulares; tribunorum vero, aedilium, quaestorum, et si qui alii patrii magistratus Romae erant, abrogati sunt.

Anno sequenti decemuiri legum condendarum caussa creati, assumtis reipublicae gubernaculis, talem ciuitatis formam constituerunt. Fasces et reliqua consularis potestatis insignia penes vnum eorum erant, qui senatum conuocabat, decreta confirmabat, caeteraque munia obibat, quae ad ducem

ximus annus superior, sed annus ante hunc quintus: eo enim anno consulatum gessit T. Romilius cum C. Veturio, p. 2077. v. 5. *Sylb.*

q Ἀρξαι δημοτικῆς· ἐκ δὲ τῶν ἄλλων *Vat.*

r Pro *Horatio* apud *Liuium* est *Curiatius:* verum *Liuium Dionysiumque* diuersos sequutos auctores crediderim, vt l. I. de *Curiatiis* et *Horatiis* accidit. *Glarean.*

s Dubium, ad tresne vltimos tantum, an ad decem referendum. *Idem.*

t Ταμειῶν] In *Ed. Steph.* ταμείων: qui accentus et regulae aduersatur, et ambiguitatis aliquid parit. quin et (sine ε) ταμίαι frequentius appellantur. *Sylb.*

u Non agnoscit *Vat.*

x Καὶ τὰ παράσημα πάντα τῆς βασιλικῆς εἶχον ἐξουσίας praefert *Portus.* pro παράσημα vulgatae dant πράγματα.

y Δόγματα *Vat.* vulgo δόγμα.

z Pro

τεν, ὅσα ἡγεμόνι προσῆκεν· οἱ δ' ἄλλοι, συνελλοντες ἐπὶ τὸ δημοτικώτερον τὸ τῆς ἐξουσίας ἐπίφθονον, ὀλίγῳ τινὶ διήλλαττον ὀφθῆναι τῶν πολλῶν· εἶτ' αὖθις ἕτερος αὐτῶν ἐπὶ τὴν ἐξουσίαν καθίστατο. καὶ τοῦτ' ἐκ [z] περινομῆς ἐγένετο παραλλάξ, ἑκάστῳ τὴν ἡγεμονίαν παραλαμβάνοντος εἰς συγκείμενόν τινα ἡμερῶν ἀριθμόν. ἅπαντες δ' ἐξ ἐωθινοῦ καθεζόμενοι διήτων [a] τὰ δημοτικὰ συμβόλαια καὶ τὰ δημόσια, [b] ὁπόσα πρός τε ὑπηκόους, καὶ συμμάχους, καὶ τοὺς ἐνδοιάστως ἀκροωμένους τῆς πόλεως ἐγκλήματα τυγχάνοι γενόμενα, μετὰ πάσης ἀνασκοποῦντες ἐκάστα ἐπιεικείας τε καὶ δικαιοσύνης. [c] ἐδόκει τ' ἄριστα τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον ἡ Ῥωμαίων πόλις ὑπὸ τῆς δεκαρχίας ἐπιτροπευθῆναι. μάλιστα δ' αὐτῶν

ducem pertinebant: reliqui vero, ad minuendam potestatis inuidiam, habitu non multum a priuatis differebant: deinde alius rursus ei potestati succedebat. hoc autem vicibus seruatis perpetuo fiebat, idque ad certum dierum numerum praestitutum, donec tempus annui imperii, quod acceperant, elaberetur. Omnes autem, a matutinis horis, pro tribunali, tam de priuatis, quam de publicis contractibus cognoscebant; et omnes controuersias, quaecunque ortae fuissent cum subiectis, aut sociis, aut gentibus dubiae fidei erga populum Romanum, dirimebant, de singulis summa aequitate et iustitia iudicantes. Illoque anno respublica Romana decemuirali imperio optime administrata videbatur. Sed maxime in illis laudabatur

Per. Iul. 4265. *Ante Chr.* 449. *Olymp.* 82 3/4. *Cat.* *V.C.* 303. *Var.* 305.

plebis

z Pro παρανομῆς facit *Lapi* versio: *fiebatque haec commutatio ex consuetudine, suscipientibus* (ἐπιλαμβανόντων) *ducatum in praefinitum quendam dierum numerum.* Verum *Gelenius* παραμονῆς maluisse videtur. *Sylb.* Καὶ τοῦτ' ἐκ περινομῆς ἐγίνετο παραλλάξ ἐπ' αὐτῷ τὴν ἡγεμονίαν *Vat.* in vulgatis legitur παρανομῆς et ἐπὶ ἐνιαυτῷ.

a In *Cod. Vat.* τὰ ἰδιωτικὰ, vt supra, p. 2140. v. 13. τά τε ἰδιωτικὰ συμβόλαια διαιρεῖν χρὴ τὰ δημόσια etc. quod etiam *Porto* placuisse video. *Causſas plebeias et publicas* vertit *Gelen.* quasi per δημοτικὰ intelligat causſas, quae ad *plebem* spectant, et per δημόσια, quae ad *remp.*

b *Lapus* quoque transposita τε legit: ὁπόσα τε πρὸς ὑπηκόους *Sylb.*

c Ἐδόκει δὲ ἄριστα *Vat.*

πίας καλῶν, καὶ δωρεὰς, ἢ χάριτας. Φέρε, ἐὰν δὴ μανεὶς δέξωμαι χρυσὸν, ὃν δίδως μοι, καὶ τοῦθ' ἅπασι Ῥωμαίοις γένηται φανερόν· ἔπειθ' οἱ τὴν ἀνυπεύθυνον ἔχοντες ἀρχὴν, οὓς ἡμεῖς τιμητὰς καλοῦμεν, οἷς ἀποδέδοται τοὺς ἁπάντων Ῥωμαίων ἐξετάζειν [d] βίους, καὶ τοὺς ἐκβαίνοντας ἐκ τῶν πατρίων ἐθῶν ζημιοῦν, καλέσαντές με λόγον ἀποδοῦναι κελεύσωσι τῆς δωροδοκίας, ἁπάντων παρόντων· [e] * * * * * * *
* * * * * * * * *

[Ὅτι Κλεινίας ὁ Κροτωνιάτης, τύραννος ὢν, ἀφείλετο τὴν ἐλευθερίαν τὰς πόλεις, φυγάδας ἀθροίσας ἐκ παντὸς τόπου καὶ δήλους ἐλευθερώσας· οἷς τὴν τυραννί-

V.C. Cat. 472. Olymp. 124 4 123. 1.

nibus ornet, humanitatis officia, vel dona, vel beneficia vocans. Age vero, si eo deueniam insaniae, vt aurum accipiam, quod offers, idque omnibus Romanis innotescat, et postea ii, qui magistratum reddundis rationibus non obnoxium gerunt, qui a nobis Censores appellantur, (quibus datum est in omnium Romanorum vitas inquirere, et a patriis moribus atque institutis desciscentes mulctare) accersitum me rationem de acceptis, quae ad me corrumpendum oblata fuerint, muneribus rationem reddere iubeant, coram omnibus: * * * * *
* * * * * * * * * * *

[Clinias Crotoniates primus vrbes in ea parte Italiae sitas, quae maior Graecia dicitur, tyrannide oppressit, congregatis vndique exsulibus et seruis ad pileum vocatis: quorum praesidio

retinendo καλῶν: siue participium κοσμήσας seruando, καλῇ pro καλῶν substituatur. sed verisimilior est illa verbi κοσμήσῃ pro participio κοσμήσας substitutio, vtpote leuiorem mutationem habens. *Steph.*

d Hic βίους interpretatus sum *vitas*, non *fortunas*: ac τὲς ἁπάντων Ῥωμαίων βίους non aliter intelligendum esse puto, quam si ἑκάστε Ῥωμαίων βίον dixisset. *Steph.*

e Imperfectam manere sententiam videmus, ita quidem, vt non difficile videatur, verba, quae proxime sequebantur, non item reliqua, coniectura assequi. Neque enim dubito, quin haec sequerentur: τί αὐτοῖς ἀποκρινοῦμαι; *quid ipsis respondebo?* aut aliae voces, quae idem valerent; cuiusmodi fuerint istae: πῶς περὶ αὐτῆς ἀπολογήσομαι; vel τίνα ἀπολογίαν αὐτοῖς δώσω; hisce enim

δα κρατυνάμενος τὲς ἐπιφανεςάτυς Κροτωνιατῶν, ὃς μὲν ἀπέκτεινεν, ὃς δὲ ἐξέβαλεν ἐκ τῆς πόλεως· Ἀναξίλας δὲ Ῥηγίνων τὴν ἀκρόπολιν κατελάβετο· καὶ πάντα τὸν τοῦ βίε χρόνον κατασχὼν, [f] Λεόφρονι τῷ παιδὶ τὴν ἀρχὴν κατέλιπε. καὶ ἄλλοι ἀπὸ τύτων δυναςείας ἐν ταῖς πόλεσι κατασκευάσαντες πάντα τὰ πράγματα διέφθειραν. ἡ δὲ τελευταία τε καὶ πασῶν μεγίςη κάκωσις ἁπάσαις ταῖς πόλεσιν ἡ Διονυσίε τυραννὶς ἐγένετο τῶ κρατήσαντος Σικελίας. διέβη γὰρ εἰς Ἰταλίαν ἐπὶ Ῥηγίνες, Λοκρῶν ἐπικαλεσαμένων, οἷς ἦσαν οἱ Ῥηγῖνοι διάφοροι. καὶ συνελθόντων ἐπ' αὐτὸν Ἰταλιωτῶν δυνάμεσι μεγάλαις, συνάψας μάχην ἀπέκτεινε συχνὲς, καὶ πόλεις αὐτῶν δύω κατὰ κράτος ἐξεῖλεν. εἶτ' αὖθις ἑτέραν ποιησάμενος διάβασιν Ἱππωνιεῖς ἀνέςησεν ἐκ τῆς ἑαυτῶν, ὃς ἀπήγαγεν εἰς Σικελίαν· καὶ Κροτωνιάτας ἐξεῖλε καὶ Ῥηγίνες, καὶ διετέλεσεν ἔτη δώδεκα τούτων τυράννων τῶν πόλεων. ἔπειθ' οἱ μὲν τὸν τύραννον δεδιότες τοῖς

dio cum tyrannidem confirmasset, principes Crotoniatarum partim necauit, partim vrbe expulit. Deinde Anaxilaus Rheginorum arcem occupauit, tenuitque, quoad vixit, ac moriens Leophroni filio dominationem tradidit. Alii posthac subsecuti, cum in variis vrbibus dominationes atque imperia constituissent, funditus omnia subuerterunt. Extrema demum atque omnium grauissima pestis et calamitas Dionysii Siculi tyrannis incubuit vniuersis simul ciuitatibus. Namque hic in auxilium aduocatus a Locris, aduersus Rheginos, quibuscum dissentiebant, in Italiam traiecit: cumque Italicorum ingentibus copiis proelio congressus, multos cecidit, et vrbes duas vi cepit. Posthac iterum in Italiam cum traiecisset, Hipponienses abstractos sedibus suis in Siciliam transtulit, et Crotonem ac Rhegium expugnauit, iisque vrbibus per duodecim annos dominatus est. Deinde vero hi quidem, tyrannum reformidantes, semetipsos

V.C. Cat. 472. Olymp. 124 4 123. 1.

enim loquendi generibus vtitur *Dionys. Steph.*

f Huius Leophronis, Rhegi-

norum tyranni, meminit *Iustinus* lib. 2. *Vales.*

* Sc.

βαρβάροις αὐτὰς ἐνεχείριζον. οἱ δ' ὑπ' ἐκείνων πολεμούμενοι, τῷ τυράννῳ τὰς πόλεις παρεδίδοσαν. ὑφ' ὅτε δὲ πάσχοιεν ἀεὶ κακῶς δυσχεραίνοντες, Εὐρίπε δίκην τῇδε καὶ τῇδε πρὸς τὸ συντυχὸν ἐτράποντο.]

[Ὅτι Πύρρος διέβη τὸ δεύτερον εἰς Ἰταλίαν, ἐ χωρούντων αὐτῷ τῶν ἐν Σικελίᾳ πραγμάτων κατὰ νοῦν, διὰ τὸ μὴ βασιλικὴν φανῆναι τὴν ἡγεμονίαν αὐτοῦ ταῖς ἐπιφανεστάταις πόλεσιν, ἀλλὰ δεσποτικήν. εἰσαχθεὶς γὰρ εἰς Συρακούσας ὑπό τε Σωσιστράτου τοῦ κρατοῦντος τῆς πόλεως τότε, καὶ Θοίνωνος τοῦ Φρουράρχου, παραλαβὼν παρ' ἐκείνων τὰ χρήματα καὶ ναῦς χαλκεμβόλους ὁμοῦ τι διακοσίας, καὶ πᾶσαν ὑφ' ἑαυτῷ ποιησάμενος Σικελίαν, πλὴν Λιλυβαίου πόλεως, ἣν ἔτι μόνην Καρχηδόνιοι κατεῖχον, εἰς αὐθάδειαν τυραννικὴν ἐτράπετο. τάς τε γὰρ οὐσίας τῶν Ἀγαθοκλέους οἰκείων, ἢ φίλων, ἀφαιρούμενος τὰς παρ' ἐκείνου λαβόντας, τοῖς ἑαυτῷ φίλοις ἐχαρίσατο· καὶ τὰς μεγίστας ἐν ταῖς πόλεσιν ἀρχὰς τοῖς ἰδίοις ὑπασπισταῖς καὶ λοχαγοῖς προσένειμεν,

ipſos barbaris dedidere: illi vero, bello a barbaris appetiti, vrbes ſuas Dionyſio tradiderunt; quod ſi forte ab alterutro opprimerentur, ſtatim faſtidio ac moleſtia affecti, inſtar Euripi hac illac fortuito ferebantur.

Igitur Pyrrhus rurſus in Italiam traiecit, rebus ei in Sicilia haudquaquam ex voto fluentibus, eo quod potioribus ciuitatibus eius imperium tyrannicum potius eſſe, quam regium, videretur. Namque * introductus Syracuſas a Soſiſtrato, qui tum vrbem tenebat, et a Thoenone, arcis praefecto, cum ab iis pecuniam publicam ac ducentas fere roſtratas naues accepiſſet, omnique praeter Lilybaeum oppidum (quod vnum Carthaginienſes etiam tum tenebant,) Sicilia eſſet potitus, ad tyrannicam mox inſolentiam deflexit: quippe ademtas amicis, aut neceſſariis Agathoclis facultates, quas a tyranno obtinuerant, ipſe amicis ſuis donabat: ac praecipuos ciuitatum magiſtratus ſatellitibus ſuis mandabat, aut centurionibus, praeter leges atque

V.C. Cat. 472. Olymp. 124 4/5.

V.C. Cat. 477. Olymp. 126 1/2.

* Sc. *V. C. Cat.* 474. *Olymp.* 125 2/3.

g Lege

οὐ κατὰ τοὺς ἐπιχωρίους ἑκάστης πόλεως νόμους, οὐδ' εἰς τὸν εἰωθότα χρόνον, ἀλλ' ὡς αὐτῷ φίλον ἦν. δίκας τε καὶ ἀμφισβητήσεις καὶ τὰς ἄλλας πολιτικὰς οἰκονομίας ἁπάσας τὰς μὲν αὐτὸς δικᾶτα, τὰς δὲ τοῖς περὶ τὴν αὐλὴν ἀναστρέφειν καὶ διακρίνειν ἀπεδίδου, ἀνθρώποις ἐθὲν ἕτερον ὁρῶσιν, ὅτι μὴ κερδαίνειν καὶ καθηδυπαθεῖν τὰς εὐπορίας. καὶ διὰ ταῦτα πάντα βαρὺς ταῖς ὑποδεξαμέναις πόλεσι, καὶ μισητὸς ἦν. αἰσθόμενος δ' ὑπέλως ἤδη πολλὰς πρὸς ἑαυτὸν ἔχοντας, εἴς τε τὰς πόλεις φρουρὰς εἰσῆγε, πρόφασιν ποιούμενος τὸν ἀπὸ Καρχηδονίων πόλεμον· καὶ τοὺς ἐπιφανεστάτους ἄνδρας ἐξ ἑκάστης πόλεως συλλαμβάνων ἀπέκτεινεν, ἐπιβουλὰς καὶ προδοσίας εὑρηκέναι ψευσάμενος, ἐν οἷς καὶ Θοίνων ὁ [g]Φύλαρχος, ὃς ὑπὸ πάντων ὡμολόγητο πλείστην σπουδὴν καὶ προθυμίαν εἰς τε τὴν διάβασιν αὐτῷ καὶ τὴν παράληψιν τῆς νήσου παρεσχῆσθαι. καὶ γὰρ ὑπήντησεν αὐτῷ ναυτικὸν στόλον ἄγων, καὶ τὴν ἐν ταῖς Συρακούσαις

atque inſtituta ſingularum vrbium, neque in tempus legibus praefinitum, ſed quoad ſibi viſum eſſet. Ad haec cauſſas, et controuerſias, aliaque negotia publica, partim ipſe diſceptabat, partim diſpicienda ac diiudicanda aulicis delegabat, viris nihil praeter lucrum atque ex lucro luxum et helluationem ſpectantibus. Has ob cauſſas Pyrrhus cunctis, quae eum exceperant, ciuitatibus grauis atque inuiſus erat. Qui cum iam pleroſque exulcerato in ſe animo eſſe intelligeret, praeſidia vrbibus impoſuit per ſpeciem belli, quod a Carthaginienſibus imminere iactabat; atque ex ſingulis ciuitatibus correptos viros nobiliſſimos, confictis aduerſus eos calumniis, quaſi inſidias, aut proditionem machinati fuiſſent, neci dedit. Quos inter fuit et Thoeno, arcis praefectus, quem inter omnes conſtabat maximum ſtudium atque egregiam operam in traiiciendo exercitu ac tradenda inſula praeſtitiſſe Pyrrho. Etenim non modo cum claſſe regi occurrerat, ſed et Inſulam (ſic pars oppidi Syracu-

V.C. Cat. 477. Olymp. 126 1/2.

g Lege Φρούραρχος, vt ſupra. Corrupte Θώνων ſcribitur apud *Suid.* v. Πύρρος, et Φωνίων apud *Valeſ.* *Diodor. Sic.* lib. 22. vbi et Σώστρατος dicitur, qui hic *Soſiſtratus.*

b Nomen

νῆσον, ἣν αὐτὸς ἐκράτει, παρέσχεν. ἐπιχειρήσας δὲ καὶ Σωσίστρατον συλλαβεῖν διήμαρτε τῆς ἐλπίδος, προαισθομένου τὴν ἐπιβολὴν τοῦ ἀνδρὸς, καὶ φυγόντος ἐκ τῆς πόλεως. ἀρξαμένων δὲ ταράττεσθαι τῶν πραγμάτων, καὶ ἡ τῶν Καρχηδονίων πόλις καιρὸν ἐπιτήδειον εἰληφέναι νομίζουσα πρὸς ἀνάκτησιν τῶν ἀπολωλότων χωρίων, στρατιὰν ἀπέστειλεν ἐπὶ τὴν νῆσον.]

[Ὅτι ἀμηχανοῦντα τὸν Πύρρον καὶ πόρους παντοδαπους ἐπιζητοῦντα ὁρῶντες οἱ κάκιστοι καὶ ἀνοσιώτατοι τῶν φίλων, Εὐήγορος Θεοδώρου, καὶ [h] Βάλακρος Νικάνδρου, καὶ Δείναρχος Νικίου, τῶν ἀθέων καὶ ἐξαγίστων δογμάτων ζηλωταὶ, πόρον ὑποτίθενται χρημάτων ἀνόσιον, τοὺς ἱερους ἀνοῖξαι τῆς Περσεφόνης θησαυρούς. ἦν γὰρ ἱερὸν ἐν τῇ πόλει ταυτῇ ἅγιον, καὶ πολὺν χρυσὸν ἐκ παντὸς τοῦ χρόνου πεφυλαγμένον ἄθικτον ἔχον, ἐν ᾧ χρυσός τις ἄβυσσος ἀόρατος τοῖς πολλοῖς κατὰ γῆς κείμενος. ὑπὸ τούτων ἐξαπατηθεὶς τῶν κολάκων, καὶ τὴν ἀνάγκην [i] κρεῖττονα παντὸς ἡγησάμενος τοῖς εἰσηγησαμένοις τὴν γνώμην ἀνδράσι διακόνοις τῆς ἱεροσυλίας ἐχρήσατο· καὶ τὸν ἐξελθόντα χρυσὸν ἐκ τοῦ ἱεροῦ ναυσὶν ἐνθέμενος, μετὰ τῶν ἄλλων χρημάτων ἀπέστειλεν εἰς Τάραντα πολλῆς μετὸς εὐθυμίας γενόμενος. ἡ δὲ δικαία πρόνοια τὴν αὐτῆς δύναμιν ἀπεδείξατο. ὡς γὰρ ἀνήχθησαν αἱ νῆες ἀπὸ τοῦ λιμένος, τὴν μὲν ἀπόγειον αὔραν λαβοῦσαι προέκοψαν· ἄνεμος δ' ἐναντίος γενόμενος, καὶ δι' ὅλης νυκτὸς κατασχὼν, ἃς μὲν κατέκλυσεν, ἃς δ' εἰς τὸν τῆς Σικελίας πορθμὸν ἐξέβαλεν. ἐν αἷς δὲ παρεκομίζετο τὰ ἀναθήματα καὶ ὁ προενεχθεὶς ἐκ τῶν ἀναθημάτων χρυσὸς, ἐπὶ τὰς Λοκρὰς ἐξώκειλεν αἰγιαλάς. καὶ τὰς μὲν πλέοντας ἐν αὐταῖς ἐν τῇ παλιρροίᾳ τῶν κυμάτων κατακλυζομένας διέφθειρε, τὰ δ' ἱερὰ χρήματα, διασπασθεισῶν τῶν νεῶν, ἐπὶ τὰς ἔγγιστα τῶν Λο-

V.C. Cat. 477. *Olymp.* 126 ½.

Syracuſanorum vocatur, quam ipſe praeſidio tenebat) eidem tradiderat. Sed Pyrrhus Soſiſtratum praeterea comprehendere conatus, ſpe ſua fruſtratus eſt, cum ille inſidias regis praeſenſiſſet, atque ex vrbe aufugiſſet. Caeterum rebus iam in Sicilia turbari coeptis, Carthaginienſes, opportunitatem recuperandi ea, quae amiſerant, ſibi oblatam rati, exercitum in inſulam miſerunt.

Cum Pyrrhus maxima in difficultate eſſet, atque omnem rationem inueſtigaret pecuniae comparandae, Euagorus Theodori, Balacer Nicandri atque Dinarchus Niciae filius, omnium eius amicorum nequiſſimi ac ſceleratiſſimi, atque impiorum auctores conſiliorum, nefariam lucrandi rationem ei ſubminiſtrarunt, vt ſacros Proſerpinae theſauros recluderet. Erat quippe templum in ea vrbe ſanctiſſimum, in quo ingens auri vis, omni aeuo intacta, ſub terra condita ſeruabatur. Ab

h Nomen eſt Macedonicum apud *Polybium* legat. 69. et *Harpocrationem* in Νικάνωρ, et *Diodorum*, pro eo, quod caeteri φάλακρος dicerent. Solent enim Macedones βῆτα vſurpare pro φ. ſic βίλιππος dicunt et βερενίκη et βάλακρος teſte *Plutarcho* cap. 9. quaeſtionum Graecarum, et *Stephano Byzantio* in Βερσία. *Valeſ.*

i Παντὸς ἡγησάμενος τὴν γνώμην] Hic locus certiſſimo mendo laborat, quem ſic corrigere procliue eſt: κρεῖττονα πάντως εἶναι νομίσας, τοῖς εἰσηγησαμένοις τὴν γνώμην, et caetera. *Valeſ.* Apud *Suidam*: καὶ διὰ τὴν ἀνάγκην κρεῖττονα παντὸς ἡγησαμένων τὴν γνώμην, ἀνδράσι etc. atqui ἡγησάμενος pro ἡγησαμένων legit *Portus*, et vertit: *et propter vrgentem neceſſitatem id conſilium omnium optimum ratus, iiſdem ipſis* etc.

Ab his aſſentatoribus corruptus Pyrrhus, ac neceſſitatem religione omni potiorem ratus, iiſdem ipſis, qui auctores conſilii fuerant, adminiſtris ſacrilegii eſt vſus; ac pecuniam omnem, quam ex templo abſtulerat, in naues impoſitam laetus Tarentum miſit. ſed deorum numen breui praeſentiſſimum apparuit. Etenim cum naues e portu ſoluiſſent, primum quidem ſecundo vento vela fecerunt, atque aliquantum progreſſae ſunt: tandem vero cum ventus aduerſus incubuiſſet, ac per totam noctem luctantes in ancoris detinuiſſet, alias ſubmerſit, alias in Siculum fretum eiecit; eas vero, quibus donaria ac ſacra omnis pecunia aſportabatur, in ipſa Locrenſium litora repulit ac retruſit, ac, vectoribus ipſis aeſtu vndarum abſorptis, laceratiſque nauibus, theſauri in proximas Locris ripas tempeſtate

V.C. Cat. 477. *Olymp.* 126 ½.

k Hunc

ηρῶν θῖνας ἐξέβρασεν. ὁ δὲ βασιλεὺς καταπλαγείς, ἅπαντα τὸν κόσμον καὶ τὰς θησαυρὰς ἀπέδωκε τῇ θεῷ, ὡς [k] παραιτησόμενος αὐτῆς διὰ τοῦτο τὸν χόλον,

Νήπιος, οὐδὲ τὸ ἤδει ὃ δὴ πείσεσθαι ἔμελλεν.

Οὐ γάρ τ' αἶψα θεῶν τρέπεται νόος αἰὲν ἐόντων, ὡς Ὁμήρῳ εἴρηται. ἀλλ' ἐπειδὴ τῶν ἱερῶν ἐτόλμησεν ἅψασθαι χρημάτων, καὶ πόρον ὑποθέσθαι πολέμων, ἀνόνητον ἐποίησε τὴν ἔννοιαν αὐτῷ τὸ δαιμόνιον, ἵνα παράδειγμα καὶ παίδευμα πᾶσιν ἀνθρώποις γένοιτο τοῖς μεθ' ἑαυτόν. διὰ τοῦτο καὶ ὑπὸ Ῥωμαίων ἡττήθη ὁ Πύρρος κατὰ κράτος. οὐ γὰρ στρατιά τις φαύλη καὶ ἀνάσκητος ἦν αὐτῷ, ἀλλ' ἡ κρατίστη τῶν τότε ὄντων ἐν Ἕλλησι, καὶ πλείστας ἀγωνισαμένη πολέμους. οὐδὲ πλῆθος ἀνδρῶν τῶν τότε παραταξαμένων ὀλίγον, ἀλλ' ὅσον καὶ τριπλάσιον εἶναι. οὐδὲ στρατηγὸς τῶν ἐπιτυχόντων τις, ἀλλ' ὃν ἅπαντες ὁμολογοῦσι μέγιστον γενέσθαι τῶν κατὰ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν ἀκμασάντων στρατηγῶν. οὐδὲ τόπου φύσις ἄνισος, ἢ τ' ἐπικαιρίας [l] τοῖς ἑτέροις ἄφιξις αἰφνί-

pestate eiecti sunt. Qua clade perculsus rex, thesauros atque omnia ornamenta deae restituit, quasi pacem numinis eo facto impetraturus, V.C. Cat. 477. Olymp. 126 1/2.

Demens, qui haud sciret, quae se mox poena manebat.
Nec mutatur enim leuiter sententia Diuum,

vt ait Homerus. Quippe cum sacram pecuniam nefarie contingere ausus esset, eamque in vsum belli destinare, dii eius consilium vanum atque irritum fecerunt, vt exemplo deinceps esset omnibus posteris. Hancque maxime ob caussam bello victus ac profligatus est a Romanis Pyrrhus. Neque enim contemnendum, aut imperitum rei militaris habebat exercitum, sed optimos tota Graecia milites, ac plurimis bellis exercitatos; atque eorum non exiguas copias, sed ter tanto ampliores Romanis. Neque ipse dux erat vulgaris, sed quem omnes aetatis suae praestantissimum fatentur fuisse. Postremo nec loci iniquitas, neque auxilia submissa hostibus ac repente superue-

k Hunc locum citat *Suidas*, voce παραιτησόμενος.

l Mallem τοῖς ἐχθροῖς. *Vales.*

m Nota

διος, ἢ τ' ἄλλη τις συμφορὰ καὶ πρόφασις ἀπροσδόκητος ἐπιπεσοῦσα συνέτριψε τὰ Πύρρου πράγματα· ἀλλ' ὁ τῆς ἀσεβηθείσης θεᾶς χολὸς, ὃν οὐδ' αὐτὸς ἠγνόει Πύρρος, ὡς Πρόξενος ὁ συγγραφεὺς ἱστορεῖ, καὶ αὐτὸς ὁ Πύρρος ἐν τοῖς ἰδίοις ὑπομνήμασι γράφει. ἐν γὰρ τῇ νυκτὶ, ἐν ᾗ τὴν στρατιὰν ἔμελλεν ἀπάξειν ἐπὶ τὸ ὄρος, ἔδοξε κατὰ τὰς ὕπνους ἐκπεσεῖν αὐτῷ πλείονας ὀδόντας, καὶ πλῆθος αἵματος ἐκ τοῦ στόματος φέρεσθαι. ταραχθεὶς δὲ διὰ τὴν ὄψιν καὶ μεγάλην ἔσεσθαι συμφορὰν μαντευόμενος, ἐβάλετο ἐπισχεῖν τὴν ἡμέραν ἐκείνην. ἐκ ἴσχυε δὲ νικῆσαι τὴν πεπρωμένην, ἐναντιουμένων τῶν φίλων πρὸς τὴν ἀναβολὴν, καὶ μὴ μεθεῖναι τὸν καιρὸν ἐκ τῶν χειρῶν ἀξιόντων.

Τέλος τῆς ἱστορίας Διονυσίᾳ [m] Ἁλικαρνησσέως.]

nientia, neque vlla calamitas, aut fortuitus casus, res Pyrrhi afflixere; sed solus indignantis deae furor: quod nec ipse Pyrrhus diffitebatur, vt Proxenus, historiae scriptor, atque ipse in Commentariis rerum suarum Pyrrhus prodit. Nocte enim, qua exercitum in collem subducturus erat, visus sibi in somnis est plerosque dentes multo cum sanguine exspuere. Quo viso non mediocriter turbatus, cum graue damnum impendere coniiceret, statuerat quidem eo die se continere. verum, amicis moram ac cunctationem adspernantibus, multumque orantibus, ne opportunitatem e manibus elabi sineret, fatum superare haudquaquam valuit. V.C. Cat. 477. Olymp. 126 1/2.

Finis Historiarum Dionysii Halicarnassei.]

m Nota hic Ἁλικαρνησσέως cum η in antepenultima, vt et supra, p. 2362. v. 10. Εὐήγορος.

LEGES REGIAE
ET
LEGES DECEMVIRALES,
IVSTI LIPSII OPERA STVDIOSE COLLECTAE.

DE REGIIS LEGIBVS, ET QVI REGES QVAS TVLERVNT.

Ius omne, Publicum, aut Priuatum est. Publicum, Diuinum, aut Humanum. Diuinum, quod ad sacra et sacerdotes pertinet: Humanum, quod ad magistratus, et publicam administrationem. Ex his Romulus rex, Humanum praecipue; Numa, Diuinum constituit. Et publico quidem iuri pauca aut reges caeteri, aut Decemuiri addiderunt. Superat priuatum; quod in Naturale, Gentium, et Ciuile tribuitur. Naturae ius Romuli fere leges praeferunt: Numa, Gentium addidit. Romulus de educatione liberorum, de matrimoniis, de parentum iure sanxit: Numa de homicidiis, de bonae fidei contractibus, de sepultura quaedam tulit. Iuris Ciuilis praecipuus auctor Seruius Tullius, qui, auctore Dionysio, de Contractibus et Iniuriis quinquaginta leges rogauit: item de foenore, de nexis, aere alieno, et alia, quae complurima in suas tabulas Decemuiri transtulerunt. Non aliena ab hac origine iuris Aristotelis diuisio est Iustitiae particularis in διανεμητικὴν, siue Distributiuam, et ἀλλακτικὴν, siue Commutatiuam. Priorem illam iustitiam Romulus maxime, et ex parte Numa; posteriorem caeteri spectarunt. Romuli leges (quarum verba ipsa perierunt, sententiae ex antiquis, praecipue Dionysio, colliguntur) sic concipi possunt:

1 *Deos patrios colunto: externas superstitiones, aut fabulas, ne admiscento.*

2 *Ne quid inauspicato publice gerunto.*

3 *Nocturna sacrificia, peruigiliaque amouentor.*

4 *Rex, sacrorum praeses, legum custos esto: iudicia exerceto: belli imperium habeto.*

5 *Patres sacerdotia et magistratus capiunto: plebeiis patrons sunto.*

6 *Populi suffragia sunto: magistratus creanto; leges sciscunto: pacem bellumque iubento.*

7 *Moenia sancta existimantor.*

8 *Vxor,*

8 *Vxor, farreatione viro iuncta, in sacra et bona eius venito: ius deuortendi ne esto.*

9 *Si stuprum commisit, aliudue quid peccassit, maritus iudex et vindex esto: deque eo cum cognatis cognoscito.*

10 *Temetum mulier ne bibito.*

11 *Quod nutum erit, parentes tollunto: monstrosos tamen partus se fraude exponi fas esto.*

12 *In liberos suprema patrum auctoritas esto: venumdare, occidere liceto.*

VERBA IPSA LEGVM.

13 Si pater filiom ter venumduit, filius a patre liber esto.

14 Sei puer parenteis verberit, ast oloe plorassint, puer diveis parentum sacer esto: Sei nurus, sacra diueis parentum esto.

15 Patronus si clienti fraudem faxsit, sacer esto.

16 Duumuiri perduellionem iudicent: si a duumuiris prouocarit, prouocatione certato. Si vincent, caput obnubito, arbori infelici suspendito: verberato vel intra pomoerium, vel extra pomoerium.

NVMAE POMPILII LEGES.

Numa, ait Dionysius, Romuli leges firmauit, nouas ipse de ritibus et ministris sacrorum adiunxit. Curiones, Flamines, Augures, Vestales, Salios, Feriales, Pontifices instituit. Legum aliquot verba haec reperiuntur:

1 Dis ex imputata vite ne libanto.

2 Vino rogum ne respergito.

3 Pisceis, quei squamosi non sunt, nei polluceto: squamosos omneis praeter scarum polluceto.

4 Quoius auspicio, classe procincta, opeima spolia capiuntur, Ioui Feretrio bouem caedito. Quei cepit, aeris ducenta darier oporteto.

Secunda spolia in Martis aram in campo solitaurilia vtra voluerit caedito.

Tertia spolia Iano Quirino agnum marem caedito. centum qui ceperit ex aere dato.

5 Qui terminum exarassit, ipsus et boues sacrei sunto.

6 Si quis hominem liberom dolo sciens morti duit, paricida esto: si imprudens, tum in concione pro capite occisi et natis eius arietem offerto.

7 Pellex [1] aram Iunonis ne tagito: si tagit, Iunoni crinibus demissis agnum faeminam caedito. [1] al. aedem.

8 Sei hominem fulmin Iouis occisit, ne supra genua tollito. Homo si fulmine occisus esit, ei justa nulla fieri oporteto.

SENSA LEGVM ISTA.

9 *Deis fruge et mola salsa supplicanto.*

10 *In contractibus Fides seruator: fidei numen omnes metuunto.*

11 *Si filius familias vxorem duxit, patri vendundi eius ne vltra ius esto.*

12 *Mulierem, si praegnas mortua fuat, nisi exciso partu, ne humato. qui secus faxit, quasi spem animantis peremerit, ita esto.*

TVLLI HOSTILLII.

1 *Nati trigemini, donicum puberes esunt, de publico aluntor.*

DE DECEMVIRORVM LEGIBVS, QVANDO ET QVOMODO SCRIPTAE.

Regiae leges partim scriptae, partim inscriptae, ad vsque Tarquinii Superbi tempora valuerunt. Primus ille et Seruii leges omnes abrogauit, et priorum regum pleraſque contemsit, ad vim omnia referens et libidinem dominandi. Tarquinio vero pulso, a Bruto et Valerio Coss. reuocatas iterum Seruianas aliasque leges, Dionysius adfirmat. Quasdam et ipsi Coss. et postea Tribuni addiderunt tuendae libertatis, vt sunt Valeriae, Sacratae, Iciliae leges. Sed hae omnes ius publicum spectabant: et priuato iuri nulla facta accessio ante leges decemuirales. A. V. C. CCXCII, *promulgata a tribunis lex Terentia est de Quinqueuiris, vt Liuius; vel Decemuiris, vt Dionysius, Legum Scrib. creandis. eaque lex plebi volenti fuit. Nam ad id tempus loco regum Coss. ius dicebant: Consules autem ex Patribus erant. Itaque in dissensu ordinum, cum Patres occasione iuris praecipue vterentur ad premendam plebem; nec plebeio contra patricium ius vllum aequum esset: omnibus conciuibus iactata et flagitata lex Terentia est. Restitere tamen septem annos ipsos patres. Fracti demum concessere; missique legati in Graeciam ad Solonis inclytas leges aliarumque ciuitatum institutа moresque noscendos: addit Dionysius, etiam in Graecanicas Italiae ciuitates. Biennium plus minus legati abfuerunt. reuersi sunt A. V.* CCCI. *statimque plebs peruicit, vt scribendarum legum initium fieret. Patres tenuerunt, vt decemuiri e patriciis tantum crearentur. Creati Ap. Claudius, T. Genutius, P. Sextius, Sp. Veturius, C. Iulius, A. Manlius, Ser. Sulpicius, P. Curiatius, T. Romulius, Sp. Postumius; omnes consulares. Inierunt magistratum sine prouocatione A. V.* CCCII: *fineque anni propositae decem tabulae: duae reliquae sequenti anno additae. In Graecis interpretandis vsi opera sunt Hermodori Ephesii philosophi. Tabulas vocare placuit exemplo Athenienſium; qui Solonis leges dixerunt*

dixerunt ἄξονας, tabulis ligneis incisas. quamuis istas aereas fuisse constet, dissentiente Pomponio. Perlatae sunt comitiis centuriatis, fixae in foro ad Curiam Hostiliam: manserunzque, quamuis post varia incendia vrbis, vltra Septimii Seueri Imp. tempora. De diuisione tabularum ex Fragmentis difficile iudicium est. Modo tamen et ordine scriptas fuisse, non est dubium. Leges Regiae et Solonis decem primas tabulas occupasse videntur: duae postremae de sacris fuerunt: easque a Falisciis petitas Seruius est auctor. Certe leges Regiae ex I, II, et III *tabula, a Festo citantur. Lex Romuli de vendendis filiis a Dionysio in quarta ponitur. Fragmenta, quae supersunt, haec sunt:*

1 Iussus populi et suffragia sunto. Quodcumque postremum populus iussit, id ius ratumque esto.

2 Priuilegia ne irroganto.

3 De capite ciuis, nisi per maximum comitiatum, ne ferunto.

4 Forti sanatique idem ius esto.

5 *Qui hostem concitauerit, quiue ciuem hosti tradiderit, quiue coetus nocturnos agitauerit, capital esto.*

6 *Sodalitates et collegia sunto: ast ne in publicas leges commodaue peccanto.*

7 Qui fruges excantassit, Cereri sacer esto.

8 Qui frugem aratro quaesitam pauit secuitue, pubes Cereri sacrator: impubes, praetoris arbitratu verberator, noxamue duplionemue praestato.

9 *Si in alieno pecus pauerit, actio esto.*

10 *Qui iniuria arbores alienas ceciderit, in singulas* XXV *aeris luito.*

11 *Arboris impendentis ramos* XV *pedes a terra circumcidere ius esto.*

12 Patersamilias vti legassit super pecunia tutelaue suae rei, ita ius esto.

13 Si intestatus moritur, cui suus heres nec escit, agnatus proximus familiam habeto: si agnatus nec escit, gentiles familiam hercisciunto.

14 Si furiosus esse incipit, agnatorum gentiliumque in eo pecuniaque eius potestas esto.

15 Hominem mortuum in vrbe ne sepelito, neue vrito.

16 Hoc plus ne facito: rogum ascia ne polito.

17 Mulieres genas ne radunto, neue lessum funeris ergo habento.

18 Homini mortuo ne ossa legito, quo post funus faciat; nisi belli peregreue mortuo.

19 Qui coronam parit, ipse, pecuniaue eius, virtutis causa arduitor.

20 Neue aurum addito.

21 Quoi auro dentes vincti esunt, astim cum ollo sepelire urereue se fraude esto.

22 *Seruilis unctura tollitor, omnisque circumpotatio.*

23 *Rogum bustumue nouum, propius* LX *pedes, alienas aedes ne adiicito.*

24 *Forum bustumue ne vsucapito.*

25 Si in ius vocet, atque eat.

26 Si morbus aeuitasue vitium escit, qui in ius vocassit, iumentum dato: si volet arceram, ne sternito.

27 Si quid horum fuit vitium iudici, arbitroue, reoue, dies diffeisus esto.

28 Si vis vocationi fuat, testamini; igitur em capito.

29 Si caluitur, pedemue struit, manum endoiacito.

30 Si quei in iure manum conserunt, vtrique superstitibus praesentibus vindicias sumunto.

31 Si vindiciam falsam tulit, rei, siue litis, arbitros tres dato, eorum arbitriis fructus duplione damnum deciditor.

32 Rem vbei pagunt, oranto, nei pagunt, ante meridiem in foro, aut in comitio, causam coniiciunto. post meridiem praesente ambobus litem addicito. sol occasus suprema tempestas esto.

33. Aeris confessi, rebusque iure iudicatis, triginta dies iusti sunto: postidea manus endojectio esto: in jus ducito: nei judicatum facit, aut quips endo jure em vindicit, secum ducito, vincito aut nervo, aut compedibus quindecim pondo, ne majore; aut si volet, minore vincito. si volet, suo vivito: ni suo vivit, qui em vinctum habebit, libras farris endo dies dato; si volet, plus dato.

34. Tertiis nundinis partes secanto: si plus minusve secuerint, se fraude esto.

35. Assiduo vindex assiduus esto: proletario, quivis volet, vindex esto.

36. Qui se sierit testarier, libripensve fuerit, ni testimonium fariatur, improbus intestabilisque esto.

37 Cui testimonium defuerit, is tertiis diebus ob portum obvagulatum ito.

38 *Qui falsum testimonium dixerit, saxo Tarpeio deiicitor.*

39 *Si iudex arbiterue ob rem iudicandam pecuniam acceperit, capital esto.*

40 *Qui malum carmen incantassit, Cereri sacer esto.*

41 Qui iniuriam alteri faxit, XXV aeris poenae sunto.

42 Si quis carmen occentassit, actitassit, condidissit, quod alteri flagitium faxit, capital esto.

43 Si

43 Si membrum rupsit, ni cum eo pacit, talio esto.

44 Si nox furtum faxit, et im aliquips occisit, iure caesus esto.

45 *Interdiu si se telo defenderit, iure caesus esto.*

46 Si adorat furto, quod nec manifestum erit, duplionem luito.

47 *Furta per lancem liciumque concepta, quasi manifesta vindicantor.*

48 *De furto pacisci liceto.*

49 Tignom iunctom aedibus vineaeque concapes ne soluito.

50 Furtiuae rei aeterna auctoritas esto.

51 Vsus, auctoritas fundi, biennium esto.

52 Aduersus hostem aeterna auctoritas esto.

53 Qui nexum faciet mancipiumque, vti lingua nuncupassit, ita ius esto.

54 *Vindiciae secundum libertatem dantor.*

55 *Ne quis vnciario foenore plus exerceto.*

56 *Patricii cum plebeiis connubia ne iungunto.*

57 *Via in porrectum* VIII *pedes, in amfractum* XVI *pedes lata esto.*

58 *In finibus intra* V *pedes vsucapio ne esto.*

NOTAE FRID. SYLBVRGII.

II *et* III *legis verba sic leguntur apud Ciceronem lib. III. De legibus:* Priuilegia ne inroganto. De capite ciuis, nisi per maximum comitiatum, illosque, quos censores in partibus populi locassint, ne ferunto. *Ant. Augustin. De legibus pag.* 155. *edit. Paris.*

VII *legis initium sic citat Fulu. Vrs. Not. pag.* 20. Qui alienas fruces excantasit. *Idem addit ibidem et hoc fragmentum:* Neue alienam segetem pelexeris. *Eodem pertinet hoc fragm.* Qui malum carmen incantasit.

XII *legis verba sic referuntur in Nouella* XXII: Vti legassit quisque de sua re, ita ius esto. *Apud Cic. lib. II. de Inuentione sic:* Paterfamilias vti super familia pecuniaque sua legauerit, ita ius esto. *Ant. Aug.* 168 *et* 169.

XIV *legis initium, lib. I. Rhetor. ad Herenn. sic legitur:* Si furiosus existet: *vt testatur idem Ant. August. pag.* 161.

XIX *legis verba sic leguntur apud Plin. lib. XXI, cap.* 3. Qui coronam parit, ipse pecuniaue eius virtutis ergo arguitur.

XXVI *legis verba sic leguntur apud Gell. lib. XX, cap.* 1. Si morbus aeuitasue vitium exstitit, qui in ius vocabit, iumentum dato. si nolet, arceram ne sternito. *Ant. Aug.* 182.

XXXII *legis verba sic leguntur apud Gell. lib. XVII, cap. 2.* Ante meridiem causam conicito, cum perorant ambo praesentes, post meridiem praesenti litem addicito. si ambo praesentes, sol occasus suprema tempestas esto. *Ant. Aug.* 182.

XXXVI *legis verba Ant. Augustinus* 196 *sic scribenda putat:* Qui se sierit antestarier, libripensue fuerit, ni testimonium fatetur, improbus ciuis intestabilisque esto.

In lege XLIII Pacit *legitur etiam apud Gell. lib. XX. cap. 1. at supra, lege* XXXII, Rem vbi pagunt: *itidemque lib. II. Rhet. ad Herenn.*

XLIV *legis verba sic leguntur apud Macrob. lib. I. Saturn. cap.* 4. Si nox furtum factum sit, si im aliquis occisit, iure caesus esto. *Ant. Aug.* 176.

L *lege apud Gell. lib. XVII, cap.* 7. *legis veteris Atiniae haec verba sunt:* Quod subreptum erit, eius rei aeterna auctoritas esto. *Ant. Aug.* 163.

Hac appendice librum claudere statueram, lector. Sed cum animaduerterem, Fuluium Vrsinum in notis suis ad Antonium Augustinum De Legibus et Senatusconsultis priscas illas regum ac decemuirorum leges tum antiquiore, tum pleniore stilo exarasse; visum est, eas quoque ex Notis illius excerptas hic adiicere, cum aliis nonnullis legibus, senatusconsultis, plebiscitis, sanctionibus; quae vel ad Dionysii nostri, vel ad aliorum eius temporis historicorum illustrationem conducere viderentur. In earum exaratione diligenter Vrsini vestigia secuti sumus: nisi quod pro grandioribus literis minores adhibuimus, et omissis punctis inter singulas voces prisco more interiectis, alias suo quasque loco distinctiones posuimus.

Porro vt de vetere scriptura hic pauca praemoneam, differt ea ab recentiore, quae hodie in vsu est, vel quantitate, vel qualitate, vel vtroque. Quantitas in additione cernitur, vel detractione.

Additio, aut vocalis est, aut consonantis. Vocalis additia est in diphthongis ei *et* ou. *sic enim* Eidem jous *scripsere pro Idem jus. Sic* Leitem, Leimites, Meilitiae, Opeima, Inveito, *pro Litem, Limites, Militiae, Opima, Invito. Sic* Eito, Deixi, Seierit, *pro Ito, Dixi, Sierit. Item* Quei, Sei, Nei, *pro Qui, Si, Ni.* (Nei *tamen etiam pro Ne vsurparunt interdum, et quidem non raro*) *Sic* Vtei, Vbei, Ibei, *pro Vti, Vbi, Ibi. Eandem diphthongum vsurparunt in genitiuis singularibus: vt* Dolei malei, *pro Doli mali. Item in nominatiuis pluralibus: vt* Iei, Trevirei, Decumanei, *pro Ii, Treuiri, Decumani. Item in datiuis et ablatiuis pluralibus: vt* Ieis, Tertieis, Ricinieis, *pro Iis, Tertiis, Riciniis. Praeterea in datiuis singularibus tertiae declinationis: vt* Mortei, Clientei, *pro Morti, Clienti. item* Alterei, Sibei, *pro Alteri, Sibi. Et frequentissime in nominatiuis atque accusatiuis pluralibus: vt* Omneis ceiveis, *pro Omnes ciues. O vero ad V adjectae tum alia sunt exempla, tum haec:* Jous, Jousta, Joudicare, *pro Jus, Justa, Judicare. item* Souo, Louci. Doucito, *pro Suo, Luci, Ducito.*

In quibusdam vtramque diphthongum coniunxerunt: vt Soueis, Joudicei, *pro Suis, Judici. In nonnullis u geminum vsurparunt pro ou seu u: vt* Pluus, Secuus, *pro Plus, Secus. Sic* Comitiatuu, Arbitratuu, *pro Comitiatu, Arbitratu. Interdum o post u interseruerunt: vt* Queicuomque, *pro Quicumque. Consonantes quoque interseruerunt: vt* Quotiens, Quotienscuomque, *pro Quoties, Quotiescumque. Sic* Exsigunto, Exsercere, *pro Exigunto, Exercere. Item* Quips, Aliquips, *pro Quis, Aliquis. In* Jouxsta *vero, pro Juxta, gemina est insertio, vocalis o et consonantis s. In quibusdam integram syllabam interseruere: vt in* Postidea, Intodestato, *pro Postea, Intestato. Eius generis etiam* Aeuitas *videri alicui possit. sed habet illud legitimam ab aeno derivationem: in* Aetas *vero, quod post vsurpari coepit, facta est contractio. Quibusdam a fronte consonantes adiecere: vt* Stlis, *pro Lis. Nonnullis in fine: vt* Ead, Tuod, Plebed, Frauded, *pro Ea, Tuo, Plebe, Fraude. Sic in verbis* Datod. Romovetod, Luitod, Sumitod, Estod, *pro Dato, Removeto, Luito, Sumito, Esto. In* Exsercetod *autem geminata est additio, semivocalis s, et mutae* d. *Sic in* Leibertated *additio est vocalis* e, *et consonantis* d.

Detractio et ipsa vocalis est, aut consonae. Vocalis detractio est in monophthongis illis, Fenus, Femina, *pro Foenus, Foemina. Sic* Heres *pro Haeres. quanquam eam vocem non ab haerendo, sed ab hero deductam malunt eruditiores. Detractio etiam quibusdam videtur esse in verbis istis,* Adicito, Eicito, Deicitor, Conicere, Subicere, *pro Adjicito, Ejicito, Dejicitor, Conjicere, Subjicere. Quod si ita est, eadem simplex* Icere *contractum erit ex Iacere. Sic certe* Dis *contractum ex Diis.*

E consonantibus etiam, quae nunc geminari solent, omittebant alteram: vt Osa, Clase, *pro Ossa, Classe. Item* Aceras, Conubia, *pro Acerras, Connubia:* Pelex, Tolito, Poluceto, *pro Pellex, Tollito, Polluceto.*

Qualitas in commutatione potissimum cernitur. Ea quoque vocalis est, aut consonantis. Vocalis, vt e *pro i. Sic enim* Leber, Addecito, *scripserunt pro Liber, Addicito. Item* u *pro* i: *vt* Aestumata *pro Aestimata. Sic* Optumus *pro Optimus. Eadem ratione* Postumum *quoque pro Postimum, seu Postremum, a vetеribus dictum volunt eruditi: vt significet non tam eum, qui post inhumatum patrem est editus, quam eum, qui postremo patri, seu viuo, seu mortuo, natus est. Item u pro y: vt* Aeguptus *pro Aegyptus.*

quemadmodum Mus *quoque et* Sus, *et huius generis alia, sunt ex Graecis* μῦς, σῦς. *Frequentius* o *pro* u: *vt* Totela, Porporea, *pro Tutela, Purpurea. Sic* Ofocapitor *pro vfucapitor. Item* Soper, Quomque, *pro Super, Quumque. Sic in nominum finibus,* Patronos, Seruos, *pro Patronus, Servus:* Vitiom, Manom, *pro Vitium, Manum. Nec non in verborum finibus;* Conferont, Moritor, *pro Conferunt, Moritur. In nonnullis geminatur haec mutatio: vt* Piacolom, Fortom, Foratos, *pro Piaculum, Furtum, Furatus. In quibusdam haec cum superiore coniungitur: vt* Leberom, *pro Liberum. Sic* Aedebos, Compedebos, Noctebos, Patrebos, Tibicinebos, Soperstetebos, *pro Aedibus, Compedibus, Noctibus, Patribus, Tibicinibus, Superstitibus. Interdum diphthongo* OE *et* OI *pro* V *longo vsi sunt: vt* Oetier, Oefocapio, Oefurpatom, *pro Vti, Vfucapio, Vfurpatum. Sic* Coeratores *pro Curatores, Oi pro V positum in* Oitier, Oitile, *et consimilibus. Sic* Moinicipium *dixerunt pro Municipium. Consonantes quoque non paucas inter se commutarunt.* C *pro* G *frequenti in vsu fuit. Sic enim* Cenas *dixerunt pro Genas. Sic* Frucem, Lece, *pro Frugem, Lege. itidemque* Lecere, Rocato, *pro Legere, Rogato.* D *pro* L *posuere, cum* Dingua *dixere pro Lingua. Sic* Fedetrio *pro Feretrio.* F *pro* B *vsurparunt sequente vau: vt* Af virod, *pro ab viro.* Q *pro* C, *vt* Pequnia *pro Pecunia.* S *pro* R: *vt* Asa, Nesvo, Casmen, *pro Ara, Nervo, Carmen. Sic in nominum flexionibus,* Majose, Minose, Arbofes, Plusa, *pro Majore, Minore, Arbores, Plura. Sic* Foenose unciasio, *pro Foenore unciario. item in verborum flexionibus:* Arasit, Vocasit, Secuesit, *pro Ararit, Vocarit, Secuerit.* T *pro* D: *vt* Quit *pro Quid. In compositis finalem praepositionis consonantem plerumque retinuerunt: vt* Conlegium, Inprobus, Adsignare, Adtribuere. *Interdum tamen etiam mutarunt; vt* Opsepito, Opturato, Optinere. *In quibusdam geminata est commutatio; altera, consonantis; altera, vocalis: vt* Rocom, Flacitiom, Prodicos, *pro Rogum, Flagitium, Prodigus. Sic* Acrom, Acnom, Ticnom, *pro Agrum, Agnum, Tignum. Item* Fidios *pro filius:* Ofvagolatom, *pro Obvagulatum:* Poplicom *pro Publicum:* Quoi *pro Cui:* Ausom *pro Aurum. Sic* Capiumtor *pro Capiuntur. In quibusdam duarum vocalium et vnius consonantis facta mutatio: vt* Centileom, Arvorsom, *seu* Asvorsom, Plusebos, *pro Gentilium, Adversum, Pluribus. In nonnullis gemina consonantis mutatio est; vt* Arcuesit *pro Arguerit.*

Interdum quantitatis metaplasmos coniunxerunt, additionem scilicet et detractionem: vt Jousus, Jousit, *pro Iussus, Iussit. Sic* Poplei, Confesei, Demiseis, *pro Populi, Confessi, Demissis. Interdum ad quantitatis metaplasmum adiunxerunt metaplasmum qualitatis: vt cum vnum idemque vocabulum additione et commutatione transformarunt.*

formarunt. Sic enim Deicundo, Addeictos, *vsurpata pro Dicendo, Addictus. Sic* Maxsumo, Proxsumos, Fousiosos, *pro Maximo, Proximus, Furiosus. His adde* Endo, Entera, Sopera, Continoeis, *pro In, Intra, Supra, Continuis: in quibus commutatio praecedit, additio sequitur. Detractionem quoque et commutationem quandoque copularunt: idque commutatione interdum sequente: vt* Adecito, Poplos, Praesetebos, *pro Addicito, Populus, Praesentibus. Interdum praecedente: vt* Sobicito *pro Subiicito. Sic* Olo *pro Illo. Item* Fasis *pro Farris. In quibusdam triplicatus est metaplasmus: vt* Pupilei, praeseted, *pro Pupilli, Praesentibus.*

In nominum flexionibus praeter superiora notabilem mutationem habent Folminis, Ipsos, Im, *pro Fulmen, Ipse, Eum. Sic* Oloe *pro Illi.*

In verbis quoque varii praeter supra dictos metaplasmi a veteribus facti sunt: vt in verbo substantiuo Escit *et* Escunt, *pro Erit et Erunt. itemque* Siet, Sient, *pro Sit, Sint. et in futuro perfecto* Fuat *pro Fuerit. Eiusdem futuri perfecti magna in aliis quoque verbis est varietas; vt* Vindicit, Verberit, Prohibesit, Occisit, *pro Vindicarit, Verberarit, Prohibuerit, Occiderit. item* Tagit *pro Tetigerit:* Pacit *et* Pacont, *pro Pepigerit et Pepigerint:* Faxsit, Rupsit, *pro Fecerit, Ruperit:* Paret, Cepet, *pro Pararit, Ceperit:* Misseit, Viveit, *pro Misserit, Vixerit. Item* Duit, Adduit, Conduit, Transduit, *pro Dederit, Addiderit, Condiderit, Tradiderit. In passiua etiam forma* Turbassitur, *pro Turbatum fuerit:* Fariator, Nancitor, *pro Fari velit, Nactus fuerit. Item* Darier, Leibarier, *pro Dari, Libari. Sic* Oetier *et* Oitier *pro Vti.*

In coniunctis vocibus facta interdum separatio: vt En do, In do, In du, *pro Endo, Indo, Indu. Sic* Indo testato, *pro Intestato.* Endo ponito, Endo jacito, Endo manos jactio, *pro Imponito, Iniicito, Manus iniectio: Item* Queicuomque, *pro Quicunque; et consimilia. Contra interdum coniunguntur, quae alioqui separari solent: vt* Statoleberom, *pro Statu liberum.*

Haec sunt, de quibus te praemonendum putaui, lector. quae cum memoria retineri minus facile possint, indicem alphabetico ordine in fine attexere libuit, et in eo tum superiorum nonnulla, tum alia, quae vel analoga his sunt, vel breuibus praeceptis comprehendi nequeunt, exponere. Interea tu ipsa legum verba ex Vrsini editione deinceps cognosce.

LEGES NVMAE POMPILII.

1 Sei quid horum fuit unum joudicei arbitrove reove, dies diffensos estod. *Fulvius Vrsinus pag. 4. hanc legem sic legendam putat:* 27 XII. Tab.

putat: Sei quoi horum fuat vitiom, joudicei, arbitrove, reove, dies diffensos estod.

4 2 Quojus auspicio clase procincta opeima spolia capiumtor, Jovei Fedetrio bovem caedito. Quei cepet, aeris CCC darier oporteto.

Secunda spolia in du Martis asam en do campo Suavetaurilia, utra volet, caedito. Quei cepet, aeris CC darier oporteto.

Tertia spolia Jano Quirino acnom marem caedito. Quei cepit, aeris C darier oporteto. Quojus auspicio capta, dis piacolom dato.

Festus in Opima *sic legit:* Cuius auspicio classe procincta opima spolia capiuntur, Jovi Feretrio darier oporteat; et bovem caedito, qui cepit aeris CC. Secunda spolia in campo Solitaurilia, utra volet, caedito. Tertia spolia Jano Quirino, agnum marem caedito. C qui cepit, ex aere dato.

6 3 Sei quis hominem leberom sciens dolo m. mortei dueit, paricida estod. Sei im inprudens se dolo malo occisit, pro kapite occeisei et nateis ejus, en do contione arietem sobicito.

8 4 Sei hominem folminis occisit, im sopera genua nei tolito. Sei folmine occeisos escit, ei jousta nulla fieri oporteto.

7 5 Pelex asam Junonis nei tagito. Sei tagit, Junoni crinebos demiseis acnom feminam caedito.

5 6 Sei quis terminom exarasit, ipsos boveisque sacrei sunto.

7 Sei quis aliuta faxsit, ipsos Jovei sacer estod.

3 8 Pisceis, quei squamosei non sient, nei poluceto. Squamosos omneis praeter scarom poluceto.

1 9 Sarpta vinia nei siet, ex ead vinom dis leibarier nefas estod.

2 10 Vino rocom nei respercito.

LEGES SERVII TVLLII.

14. l. Rom. Sei puer parantem verberit, ast ole plorasit, puer deiveis parentom sacer estod.

LEX TRIBVNICIA PRIMA.

Sei quis aliuta faxsit, cum pequnia familiaque sacer estod.
Sei quis im occisit, paricida nec estod.

LEGES XII. TABVLARVM. DE IVRE PRIVATO.

25 1 Sei in jous vocat, nei eat statim, encapito antestarier.

29 2 Sei calvitor, pedemve struit, manom endo iacito.

* Hi numeri Lipsianae editionis ordinem indicant.

3 Sei

3 Sei in jous vocato morbos aevitasve vitiom escit, que in jous vocasit, jumentom dato. Sei nolet, arceram nei sternito. 26

4 Aeris confesei rebosque joure joudicateis, XXX dies jousteis sunto. Postidea endo manos jactio estod: indu jous edoucito. Nei joudicatom facit, aut quips en do eo im joure vindicit, secom doucito, vincito aut nesvo, aut compedebos. XV pondo nei majose; aut sei volet, minose vincito. Sei volet, souo vivito. Nei souo viveit, quei im vinctom habebit, libras faris endo dies dato. sei volet, pluus dato. Endoteratim pacio estod. Nei cum eo pacit, LX dies vinctom habetod. En ieis diebos tertieis nondineis continoeis indu comitiom en do joure im procitato: quanteique stlis aestumata siet, praedicato. postidea de kapite addictei poenas sumitod: aut, sei volet, trans Tiberim peregre venom datod. Ast sei plusebos addeictos siet, tertieis nondineis parteis secanto. Sei pluus minusve secuesint, se fraude estod. 33

5 Sei quei en do joure manom conseront, utreique soperstitebos praesetebos vindicias sumunto. 34

6 Sei vecinei enter se jorgasint, entera quinque pedeis oesocapio nei estod. Praetor arbitros treis dato: eorom arbitrio finiom controuersias componito. 30

7 Quoi testimonium defuerit, is tertieis diebos ob portom ofvagolatom eito. 37

8 Ticnom junctom aedebos viniaeque, [1] et concapet nei solvito. Quei olud junxsit, duplione luito. 49

1 *al.* concapes nei solu.

9 Quom nexom faciet mancipiomque, vtei dingua nuncupasit, ita jous estod. 53

10 Paterfamilias vtei soper familia pequniaque soua legasit, ita jous estod. *Vlpianus tit.* 11. *Inst. hanc legem sic citat:* Vti legasit soper pequnia torelauae souae, ita jous esto. 12

11 Patrei endo fidio vitae necisque potestas estod: terque im venom darier jous estod. Sei pater fidiom ter venom duit, fidios a patre leber estod. *Sic in formula rogationis apud Gell. lib.* 5. *cap.* 19. Velitis iubeatis, Quirites, vtei L. Valerius L. Titio tam joure legeque filius siet, quam sei ex eo patre matreque familias natus esset; vteique ei vitae necisque in du eum potestas siet, vtei patrei en do filio. Haec ita, vtei deixi, ita vos Quirites rogo. 13. l. Rom.

12 Arvorsom hostem aeterna auctoritas estod. 52

13 Sei quis fousiosos siet, agnatorom centileomque endo eo pequniaque eius potestas estod. 14

14 Sei quis alienas arboses iniouria secuesit, XXV aeris in du sincolas poenae sunto. 10

15 Quei

15 Quei alienas aedes frumenteiue acervom juxſta aedeis poſitom, ſciens d. m. vſit vſeritve, Praetoris arbitratuu vinctos verberatoſque icne necator. Aſt ſei imprudens ſe d. m. damnom duit, noxiam ſarcito, aut Praetoris arbitratuu virgeis caeſos, poenam luito.

16 Glandem, quae de tuod in du alienom acrom cadit, ſe fraude lecere liceto. *Apud Ulpianum Digeſt lib. 43. tit. 27. ſic ait Praetor*: Glandem, quae ex illius agro in tuum cadit, quominus illi tertio quoque die legere auferre liceat, vim fieri veto.

8 17 Quei nox frucem aratro quaeſitam, fortim pauesit ſecuesitue, ſei pobes ſiet, Cereri ſacer eſtod: impobes, Praetoris arbitratuu verberatos, noxiam duplione ſarcito.

18 Sei quadropes paupeſiem faxit, quadropedis dominos noxſiam ſarcitod: aut quod noxſiam nocuit, dare damnas eſtod. *Apud Juſtin. Inſtit. lib. IV. tit. 9. haec adduntur iſti legi*: Si equus calcitroſus calce percuſſerit, aut bos cornu petere ſolitus, cornu petierit.

19 Sei vir, aut molier, alter alterei nontiom miſeit, devortiom eſtod: molier res ſouas ſibei habeto; vir molierēi claveis adimitod, exicitoque. *Hinc illae repudiorum formulae*; Tuas res tibi habeto; Tuas res tibi agito. *Item haec ſponſaliorum renuntiatio*; Conditione tua non utor.

20 Molier, tertieis noctebos oeſorpatom eito. nei ita oeſorpaſit, af virod oſocapitor.

21 Quei rem, de qua controverſia ſiet, in du ſacrom dedicaſit, duplione poenam luito.

13 22 Patrisfamilias, quei en do teſtato moritor, quoique ſouos heres nec eſcit, agnatos proxſumos familiam pecuniamque habeto. *Auctor ad Herennium lib. I. et Cic. lib. I. De Invent. hanc legem his verbis conceptam fuiſſe dicunt*: Si pater familias inteſtato moritur, familia pecuniaque eius agnatorum gentiliumque eſto.

23 Leberto, quei endoteſtato moritor, quoique ſuos heres nec eſcit, patronos heres eſtod.

24 Sei coheredes partem rerom ſingolei ſouam habere malont, familiae erciſcundae arbitrom ſumonto, eique jous arbitriomque rerum permittunto.

25 Sei quis prodicos ſiet, Praetor ei boneis ſoueis endoterdeicito; endoque eo pequniaque ejus, agnotorom centileomque poteſtas eſtod. *Hinc apud Paulum lib. 5. Sentent. formula illa, qua Praetores vtebantur*: Quando tu bona patria avitaque nequitia tua diſperdis, liberoſque tuos ad egeſtatem perducis, ob eam rem tibi ea re commercioque interdico.

26 Sei

26 Sei quis dolei malei calpaeve ſuſpectos endo totela ſiet, ejus, quei volet, nomen deferto. vbei derolerit, ſei dolei malei arcueſit, Praetor im cum flacitio removetod. Aſt ſei toutor rem popilei foratos ſiet, duplione poenam luito.

27 Si quis * injuria alterei faxſit, xxv. aeris poenae 41
ſunto. * *al.* iniuriam.

28 Sei membrom rupſit, nei cum eo pacit, talio eſtod. 43

29 Quei nox fortom faxſit, ſei im aliquips occiſit, joure cae- 44. 45
ſos eſtod. Sei louci fortom faxſit, teloque ſe praehendier prohibeſit, ſei im aliquips occiſit, joure caeſos eſtod. Aſt ſei louci fortom faxſit, neque telo ſe praehendier prohibeſit, ſei leber ſiet, Praetor im verberarier joubetod; eique, quoi fortom faxſit, addecito. Sei ſervos ſiet, virgeis caeſos ex ſaxo deicitor. Sei impobes ſiet, Praetoris arbitratuu verberatos noxſiam ſarcito.

Forta per lancem liciomque concepta, utei manifeſta vin- 47
dicato.

30 Statoloberom venom darier liceto; dum nei quid aſvorſom ejus ſtatom fuat.

DE IVRE PVBLICO.

1 Rem ubei pacont, oranto. Nei pacont, ante medidiem en 32
do comitio, aut en do foro cauſam coniciunto. Poſt medidiem, praeſeted ambobos, leitem adecito. Sol occaſos, ſoprema tempeſtas eſtod.

2 Aſiduo vindex aſiduos eſto: proletario, quoi queivis volet, 35
vindex eſtod.

3 Quei ſe ſeierit teſtarier, libripenſve fuerit, nei teſtimo- 36
niom fariator, inprobos inteſtabeliſque eſtod.

4 Sei patronos clientei fraudem faxſit, patronos clientis dei- 15 L.
veis ſacer eſtod. Rom.

5 Nexſo ſolutoque, Forctei Sanateique eidem jous eſtod. 4

6 Pequniam, quei nancitor, habeto. Sei quid pigneris nancitor, ſibei habeto.

7 Sei quis occentaſit, caſmenve conduit, quod alteri flacitiom 42
faxſit, kapital eſtod.

8 Quei perduelem concitaſit, queive ceivem perduelei trans- 5
duit, kapital eſtod.

9 Preivilegia nei irrocanto, neive de kapite ceivis, niſei 2. 3
maxſumo comitiatuu, ferunto. *Apud Cic. lib. 3. De leg. ita legitur haec lex*: Privilegia ne inroganto: De capite civis, niſi per maximum comitiatum, olloſque, quos cenſores in partibus populi locaſſint, ne ferunto. *Ant. Aug. pag. 155.*

10 Patrebos cum plebed conubia nei ſunto. 56

11 Jouſus

1 11 Jousus poplei sofraciaque sunto. Quodcuomque postremom poplos jousit, id jous ratomque estod.

39 12 Quei joudex, queive arbiter jouredatos, ob rem joudicandam pequniam cepet, kapital estod.

38 13 Quei falsom testimoniom dixserit, ex saxo deicitor.

14 Quei adorat lece, sei pluus petet, quam jous siet, causa cadito.

15. Jouris jourandi ad strincendam fidem maxsuma vis estod.

16 Quei calim endo urbe nox coit coiverit, kapital estod.

17 Vnciasio foenose nei quis pluus exsercerod. Sei quis aliuta faxsit, quadruplione poenam luitod.

55 18 Sei quis ex leibertated in du servitutem aseritor, Praetor secundum libertatem vindicias datod. Quei vindicias tollit, sponsores joudicio sistier datod.

19 Ambitos parietis, sestertios pes estod.

DE IVRE SACRORVM.

1 Praeco fonus endeicito. Dominos foneris, en ludeis accenso lictorebosque oetitor. En de fonere tribos ricinieis, rica porporea, decemque tibicinebos, oetier liceto. Hoc pluus, nei facito.

22 2 Servilis unctura, circompotatioque, quom fonus exsequiantor, vineive respersio, nei fuat. Aceras sepolcreis, aut longas koronas, nei en do ponito.

3 Murinam mortuo nei endito.

20 4 Pluса fonera unei nei facito: neive plusеis lectos endo ferto.

21 5 Neive ausom adduito. Ast quoi auso denteis vinctei sient, im cum olo sepelire urereve, se fraude liceto.

18 6 Homini mortuo osa nei lecito, quo post fonus faciat; extra quam sei quis foris militiaeque mortuos siet.

15 7 Hominem mortuom endo urbe nei sepelito, neive urito.

16 8 Rocom ascia nei polito.

23 9 Rocom bustomve novom propius aedeis alienas LX pedeis inveito domino nei adicito: neive forom sepolcrei bustomve oesocapito.

24 10 Quom fonus exfertor, nei encomitiato.

17 11 Molieres faciem nei carpunto; neive cenas radunto: lesom foneris nec habento. *Apud Cic. lib. 2. Tusc. qu. sic citatur haec lex*: Mulieres genas ne radunto, neve lessum funeris ergo habento.

12 Honoratorum virorum laudes en do contione memorantor; easque naeniae ad tibicinem prosequuntor. *Apud Cic. haec lex*

lex ita legitur; Honoratorum virorum laudes in concione memorantor: easque etiam cantus ad tibicinem prosequuntor. *Ant. Aug. pag.* 192.

13 Quei koronam paret, ipsus pequniaeve eius virtutisue 19
diditor; ipseique mortuo, parentalebos eius, quom entus positos est, quomque foris exfertor, imposita se frauded estod. *Apud Plin. lib. XXI. cap. 3. corrupte*: Qui coronam parit, ipse pecuniaeue ejus virtutis ergo arguitur. *Fuluius Vrs. intelligit, hac lege ei, qui coronam ludis adeptus esset, praeter eos honores, qui tribuebantur viventi, cum eius nomen publice peractis ludis a praecone omnibus audientibus nuntiabatur, siue equo, siue quadrigis, victoriam adeptus esset, hoc etiam tributum fuisse, vt eidem mortuo virtute parta corona sine fraude imponeretur, non tantum septem illis diebus, quibus intus (i. domi) positus esset, sed eo etiam die, quo foris efferretur cum pompa et ornatu in forum ad rostra. Si quis enim foris exstinctus fuisset, domum suam referebatur, ibique septem diebus erat, et calida abluebatur et post vltimam conclamationem octauo incendebatur, nono sepeliebatur: vnde* Nouendiales ludi, *et apud Horatium* Nouendiales dissipare pulueres, *vt Servius tradit in Aeneid. 5. et 6.*

Huc pertinet lex illa Ciceronis lib. 2. De legibus: Hos leto datos divos habento, sumtum in ollos luctumque minuunto. *Ant. Aug. p.* 189.

Hactenus leges Regiae et Decemuirales, seu leges XII *tabularum. Sequuntur aliquot aliae, cum Senatusconsultis quibusdam, Plebiscitis, et Sanctionibus; quae historiae aliquid lucis afferre visae sunt.*

Consules et Praetores et Judices esse aliquando appellatos, ex effata hac Ciceronis lege constat: Regio imperio duo sunto: hique praeeundo, iudicando, consulendo, PRAETORES, JUDICES, CONSULES appellantor. *Ant. Aug. p. 67, et* 177.

Plebisciti PLAETORIANI, *cujus a Varrone et a Censorino mentio fit, quo M. Plaetorius Praetoris jurisdictionem constituit, verba sunt haec*: PRAETOR URBANUS, qui nunc est, quique posthac fuerit, duos lictoreis apud se habeto; isque supremum ad solis occasum jus inter civeis dicito. *Ant. Aug. p.* 100. *Fulvius Urs. in Notis suis, p.* 19 *et* 30. *postremum legis hujus membrum sic legit*: Usque ad supremam, ad solem occasum, jous inter ceiveis deicito.

Lex PAPIRIA. Quei quomque PRAETOR posthac factus erit, quei inter ceiveis jous deicet, tresviros capitaleis popolom rocato. ieique trevirei capitaleis, queicuomque ex hace lege factei erunt, sacramenta exsigunto, joudicantoque, eodemque joure sunto, utei ex legibus plebeive sciteis exsigere, joudicareque, esseque oportet. *Fulv. Urs. Not. pag.* 29.

Ad Censores ea pertinent, quae Cicero eleganter collegit: CENSORES populi aeuitates, soboles, familias, pecuniasque censento; vrbis templa, vias, aquas, aerarium, vectigalia tuentor, populique partes in tribus distribuunto: exin pecunias, aevitates, ordines partiunto; equitum peditumque prolem describunto. *Ant. Aug. p.* 12.

Cicero libro tertio prioris partis legem similem DUILIAE DE TRIBUNIS PLEBIS *finxit*: Sanctique sunto, neue plebem orbam Tribunis relinquunto. *Ant. Aug. p.* 59.

Caeteri MINORES MAGISTRATVS *appellantur; de quibus in edicto Consulum, quo edicunt, quis dies comitiis centuriatis futurus sit*: Ne quis magistratus minor de caelo servasse velit. *Ant. A.* 21.

Ciceronis lex efficta est de legibus ferendis in haec verba: Promulgata proposita in aerario cognita agunto, nec plusquam de singulis rebus semel consulunto. rem populum docento: doceri a magistratibus privatisque patiuntor. *Ant. Aug. p.* 20.

Lex Tulliana, qua de intercessione agitur, haec est: Vis in populo abesto, par maiorque potestas plus valeto. Ast cui turbassitur in agendo, fraus auctoris esto. Intercessor rei malae, salutaris civis esto. Qui agent auspicia servanto; auguri publico parento. *Ant. Aug. p.* 21.

In epistolis M. Coelii ad Ciceronem reperitur, legis de reptundis unum et centesimum caput fuisse: Quod eorum iudicum major pars judicarit, id ius ratumque esto. *Ant. Aug. p.* 81.

Cicero lib. 3. *de legibus hanc legem scripsit*: Rei suae ergo ne quis legatus esto. *Ant. Aug. p.* 85.

Idem Cic. in legibus, quas veteri sermone effinxit: Quique agent rem duelli, quique populatem, auspicium praemonento. *Et alio loco*: Ast quando duellum gravius, discordiaeve civium escunt, populi magister esto. *Et lib.* 2. *ex Platone*; Aes atque ferrum, duelli instrumenta, non fani. *Ant. Aug. p.* 163.

AQUILIAE LEGIS *verba Caius in libris ad edictum provinciale refert. Capite primo ita cavetur*: Qui servum servamve alienum alienamve, quadrupedem vel pecudem iniuria occiderit, quanti id in eo anno plurimi fuit, tantum aes dare domino damnas esto. *Ant. Aug. p.* 39.

Tertio capite ait lex Aquilia: Ceterarum rerum, praeter hominem et pecudem occisos, si quis alteri damnum faxit, quod ussserit, fregerit, ruperit iniuria, quanti ea res erit in diebus triginta proximis, tantum aes domino dare damnas esto. *Ant. Aug. p.* 39.

Apud declamatores non dissimilis lex fingitur: Damni iniuria dati sit actio. *Item*: Qui sciens damnum dederit, reddat quadruplum; qui insciens simplum. *Ant. Aug. p.* 39.

Minima

Minima multa erat ouis unius. Ea in haec verba indicebatur: M. Terentio, quando citatus neque respondit, neque excusatus est, ego ei vnum ovem multam dico. *Ant. Aug. p.* 138.

Capite septimo legis JULIAE, *vt Ulp. lib.* 11. *de adulteriis scribit, ita cavetur*: Ne quis inter reos referat eum, qui tum sine detrectatione reipublicae causa aberit. *Ant. Aug. p.* 71.

Ipsius Juliae legis verba Paulus lib. II. *ad legem Juliam et Papiam refert haec*: Qui libertinus duos pluresve a se genitos natasve in sua potestate habebit; praeter eum, qui artem ludicram fecerit, quive operas suas, vt cum bestiis pugnaret, locaverit: ne quis eorum operas, doni, muneris, aliudve quidquam, libertatis causa patrono, patronae, liberisve eorum, de quibus jurauerit, vel promiserit, obligatusve erit, dare, facere, praestare debeto. *Ant. Aug. p.* 75.

Lege Julia (*inquit Paulus lib.* 1.) *ita cavetur*: Qui senator est, quive filius, neposve ex filio, proneposve ex filio nato, cujus eorum est, erit; ne quis eorum sponsam vxoremve sciens dolo malo habeto libertinam, aut eam, quae ipsa, cujusve pater materve artem ludicram facit, fecerit. Neve senatoris filia, neptisve ex filio, proneptisve ex nepote filio nato nata, libertino, eive, qui ipse cujusve pater materve artem ludicram facit, fecerit; sponsa nuptave sciens dolo malo esto; neve quis eorum dolo malo sciens sponsam vxoremve eam habeto. *Ant. Aug. p.* 76.

Sic Quinctilianus ex Theatrali lege refert: Qui artem ludicram exercuerit, XIV ordinibus primis ne sedeat. *Ant. Aug. p.* 128.

S. C. AVCTORITAS [1] L. V. Prid. Kal. Octobres in aede Apollinis scribendo adfuerunt L. Domitius Cn. F. Ahenobarbus, Q. Metellus Q. F. Pius Scipio, L. Villius L. F. Pontina Annalis, C. Septimius T. F. Quirina, C. Luceius C. F. Pupinia Hirrus, C. Scribonius C. F. Pup. Curio, L. Ateius L. F. Anienſi Capito, M. Oppius M. F. Terentina. Quod M. Marcellus Cos. V. F. de prouinciis consularibus, D. E. R. I. C. vti L. Paulus, C. Marcellus Coss. cum magistratum iniissent ad Kal. Martias, quae in suo magistratu futurae essent, de consularibus prouinciis ad senatum referrent; neue quid prius ex ante diem Kal. Martii ad senatum referrent, neue quid coniunctim de ea referretur a Coss. vtique eius rei causa per dies comitiales senatum haberent, S. Q. C. facerent: et cum de ea re ad senatum referretur a Coss. eorum, qui in CCC. iudicibus essent, sex adducere liceret, si quid de ea re ad populum plebemue referri opus esset, vti Ser. Sulpicius, M. Marcellus Coss. Praetores, Tribunique pl. quibus eorum videretur, ad populum plebemue referrent. *Ant. Aug. pag.* 219.

[1] i. lecta vniuersis.

S. C. A. prid. Kal. Octob. in aede Apollinis scribendo adfuerunt L. Domitius Cn. F. Ahenobarbus, Q. Metellus Q. F. Pius Scipio, L. Villius L. F. Pon. Annalis, C. Septimius T. F. Quirina, C. Scribonius C. F. P. Curio, L. Ateius L. F. An. Capito, M. Oppius M. F. Terentina. Quod M. Marcellus Cos. V. F. de prouinciis, D. E. R. I. C. Senatum existimare, neminem eorum, qui potestatem habent intercedendi, impediendi, moram adferre oportere, quominus de R. P. quamprimum ad senatum referri S. Q. C. fieri possit. Qui impedierit, eum senatum existimare contra R. P. feciſſe. Si quis huic S. C. interceſſerit, senatui placere auctoritatem perscribi, et de ea re ad senatum populumque referri. *Huic S. C. interceſſit C. Caelius,* [2] *L. Vicinius, vel Asinius, P. Cornelius, C. Vibius Pansa.*

2 *al.* Licinianus.

Item senatui placere, auctoritatem perscribi de militibus, qui in exercitu C. Caesaris sunt, qui eorum stipendia emerita, causas, quibus de causis missi fieri debeant, habeant, ad hunc ordinem referri, vt eorum ratio habeatur, causaeque cognoscantur. Si quis huic S. C. interceſſerit, senatui placere auctoritatem perscribi, et de ea re ad S. P. Q. referri. *Huic S. C. interceſſit C. Caelius, C. Pansa Tribuni Plebis.*

Itemque Senatui placere, in Ciliciam prouinciam, et in octo reliquas prouincias, quas Praetorii pro Praetore optinerent, eos, qui praetores fuerunt, neque in prouincia cum imperio fuerunt, quos eorum ex S. C. cum imperio in prouincias pro Praetore mitti oporteret, eos sortito in prouincias mitti placere. Si ex eo numero, quos [3] S. C. in Prouincias iri oporteret, ad numerum non essent, qui in eas prouincias proficiscerentur: tum vti quodque conlegium primum Praetorum fuisset, neque in prouincias profecti essent, ita sorte in prouincias proficiscerentur. si ad numerum ii non essent, tum deinceps proximi cuiusque conlegii, qui praetores fuissent, neque in prouincias profecti essent, in sortem conicerentur, quoad is numerus effectus esset, quem ad numerum in prouincias mitti oporteret. Si quis huic S. C. interceſſiſſet, auctoritas perscriberetur. *Huic S. C. interceſſit C. Caelius, C. Pansa Tribuni plebis. Ant. Aug. p.* 220.

3 f. ex S. C.

S. C. de mense Augusto: apud Macrob. Saturn. lib. I. *c.* 13. Quom Imp. Caes. Augustus mense Sextili et primum consulatum inierit, et triumphos treis in vrbem intulerit, et ex Ianiculo legiones deductae sequtaeque sint eius auspicia ac fidem, et Aegyptus hoc mense in potestatem P. R. redacta sit, finisque hoc mense belleis ciuilibus impositus sit, atque ob eas causas hic mensis huic imperio feliciſſimus sit ac fuerit, placere senatui, vt mensis Augustus appelletur.

Quod

Quod Q. Aelius Tubero, Q. F. Max. Coss. [4] V. F. quosdam priuatos ex riuis publicis aquam ducere: Q. D. E. R. F. P. D. E. R. V. I. C. (*His autem notis significatur: Quid de ea re fieri placeret, de ea re vniuersi ita censuerunt*) ne cui priuato aquam ducere ex riuis publicis liceret: vtique omnes ii, quibus aquae ducendae ius esset datum, ex castellis ducerent: animaduerterentque curatores aquarum, quibus locis intra extraque vrbem apte castella priuati facere possent, ex quibus aquam ducerent, quam ex castello [5] communem accepissent a curatoribus aquarum; ne cui eorum, quibus aqua daretur publica, ius esset intra quinquaginta pedes eius castelli, ex quo aquam ducerent. laxiorem fistulam subicere, quam quinariam. *Ant. Aug. p.* 217. *ex Frontino.*

4 i. verba fecerunt.

5 f. communi.

Quintum senatusconsultum his verbis factum est: Quod Q. Aelius Tubero, P. Fabius Max. Coss. V. F. de riuis, specubus, fornicibusue Iuliae, Martiae, Appiae, Tepulae, Anionis reficiendis; Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. vt cum ii riui, fornices, quos Aug. Caesar se refecturum impensa sua pollicitus senatui est, reficerentur: ex agris priuatorum terram, limum, lapidem, testam, harenam, ligna ceteraque, quibus ad eam rem opus esset, vnde quaeque earum proxime sine iniuria priuatorum tolli, sumi, portari possint, viri boni arbitratu aestimata darentur, tollerentur, sumerentur, exportarentur; et eas res omnes exportandas, earumque rerum reficiendarum causa, quotiens opus esset, per agros priuatorum, sine iniuria eorum, itinera, actus, paterent, darentur. *Ant. Aug. p.* 217.

Denique eodem tempore senatus censuit: Quod Q. Aelius Tubero, P. Fabius Max. V. F. aquarum, quae in vrbem venirent, itinera occupari monumentis et aedificiis, et arboribus conseri: Q. F. P. D. E. R. I. C. cum ad reficiendos riuos, specusque, per quae et opera publica corrumpuntur, placere circa fontes, et fornices, et muros, vtraque ex parte vacuos centenos quinos denos pedes patere; et circa riuos, qui sub terra essent, et specus intra vrbem, et extra vrbem continentia aedificia, vtraque ex parte quinos pedes vacuos relinqui; ita vt neque monumentum in iis locis, neque aedificium post hoc tempus ponere, neque conserere arbores liceret. Si quae nunc essent arbores intra id spatium, exstirparentur, praeterquam si quae villae continentes, et inclusae aedificis essent. Si quis aduersus ea commiserit, in singulas res in dena milia damnas esset; ex quibus pars dimidia praemium accusatori daretur, cuius opera maxime conuictus esset, qui aduersus hoc S. C. commisisset; pars altera dimidia in aerarium redigeretur; deque ea re iudicarent cognoscerentque curatores aquarum. *Ant. Aug. p.* 218.

6 Caput legis III.

LEX MAMILIA. [6] K. L. III. Quae colonia hac lege deducta, quodve moinicipium, praefectura, forum, conciliabolum, constitutum erit; quei ager intra fineis eorum erit; quei terminei in eo agro statutei erunt, quo in loco terminus non exstabit, in eo loco is, quojus is ager erit, terminum restituendum coerato; utei quod recte factum esse volet. Idque magistratus, quei in ea colonia, moinicipio, praefectura, foro, conciliabolo, joure deicundo praeerit, facito utei fiat.

K. L. V. Quei hac lege coloniam deduxserit, moinicipium, praefecturam, forom, conciliabolum constituerit in eo agro, quei ager intra fineis ejus coloniae, moinicipI, fori, conciliaboli, praefecturae erit, leimites decumanei utei fiant, terminateique statuantur, coerato. queique fineis ita statuerit, sei fineis eorum sunt, dum nei extra agrum colonicum territoriumve fineis ducat; queique terminei hac lege statutei erunt, nei quis quem eorum eicito, neive commoveto sciens d. m. Sei quis adversus ea fecerit, is in terminos singulos, quos ejecerit locove moverit, sciens d. m. H. S. XXV. in poplicum eorum, quorum intra fineis is ager erit, dare damnas esto: deque ea re coeratoris, quei hac lege erit, jurisdictio reciperatoromque datio addictio esto. Quom coerator hac lege non erit, tunc queiquomque magistratus in ea colonia, moinicipio, praefectura, foro, conciliabolo, joure deicundo praeerit, ejus magistratus de ea re jurisdictio joudicisque datio addictio esto: inque eam rem is, quei hac lege joudicium dederit, testibús poplice duntaxat in res singolas, X denontiandi potestatem facito, ita utei e. r. p. f. u. et sei is unde ea pequnia petita erit, condemnatus erit, eam pequniam ab eo, deve boneis ejus, primo quoque die exsigito: ejusque pequniae quod receptum erit, partem dimidiam ei quojus unius opera maxsume is condemnatus erit, partem dimidiam in poplicum redigito. Quo ex loco terminus aberit, sei quis in eum locum terminum restituere volet, sine fraude sua facere liceto; neive quid quoi is ob eam rem hac lege dare damnas esto.

K. L. IV. Quei leimites decumanei hac lege deductei erunt; quae fossae in eo agro erunt, quei ager hac lege datus adsignatus erit, nei quis eos leimites decumanos nei opsepito; neive quid in ieis immolitum, neive quid ibei positum habeto; neive eos arato; neive eas fossas opturato, neive quis sepito, quo minus suo itinere aqua ire fluere possit. Sei quis adversus ea quid fecerit, in res singolas, quotienscuomque fecerit, H. S. IIII. coloneis moinicipibusque ejus, in quorum agro id factum erit, dare damnas esto; pecuniaeque, quei volet, hac lege petitio esto. *Fulv. Vrs. Not. p.* 30.

LEX QVINCTIA. Quicumque post hanc legem rogatam riuos, specus, fornices, fistulas, castella, tubulos, lacus aquarum publicarum, quae ad vrbem ducuntur, earumue quam, sciens dolo malo forauerit, ruperit, forare rumpereue curauerit, peioremue fecerit, quominus ea aqua, earumue qua, in vrbem Romam ire, cadere, flui, peruenire, duci possint, quoue minus in vrbe Roma, et in his aedificiis, quae vrbi continentia sunt, erunt, in hisque hortis, praediis, locis, quorum hortorum, praediorum, locorum dominis, possessoribusue aqua data, vel adtributa est, vel erit, vt saliat, distribuatur, diuidatur, in castella, lacus immittatur, is P. R. C. milia dare damnas esto. Et qui clam quid eorum ita fecerit, id omne sarcire, reficere, restituere, aedificare, ponere, caelare et demoliri damnas esto, sine dolo malo. atque ita omnino, vt, quicumque curator aquarum est, erit, aut si curator aquarum non est, vel erit, tum is Praetor, qui inter ciues et peregrinos ius dicit, multam pignoribus cogito, coërceto; eique curatori, aut si curator non erit, tum ei Praetori, eo nomine cogere, et coërcere, multae dicendae, siue pignoris capiendi ius potestasque esto. Si quid eorum seruus fecerit, dominus eius centum milia populo det. Si quis circa riuos, specus, fornices, fistulas, tubulos, castella, lacus aquarum publicarum, qua ad vrbem Romam ducuntur, vel ducentur, terminatus steterit, ne quis eo loco post hanc legem rogatam quid opponit, molit, obsepit, figit, statuit, ponit, collocat, arat, serit; neue in eum locum quid immittit, praeterquam eorum faciendorum, reponendorum causa, praeterquam, quod hac lege licebit, oportebit. Qui aduersus ea quid fecerit et aduersus ea repserit, ex iussu causaque omnium rerum omnibus esto damnas, vti esset, esseque oporteret, si is aduersus hanc legem riuum, specum rupisset, forassetue [* quique specum forasset, rupissetue] quominus in eo loco pascere herbam, foenum secare. sentes, vepres, caprificos, curatores aquarum, qui nunc sunt, quique erunt. circa fontes, et fontium murorum curam, riuos, et specus, terminatus, arbores, vites, vepres, sentes, [1] rupae, maceriae, salicta, harundineta, excidantur, tollantur, effodiantur, [2] excodicentur, vti quod recte factum esse volet; eoque nomine iis pignoris captio, multae dictio coërcitioque esto; idque iis sine fraude sua facere ius potestasque esto, * quominus vites, arbores, quae villis, aedificiis, maceriisue incluſae sint. maceriae, quas curatores aquarum causa cognita, ne demolirentur, dominis permiserunt, quibus inscripta insculptaque essent ipsorum, qui permisissent, curatorum nomina. hac lege nihil [3] abrogatur, quominus ex his fontibus, riuis, specubus, fornicibus aquam haurire, sumere iis, quibuscumque curatores aquarum

1 *al.* pro lae.

2 *al.* exstirpentur.

3 *al.* rogato, *in vet. m. s.*

Alii ne-

hilum rogatur. 4 *f.* rogatur,

rum permiserunt, praeterquam rota, calice, machina, liceat; dum neque puteus, neque foramen nouum fiat; eius hac lege nihilum [4] rogatio. *Alia etiam lex ab eodem Frontino refertur in haec verba*: Ne quis aquam oletato dolo malo, ubi publice salit. Si quis oletarit, sestertiorum x milium multa esto. *Ant. Aug. pag.* 122.

PLEBISCITI SILIANI (*quod duo Silii, Publius et Marcus, Tribuni plebis, rogarunt*) *in Festi fragmentis ex Iunio haec referuntur verba*: Ex ponderibus publicis, quibus hac tempestate populus oetier [qui] solet vti coaequetur [5] sedulum: vtei quadrantal vini octoginta pondo fiet: congius vini, decem P. fiet: sex sextarii, congius fiet vini: duodequinquaginta sextarii, quadrantal fiet vini; sextarius aequus aequo cum librario [6] fiet: [7] sexdequinque librae in modo sient. Si quis magistratus aduersus haec d. m. pondera, modiosque, vasaque publica modica, minora, maioraue faxit, iussitue re fieri, dolumue adduit, quod ea fiant, eum quis volet magistratus [8] multaretur, dum minore [9] patrifamilias taxat, liceto: siue quis [10] in sacrum iudicare voluerit, liceto. *Ant. Aug. p.* 137.

5 *al.* se dolom. 6 *al.* vinario. 7 *al.* sexdecimque. 8 multare. 9 parte. 10 im.

SANCTIO. Si quis huiusce legis ergo aduersus leges, rogationes, plebisue scita, senatusue consulta fecit, fecerit, siue quod eum ex lege, rogatione, plebisue scito, S. ve C. facere oportebit, non fecerit, huius legis ergo, id ei ne fraudi esto, neue quit ob eam rem populo dare debeto, neue cui de ea re actio, neue iudicatio esto, neue quis de ea re apud se agi sinito. *Ant. Aug. p.* 125.

Cic. lib. 3. *ad Atticum omnia haec in sanctione quadam abrogationis legis Clodiae ita scripta refert*: Si quid in hac rogatione scriptum est, quod per leges plebeisue scita promulgare, abrogare, derogare, obrogare sine fraude sua non liceat, non licuerit; quodue ei, qui promulgauit, abrogauit, derogauit, obrogauit, ob eam rem poenae multaeue sit, E. H. L. N. R. (*id est, eius hac lege nihilum rogatur*) *Ant. Aug. p.* 27.

EXPLI-

EXPLICATIO VOCVM,

QVAE IN PRISCIS LEGIBVS SCRIPTVRA VEL VSVRPATIONE A RECENTIORIBVS DISCREPANT.

Aceras, acerras, turibula.
Acnom, agnum.
Acrom, agrum.
Addeictos, addictus.
Adduit, addiderit.
Adduito, addito.
Adecito, addicito.
Adicito, adiicito.
Adorat lece, agit lege.
AEdebos, aedibus.
AEstumata, aestimata.
AEvitas, aetas.
Af virod, ab viro.
Aliquips, aliquis.
Aliuta, Aliter.
Alterei, alteri.
Arboses, arbores.
Arcera, vehiculum arcuatum.
Arcuesit, arguerit.
Arvorsom, adversum.
Asa, ara.
Aseritor, asseritur.
Asiduo, assiduo, ei, qui in censu pro facultatum suarum modulo asses dat.
Asvorsom, adversum.
Ausom, aurum.
Calim, clam.
Calvitor, decipit. In Gloss. legitur: Calpitur, ἐξαπατᾷ.
Casmen, carmen.
Cenas, genas.
Centileom, gentilium.
Cepet, ceperit.
Clase, classe: e Dorico κλᾶσις.
Coerato, curato.
Comitiatuu, comitiatu.
Compedebos, compedibus.
Conduit, condiderit.
Confesei, confessi.
Coniciunto, coniiciunto, agunto.
Conlegium, collegium.
Continoeis, continuis.
Contione, concione.
Conubia, connubia.
Crinebos, crinibus.
Cuomque, cumque.
Damnas esto, damnatus esto, teneatur.
Deicitor, deiicitor.
Deicundo, dicendo.
Deiveis, divis.
Demiseis, demissis.
Denontiandi, denunciandi.
Detolerit, detulerit.
Deuortiom, divortium.
Diditor, divulgator, praedicator.
Diffensos, diffisus.
Dingua, lingua.
Dis, diis.
Duelli, belli.
Duit, dederit.
Duplione, dupli datione.
Ead, ea.
Eidem jous, idem ius.
Eicito, eiicito.
Em, eum. En, in.
Encapito, incipito.

ARCHIGINNASIO IN DOMO FOSCARI

Encomitiato, in comitium ito.
Endo, seu En do, in cum ablat.
Endo jacito, iniicito.
Endo manos jactio, manus injectio.
En do ponito, imponito.
Endoteratim, interim.
Endotestato, intestato.
Escit, erit. Escunt, erunt.
Estod, esto.
Entera, intra.
Entos, intus.
Excodicentur, vna cum codice (seu stirpe) suo euellantur.
Exfertor, effertur.
Exicito, ejicito.
Exsequiantor, exsequias peragunto.
Exsercetod, exerceto.
Fariator, fari velit, et fidem approbare.
Fasis, faris, seu farris.
Faxsit, fecerit.
Fedetrio, Feretrio.
Feminam, foeminam.
Fidios, filius.
Flacitiom, flagitium.
Foenose, foenore.
Folminis, fulmen. alii malunt Folmin Jovis.
Foratos, furatus.
Forctei, forti, valido, constanti in obedientia et fide.
Forom sepolcrei, vestibulum sepulcri.
Fortom, furtum.
Fousiosos, furiosus.
Frauded, fraude, mulcta.
Frucem, frugem.
Fuat, fuerit.
Ibei, ibi.
Icne, igne.
Ieis, iis.
Im, eum.
Impobes, impubes, seu impuber.
In, eum.
In do testato, intestato.
Indu seu In du, in, cum accus.
Inprobos, improbus.
Inveito, invito.
Ipsos, ipse.
Jorgasint, jurgarint.
Jousit, jussit.
Jousus, jussus.
Irrocanto, irroganto.
Kapital, capitalis, capitale.
Leberom, liberum.
Lece, lege. Lecito, legito.
Leibarier, libari.
Leibertaded, libertate.
Leitem, litem.
Lesom, lessum, lugubrem eiulationem.
Leto datos, deletos, occisos.
Lictorebos, lictoribus.
Louci, luci, interdiu.
Luitod, luito.
Maiose, maiore.
Malont, malunt.
Maxsume, maxime.
Meilitiae, militiae, in bello.
Minose, minore.
Misseit, misserit.
Moinicipium, municipium.
Molieri, mulieri.
Nancitor, nanciscitur, seu nactus fuerit.
Nei, ne: item, ni, nisi.
Nesvo, nervo.
Nisei, nisi.
Noctebos, noctibus.
Nundineis, nundinis.
Nontiom, nuncium.
Nox, noctu.
Noxsia, noxia.
Occasos, occasus, καταδύς.
Occentasit, occentarit.
Occisit, occiderit.

Oeso-

Oesocapio, usucapio.
Oesorpasit, vsurparit.
Oetier, vti, χρῆσθαι.
Ofvagolatom, obuagulatum, quaesitum cum conuicio.
Oitier, vti. Oitile, vtile.
Ole, ille.
Oletato, olidam facito.
Ollos, seu Olos, illos.
Oloe, illi.
Opsepito, obsepito.
Opturato, obturato.
Oranto, agunto.
Osa, ossa.
Osocapitor, usucapitor.
Pacio, pactio, transactio.
Pacit, pagit, pepigerit, transegerit. Pacont, pangunt, seu pepigerint.
Parentalebos, parentalibus.
Paret, pararit.
Paricida, qui vel patrem, vel sibi parem occidit.
Patrebos, Patribus, patriciis.
Pavesit, paverit.
Paupesiem faxsit, pauperiem fecerit.
Pelex, pellex.
Piacolom, piaculum.
Pigneris, pignoris.
Plebed, plebe. Plebei, plebis.
Plusebos, pluribus. Pluseis, plures.
Pluus, plus.
Pobes, pubes, puber.
Poluceto, polluceto, libamina seu ἀπαρχὰς offerto.
Popilei, pupilli.
Poplei, populi.
Poplicom, publicum.
Poplos, populus.
Porporea, purpurea.
Portom, domum.
Postidea, postea.
Praesetebos, praesentibus. Praeseted, praesente, praesentibus.
Prodicos, prodigus.
Prohibesit, prohibuerit.
Proxsumos, proximus.
Quadruplione, quadrupli datione.
Queicuomque, seu Queiquomque, quicumque.
Quips, quis.
Quit, quid, aliquid.
Quoi, cui. Quoius, cuius.
Quom, cum, quando.
Quotienscuomque, quotiescumque.
Reciperatorom, receptorum.
Ricinieis, riciniis, vestimento quadrato.
Rocom, rogum.
Rupsit, ruperit.
Sanatei, ad sanitatem (vel corporis scilicet, vel animi, id est ad obedientiam et fidem) reuerso.
Secetem, segetem.
Secuesint, secuerint.
Secuus, secus.
Se dolo m. sine dolo malo.
Sei, si.
Seierit, sierit, siuerit.
Sepolcreis, sepulcris.
Sestertios, sestertius, duo et semis.
Sibei, sibi.
Sient, sint.
Sincolas, singulas.
Singolei, singuli.
Sobicito, subiicito, substituto.
Sofracia, suffragia.
Sopera, supra.
Soperstetebos, superstitibus.
Soprema, suprema, vltima.
Soueis, suis.

Stato-

Statoleberom, ſtatu liberum.
Stlis, lis.
Strincendam, ſtringendam.
Subicere, ſubiicere.
Suovetaurilia, ſacrificium ſue, ove, tauroque fieri ſolitum.
Tagit, tangit, tetigerit.
Terminatei, termini.
Tibicinebos, tibicinibus.
Ticnom, tignum.
Tolito, tollito.
Totela, tutela.
Toutor, tutor.
Tranſduit, tradiderit.
Trevirei, treviri, tres viri.
Tribos, tribus.
Tuod, tuo.
Turbaſſitur, turbatum fuerit.
Vbei, ubi.
Vicinei, vicini.
Venom darier, venumdari vendi.
Verberit, verberarit.
Vindicit, vindicarit.
Vinia, vinea.
Virtutis, virtus.
Viveit, vivet, vixerit.
Vnei, uni.
Vnciaſio, unciario.
Vocaſit, vocarit.
Vtei, vti, ſicuti.

IO. IAC. REISKE
AD LIBRVM DECIMVM
DIONYSII ANTIQVITATVM
ROMANARVM
ANNOTATIONES.

P. 1982. 10. οἱ βασιλεῖς ἐφ' αὐτῶν] Sponte ſua, pro arbitratu et impetu ſuo, a ſe ipſis impulſi. ſic de meo dedi, pro vulgari οἱ βασιλεῖς αὐτῶν.

14. malim κῃ δὴ κῃ ἡ τῆ δ. δ. vlt. τοῖς τρόποις de meo dedi, pro vulgari τοῖς ἐπιτρόποις. etiam eodem verſu ἀκόλυθα ἦν tranſpoſui. Sententia haec eſt: iuriſdictio ſequebatur plerumque magiſtratuum [ius ᾧcentium, vt conſulum et praetorum] mores. vt eorum quiſque eſſet aut aequior, aut importunior, ciuilior, aut ſuperbior, remiſſior, aut ſeuerior, ita ius dicebat, aut clementius, aut iniquius et ſaeuius. Sed pleroſque magiſtratuum arrogantes, ſuperbos, inciuiles, duros, ſaeuos fuiſſe credibile ex eo eſt, quod in delectu petentium honores nobilitas generis inprimis ſpectaretur.

1984. 4. malim αὐτῷ. Caio Terentio puta.

1985. 5. ἐγίνοντο bene habet. cohaeret cum ὅσα, et ad vnumquodque colon tacita cogitatione eſt ſubiiciendum, vt ſi dixiſſet: ὅσα σέλα ἐγένετο, ὅσοι πυρὸς ἀνάψεις ἐγίγνοντο. ὅσοι τρόμοι γῆς ἐγίγνοντο. et ſic porro.

8. f. ὅμοια τότε συνέπιπτεν. vlt. f. πολλὰ ἔτι μετάρσια.

1986. 3. poſt χρόνῳ videtur ἐωρᾶτο deeſſe.

1988. 1. παύσεται τασιάζον de meo dedi pro vulgari παύσεται τὸ τασιάζον. eieci ſolummodo articulum τὸ ante τασ. et pone πῶς poſui comma. ſic ſanatus eſt locus. παύσεται τασιάζον idem eſt atque παύσεται τῆ τασιάζειν.

pen. malim ὅτε δημόσιον, ὅτ' ἴδιον. vtrumque in ſingulari.

1989. vlt. ὐχ οἱ φαυλότατοι de meo dedi, pro vulgari ὐχὶ φαυλ.

1993. 4. f. πρὺς λόγυς.

1995. 1. bene habet h. l. vulgata. non ſolum iraſci ob delicta, ſed etiam meminiſſe beneficiorum. nam vtrumque ius et fas eſt.

1996. 5. περίεσιν de meo dedi pro vulg. πάρεσιν.

1997. pen. μὲν de meo addidi.

1998. 3. f. νῦν γε δὴ, ἡνίκα.

4. ὲ τὸ τῆ κατηγόρη] ſubaudi λαβεῖν ἔξεσι e praemiſſis.

12. f. αὐθάδεις εἰς δημότας ταπεινὺς.

vlt. f. εἰς τύτων ἕνα εἵπαμεν.

2000. 6. προσέλθοιμι de meo dedi, pro vulg. προέλθ. quoties ego,

ego, cum subscriptoribus meis, ad eum accederem, et in ius venire iuberem.

2000. 11. ἐγίνετο in imperfecto de meo dedi, pro vulg. ἐγέν. et sic quoque versu 12. ἐγίνοντο.

2001. 5. συνελθοῦσα] nam senatus in curia congressus, seorsim a plebe, de rebus suis deliberabat et SCta conscribebat.

2002. 6. verba ἐν τῷ χωρίῳ cohaerent cum insequentibus v. 9. βίον ἔζη ἐπίπονον. ad quod cum minus attenderetur, ex eo error et distinctionis, et prauae correctionis natus fuit.

10. τὴν πόλιν] articulum de meo addidi.

2008. 9. aut abesse malim ἄλλως, aut illo seruato sic legi: ἄλλως τε πολλὰς καὶ μάλιστα τὰς ἐναντιωθέντας.

2009. 7. κἀκεῖνος δὲ τρατιὰν] sic collocaui meo de sensu vocabula, in vulgatis sic sita: τρατιὰν δὲ κἀκεῖνος.

13. nihil hic deest, sed a communi repetendum ἥξει e versu 9. tacite subiici debet.

2010. 14. μηνυθέντων de meo dedi, pro vulgari μηνύοντων.

2011. 12. ἢ] respicit ad praemissum πότερα versu 6. *num — an —*

2012. 8. οὐκ seruo. iis, qui iura vtrinque paria nobis denegari ius et fas censent esse. iura paria sunt, vt et senatus, et plebs cum tribunis plebis, inquirant in eos, si qui maiestatem ipsorum laesum eant. Verum sunt, qui, cum contendant fas esse, vt senatus in plebeios suae maiestatis laesos animaduertat, tum negent, licere tribunis plebis, vt in patricios inquirant, si qui libertatem plebis ereptum et euersum ierint. καθ' ἡμῶν est a parte nostra, res nostra cum agitur.

2013. 3. ἐφ' ἑαυτῶν] in quibus soli versentur tribuni plebis, interueniente alio nemine, de qua re quique sententiam pronuncient pro arbitratu suo.

2014. 13. ἐπιβαλόμενοι de meo dedi, altero λ detracto.

14. aut prorsus delendum est νῦν, id quod malim, aut cum Sylburgio κατὰ νῦν mutandum.

2015. 7. μὴ vt delendum vncis inclusi. nisi si velis sic legi: τοὺς μὴ παριέντας αὐτῷ τὰ ἀσφαλῆ, eos, qui plebis secum tatem prodere, vel tradere nolint.

2016. vlt. εὐαγεσάτων] inprimis spectabilium et venerabilium. titulus, quo a Romanis ordo equitum ornari solebat, est *splendidissimus ordo*. num ergo εὐαυγεσάτων dedit Dionysius? Sed erat haec φλυαρία.

2017. 2. f. οὐσεγίνιε, καὶ ὑμεῖς οἱ τὰ δ.

7. τί ὐκ ἄγετε de meo dedi, pro vulgari τί ὐ κατάγετε. fallitur τί ὐ παράγετε. nam παράγειν hic melius conuenit, quam κατάγειν. quod locum prorsus habere nequit.

8. πρῶτα de meo dedi, pro vulg. πρῶτον.

2018. 3. potest vulgata vtique ferri, et sic exponi, ac si scripsisset: ὐ τῆς ἡμετέρας κατὰ τούτων συνωμοσίας, ἀλλὰ τῆ καθ' ἡμῶν δόλω. Aio tamen et contendo, rationes linguae graecae demonstrare atque flagitare, vt credamus, Dionysium inverso modo scriptum reliquisse: ὐ καθ' ἡμῶν συνωμοσίας, non testari aduersus nos de coniuratione, [in hos puta, ἐπὶ τούτοις] ἀλλὰ κατὰ τούτων δόλω, sed aduersus hos testari de mala fraude, et malignitate voluntatis. [erga nos puta.]

2018. 4. f. μάτην κρύψαντες. nam alias non satis bene congrueret τὰ γὰρ πράγματα αὐτὰ βοᾷ.

12. περιβάλλοντες] veluti sagena. v. p. 2016. 14.

2019. 4. malim sic distingui et legi: νυνὶ δὲ, (ἵνα συντέμω (in coniunctiuo) τὸν λόγον, καὶ παύσωμαι [per omega] τὰ πλείω διατεινόμενος,) φυλάττεσθαι —

10. τι cohaeret cum ὐδέν.

2020. pen. ὡς εἶχε, τοὺς εὐτολμοτάτους] sic de meo dedi, pro vulgari ὃς εἶχεν εὐτολμ.

2021. 10. f. ἄκλειστοι ἀνειμένοι. relicta non clausa.

2025. 15. aut διαφορὰς, aut παρατριβὰς, offensiones. παρατρίβεσθαί τινι vsurpatur pro *simultates cum aliquo exercere.*

2028. 5. ὑπὲρ] imo vero ἐπὶ.

13. πρόβολοι sunt saxa e clivo eminentia, quae auelli et deuolui possunt.

2029. 1. aut ἐγκαταζήσαντες πολέμοις leg. videtur, aut συγκατασάντες πολεμίοις, multis cum hostibus cominus congressi, aut denique πολλὰς εὖ κατασήσαντες πολέμους, cum qua laborum patientia multa bella recte et

ex animi sui sententia exantlarunt.

2. σκοπιὰς de meo dedi, pro vulgari σκοπὰς.

11. malim ἐπιλιπόντων.

2032. 9. ὑπεργαζόμενος bene si habet, idem significat ὑπὸ in hac compositione, atque πρὸ. praemolliens, praeparans exarando ad excipiendam sementem.

2033. 4. τἄλλα de meo dedi, pro vulgari ἄλλα sine articulo.

2035. 11. f. τελεῖν in actiuo, aut certe τελέσαι.

2036. 12. post ἀγαπῆσαι videtur πολλάκις deesse.

2038. 11. ὃ de meo dedi, admonitus a Vaticano, e quo ὧν profertur, quamquam suspicor, ibi ὃ esse, non ὧν. *viros quidem non admodum multos numero.*

12. ἀλλ' videtur delendum, vt ex ἂν natum, postrema syllaba vocabuli διέφθειραν. deinde sic leg. ἔφθησαν γὰρ αὐτοὺς.

13. f. διὰ τῶν ἐναντίων πυλῶν.

2039. 1. pro ἐκ priori vsitatius quidem est ὑπὸ.

5. περὶ τῷ νόμῳ de meo dedi, pro vulg. περὶ τοὺς νόμους. lex significatur de legendis decemviris legibus conscribendis.

vlt. τρατείας de meo dedi, pro vulgari τρατιᾶς. quamquam id h. l. quidem quadamtenus ferri queat.

2040. 6. pone τοσκλάνων deesse φρυρίῳ, aut ἐρύματι, docet versus 10.

2041. 11. in Vaticano videtur fuisse οἱ πεζοὶ συναλαλάξαντες.

2043. 8.

2043. 8. τὴν πόλιν αὐτὴν de meo dedi, pro vulgari τ. π. αὐτῶν. *ipsum oppidum.* nam antea de agro suburbano dixerat.

2045. 2. παρέλαβον, et v. 3. οἱ τέως μὲν τὸν ὑπὲρ, de meo dedi pro vulgari παραλαβὼν τὴν ὕ. ἀ. τέως μὲν ὑπὲρ (sine οἱ et sine τὸν.)

2047. 10. προσάγειν] scil. ad concionem Aequorum, vel potius ad senet. verumtamen προσάγειν pro προσίεσθαι, *ad se admittere*, est paulo durius.

2048. 4. sic distinxi et dedi de meo: πρὸς ταύτην λαλεῖτε. *cum hac agite.* hactenus oratio Cloelii Gracchi. iam incipit Dionysius: φηγὸν δείξας — vulgatae sic exhibent: πρὸς ταύτην λαλεῖτε τὴν φηγόν. δείξας.

2051. 1. ἄλλους *reliquos* appellat respectu ad eos, quos in castris penes legatos reliquerat.

2053. 2. pro λαβὼν simplici malim compositum παραλαβὼν. deinde (versu 3.) pro ἦκεν de meo dedi ἦγεν.

2058. 8. παραλαμβάνωσι malim in actiuo.

2061. 9. ὑπὲρ de meo addidi.

vlt. ἀπολελείψεσθαι (in paulo post futuro) dedi de meo pro vulg. ἀπολείψεσθαι (in fut. 1. med.)

2063. 13. f. ὁ βίος μεθ' ἡμῶν ἔσαι καλός. *vita nobiscum*, vel *inter nos.*

2064. vlt. f. ἀλλ' οὐδὲ ταύτην γε διαφεύξεσθε.

2066. 4. ἀλλ' ὑπομενεῖτε] est pro ὑμεῖς δ' ὑπομενεῖτε.

2067. 9. προσίσται] *vos hoc offendit, male habet, vobis repugnat. inuiti et tergiuersanti illuc accederis.*

2068. 7. f. εἰς ἓν συνενεγκάμενος.

2069. 6. f. μετριώτερος μὲν οὐδὲν ὁ δῆμος, οὐδὲ χρ.

2070. pen. ἄν, vt amputandum, vncis inclusi.

2071. 15. f. ἐξ ὧν πλέον ἔσχον.

2074. 10. τὸν ἄνδρα] videtur articulus tollendus esse.

2076. 3. bene si habet συγκαταλέγοντες, raro modo, et nescio, an sine exemplo, dictum est pro συνειπόντες. scil. τῷ νόμῳ, forte per idiotismum Dionysii. sed sine dubio leg. est συναγορεύοντες.

2079. 5. ἐξουσίαν] scil. τοῦ ἀπολύειν.

2081. 1. δὲ, quod vulgatae pone μόνον dant, arbitratu meo expunxi.

2083. 7. ὑπὲρ h. l. idem valet, atque ἕνεκα.

8. f. ἐὰν τὰς συγκεχωρημένας τοῖς νόμοις [id est ἐν τοῖς νόμοις, vel ὑπὸ τῶν νόμων] ζημίας παρ' αὐτῶν λαμβάνωσιν, dum ipsi poenas ab iis [reis puta] repetant a legibus concessas. v. p. 2084. 2.

2084. 5. malim κωλύσαν. (in aor. 1.)

11. vocabula ταῖς ἑξῆς ἡμέραις quid sibi velint, et qui cum narratione reliqua constare possint, haud intelligo. Nil deesset quidem perspicuitati, si plane deessent.

2087. vlt. ἐν deleui, quod vulgatae praeponunt vocabulo αἰσχύνῃ.

2088. 8. τάγματος simplex dedi, pro vulgari συντάγμ.

2090. 11. f. μηδὲ ταλαιπωρίαν ἀπειπάμενος ἄλλην, ἀλλὰ προθύμως ἐξετασθεὶς ἐν παρατάξεσι.

2093. 7. γὰρ de meo in loco vulgaris μὲν suffeci.

2099. 2. μαρτυρομένων de meo dedi, pro vulgari μαρτυρημένων. 5. f. τῶν αὐτῶν ἀκούοντες λόγων. *ibid.* ἀγασὸν h. l. est *inuidendum, odio habendum, criminandum.*

2104. 6. ἓν videtur delendum.

12. ἔπραξε ferri possit. *tumultus nil effecit.* malim tamen ἔπραξαν. *effecerunt*, tribuni puta.

2105. 2. malim ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ.

2107. 7. τὸν πόλεμον] num τὸν χρόνον.

9. malim τῷ ἄρχειν.

2109. 11. ἐν αὐτῷ dedi de meo, pro vulgari ἐν αὐτῇ. redit enim ad χάρακι, non ad πέτρᾳ.

2110. 15. οἱ στρατιῶται] articulum de meo addidi.

2111. 8. ζῶντα διεργάζεσθαί τινα est *aliquem viuum pessumdare*, h. e. tametsi supersit, eum tamen ad locum miseriae deprimere, vt vita ipsi sit morte peior atque intolerabilior. τὸ μηδὲν ἀποδεῖναι aliquem, est *ad nihilum eum redigere*, vt prorsus nullus esse videatur, nullo in loco, nullo in numero habendus. optime hic locus habet, neque quicquam eius mouendum est.

9. ἀπενεγκάμενον] vt qui e castris domum, in vrbem, retulissem.

2113. 3. aut prorsus delendum est καὶ, aut cum κατ' est mutandum.

5. f. κατὰ κορυφῆς (in genitivo). v. p. 2114. versu 8. e summo deorsum, e vertice desuper. *von oben herab.* e loco et per locum imminentem castris.

10. f. σὺν πολλῷ πόνῳ, *multa cum molestia*, χρόνῳ, aduerbialiter, *tandem aliquando*, *multo post.* Pro παρακείμενον v. 11. malim aut ἐπικείμ. aut ὑπερκ.

2116. 1. f. καὶ τῆς ἐκ τῶν ἄλλων φιλοφρονήσεων ἡδονῆς.

8. post ἐφαίνετο videtur βεβιαλεῦσθαι deesse.

2117. 15. παρ' αὐτὰς de meo dedi, pro vulg. γὰρ αὐτὰς. praeter se, Siccium suosque octingentos, alii nemini deberi laudem victoriae.

2118. 5. e vulgato ἐπιβαλλομένοις alterum λ detraxi.

6. malim ἐγεγόνει δ' ἐξ ὧν προέλαβεν. ex iis sermonibus atque persuasionibus, quas Siccius animis Romanorum a se occupatis iniecerat, absentibus consulibus, eoque non valentibus illam inuidiam purgare.

2120. 1. f. θύσας εἰσιτήρια, auspicalia sacra, pro felici functione honoris, quem capesseret, vel ingrederetur. *ingressionalia, aditialia tribunatus.*

8. προσεκαλέσατο de meo dedi, pro vulg. προεκαλ.

2122. 2. παρασκευάσας] induxisset,

xisset, permouisset, vt aditum sibi ad consules pararet.

2122. 13. ἐκείνῳ de meo dedi, pro vulg. ἐκείνων.

14. τῇ μειρακίᾳ] Spurio Verginio.

pen. αὐτοὶ] M. Icillius cum patre.

2124. 10. τοῖς addidi, et θεῖναι v. 11. dedi de meo, pro vulgari εἶναι. pro δοκεῖ malim quoque siue δοκῇ in coniunct. siue δοκείη in optatiuo.

2125. 5. aut μὲν ἦν cum Vatic. leg. est, aut μὲν τοίνυν.

2126. 9. f. τὰ τότε καλῶς δόξαντα, me nunc non recte reprehendere, seu retractare consilia tunc recte praeclareque suscepta.

2128. 3. ᾗ σὺν δίκῃ; praesertim per nefas. ὧν ὑμῖν — quibus vt parcatis, ego vobis auctor fio. sic de meo dedi pro vulgato περικόπτεσθαι; καὶ ταῦτα ᾗ συνδικῶν ὑμῖν.

2129. pen. f. ἐπιλέξασθαι. supputasse, calculasse, secum meditatum esse.

vlt. aliter distinxi, atque factum est in vulgatis. ad ἀφίημι subauditur αὐτὸν. absoluo eum, Romilium puta.

2132. 10. aliter distinxi et struxi verba, atque vulgo fit, ad hunc modum: τὰς ἡϊόνας ἐκκυμαινομένων. hic finit sententia. tum τῶν γὰρ σωμάτων — vulgatae sic exhibent: τὰς ἡϊόνας· ἐκκυμαινομένων γὰρ τῶν σωμάτων.

2133. 7. ὡς e Vaticano adsciui, sed ante σφίσιν collocaui.

2136. 5. ποιήσειν de meo dedi pro vulgari ποιήσοντας. [sic certe voluit V. C. sed irrepsit hic per festinationem mendum typographica ποιήσει.]

2137. 4. ὧν de meo dedi, pro vulg. ἦν.

13. f. ἐπιθυμία ξένη, noua, eius genti ipsique adeo insolita contentio, πᾶσαν τυραννικὴν ἀρχὴν προβαλέσθαι, omnem tyrannidis in rep. gerenda affectationem auersandi.

2142. 6. ταμιῶν (per iota simplex) dedi, vulgatis diphthongum dantibus.

2143. 5. ex ἐπ' αὐτῷ, quod e Vatic. affertur, effeci ἑκάστῳ, et e παραλαμβάνοντες vulg. (in nominat. pl.) effeci genitiuum singul. παραλαμβάνοντος, vnoquoque principatum in dierum certum quendam numerum capessente.

8. ὁπόσα πρός τε recte habent. hic exponit, quid designet vocabulo δημόσια, quod aliud ipsi significat, quam δημοτικά.

2144. 5. malim σωφρόνως.

2146. 4. ἔτι pro vulg. ἐπὶ, et versu 6. δὴ pro vulg. δὲ de meo dedi.

2147. 11. f. ἀποδείκνυται μὲν ἦν πάλιν.

2149. 9. συνθήκας si excludimus, pro ἔθεντο v. 10. leg. erit συνέθεντο. et eadem exibit sententia.

2150. 7. in Vaticano fuit, non id, quod illinc relatum est, sed hoc, quod excudi curaui, οἱ δέκα τὰ παράσημα.

2151. 12. γινόμενον] num φαινόμενον, ostentatum.

2153. 1. καὶ, quod in vulgatis ante πολλὰς legitur, arbitratu meo sustuli. idem est, ac si dixisset: πολλὰς ἀποκτιννύντες, διότι αὐτοὶ πάντων νομοθέται καὶ δικασταὶ ἐγένοντο.

2154. 14. Videtur in Vat. fuisse non ποιήσαντες, sed πορίσαντες. cum extudissent, vel impetrassent nullum, neque SC. neque plebiscitum.

vlt. τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν] articulum de meo addidi.

AD LIBRVM XI. ANTIQV. ROM.

2157. 5. αὐτοῖς συμμάχοις] *vna cum ipsis sociis.* sic dedi de meo, pro vulgari αὐτοὶ σὺν αὐτοῖς τοῖς συμμάχοις.

2158. 4. post κυρίαν videtur deesse ὅτ' ἀντιλέξαντες ᾔδεσαν.

2160. 1. f. πρώτη μὲν ἦν ἣν ἡ δόξασα γ.

2. f. τὴν τρίτην ἀρχὴν τῇ δευτέρᾳ. v. p. 2154. 14. nam secundum potestatis annum, quacunque demum fraude, consensu S. P. Q. R. impetrauerant.

2161. 11. ᾗ' οἱ] sic de meo dedi. vulg. ᾗδ' οἱ. respondet hoc ὅτε illi priori versu 9.

2164. 3. ᾗδ' ἐκεῖνο] *ne hoc quidem cura nulla dignum videbatur ipsis esse.* sic de meo dedi, pro vulgari ὅτ' ἐκεῖνο.

pen. ἀνειλημφέναι aptum est ex ὑπελάμβανον versu 13. et accipiendum hic est pro δόξειν ἀνειλημφέναι, *sperabant, fore, vt viderentur suscepisse.*

2165. 6. num βουλεύοντας (in praesenti.)

9. τῆς ὀλιγαρχίας] num τῆς πόλεως.

14. f. οἱ δέκα δὲ ταῦθ' ὁρῶντες.

2166. 13. Dionysius hic in stemmate procul dubio erravit. gens Valeriorum Potitorum a gente Valeriorum Poplicolarum differt. Auus huius Valerii, de quo hic agitur, pater fuit eius Poplicolae, qui primus hoc nomen meritus in gentem suam intulit. v. Glandorp. Onomast. p. 860. et Steinii Stemmata p. 969.

vlt. καθ' ἑαυτὸν de meo dedi, pro vulg. καθ' ἑαυτὸν. *in semet.* Appium puta.

2168. 2. καὶ τὴν ἐκείνης] num καὶ ἴσην ἐκείνῳ. vna cum eo, paremque ipsi, potestatem imperii nactos.

5. aut βούλομαι leg. est loco participii, aut ποιῶ est iterandum ad hunc modum: τοῦτο ποιῶ, non fugit me, frustra, incassum me hoc facere, ποιῶ δὲ φανερὰν γενέσθαι βουλόμενος, at facio tamen, quia volo palam fieri —

2170. 3. πράσσειν] f. δράσειν.

9. post βουλεύεσθε, quod sanum

num videtur, ſuſpicor μηδένα deeſſe. *haeccine vt nemo ad plebem efferat, vos machinamini?* tum a legente quoque tacito haec eſt ſubiicienda ſententia, quaſi copula futura praemiſſis cum inſequentibus: *Miſeret me vtique veſtrae ſtultitiae, ſi haec agitis.* aut *rideo enimuero veſtras ineptias. o vani, o ſtulti homines.*

2170. 10. κωλύσον malim.

12. aut, ſeruato κατηγορεῖν, in locum accuſatiui τὴν ἐξουσίαν, v. 11. ſufficiendus eſt genitiuus τῆς ἐξουσίας, aut, ſeruato accuſatiuo, pro κατηγορεῖν leg. eſt καταλύειν, aut καθαιρεῖν.

2171. 1. εἰ κωλύετε] Si εἰ ſeruatur, leg. erit κωλύσετε in futuro, pro ἔξεστι ὑμῖν κωλύειν. et tum εἰ idem erit, atque πότερα (p. 2170. 13.) et cum eo cohaerebit; et media pro parenthetis erunt habenda. hoc de ipſo plebs ſuffragabitur, num danda vobis ſit facultas prohibendi, ſi quis pro rep. loqui audeat.

3. δόξωσιν] num δοξάζωσιν, ſcil. οἱ πολῖται. (p. 2170. 12.) *et haec ſi ciues aequa et iuſta ſtatuant eſſe.* tum videtur aliquid deeſſe, ἐκλείψομεν τὴν πόλιν, aut tale quid. *excedemus vrbe.* et hoc ſupplemento probato, porro poſt εἴημεν addendum ſit μένοντες. *Num ſi manſerimus in vrbe, digni profecto ſimus —*

2172. 13. τὰ μηδὲν πρὸς τὸ πρᾶγμα] *res a re praeſente alienas.* Sic de meo dedi, pro media voce, quae in vulgatis μὴ eſt, ſufficiens μηδέν, et contra ᾗδεν, quod verſu proximo 14. vulgatae ad δημηγορῶντες addunt, expungens.

2173. 17. τιμῶν] ſubaudi e praemiſſis ἐμέ. quo pacto δὲ ſtare poteſt. malim tamen δὲ prorſus abeſſe, aut cum δὴ mutari. *honorem nempe habens cognationi.*

2174. 11. ἀκούσαντες in aor. 1. conuenienter cum verſu 8. de meo dedi, pro vulgari ἀκούοντες. (in praef.)

2175. 3. τὰς δέ γε de meo dedi, lectionem vulgatam cum Sylburgii coniectura copulans. nam vulgatis δὲ deeſt.

2176. 14. f. τάς τε βλάβας διορθούμενοι in praef. et pari modo διαλεγόμενοι quoque verſu 15.

2177. 5. πρὶν εἰς τοῦτον καταστῆναι τὸν πόλεμον] adiutus a Vaticani admonitione, ſic reformaui vulgatam, quae haec eſt: πρὶν εἰς τοῦτο καταστῆσαι τοὺς περὶ πολέμων. praepoſitionem περὶ illinc in verſum inferiorem deduxi et pone σκοπεῖν collocaui.

9. f. εἴ τις, τοῦτον ἀφεὶς τὸν καιρὸν, ἐν ἐκείνῳ λέγειν ὑπὲρ αὐτῶν ἠξίει, ὅ [vel ὃν] ἂν ἔχοι, hac praeſente, quae nunc in manibus eſt, oportunitate dimiſſa, dignum cenſeat aequumque, tunc temporis his de rebus verba fieri, [de quibus nunc agi ſumma noſtra intereſt.] quod tempus futurum nemo eſt, qui pro certo habeat dicere, datum fore, vt eo potiamur oportuniore, vbi praeſens tempus, vt parum conueniens, reiecerimus, deliberatione prorogata.

2178. 10. f. ὅσοις σὺν τῇ πατρίδι μέλει τοῦ καλῶς ἑαυτοὺς ἔχειν. quibus vna cum ſalute patriae ſua priuata ſalus proſperitasque curae cordique eſt.

2179. 7. εἶναι cum ἑκὼν rurſus copulaui, tollendo puncto, quod in vulgatis interpoſita iſta duo dirimit. Nota phraſis eſt ἑκὼν εἶναι. pro *ſi meae ſponte eſſe mihi liceat.* Sed tum deeſſe quaedam paret. fortaſſis ita ſit locus integrandus: προσήκει δέ μοι ταύτην τηρεῖν τὴν τοῦ βίου προαίρεσιν.

vlt. poſt διοικοῦντες deeſſe videtur οἴδαμεν.

2180. 9. in illo οἱ, quod e Vaticano affertur, videtur ἢ latere. quod tamen melius eſt 'arceri, et in vulgata conquieſci.

2181. vlt. f. ὧδ' ἐστὶν εἰπεῖν, ἔξω τῶν ὑμ. ἑταίρων, ὅσις οἰκείως τ. π.

2182. pen. γινόμενον de meo dedi, ob inſequens καλούμενον, pro vulgari γενόμ.

2184. 1. pro τε vulgari de meo dedi γε, eaque ſeruandum duco γενόμενον. *quippe qui fueris aliquando nobis ſalutaris.*

14. poſt πατρίδος videri poſſit φυλαττομένας e praemiſſis tacite reperi debere. mihi tamen eſt veroſimilius, deeſſe γεγενημένας.

2185. 6. τὰ νῦν ἀγαθά] ſponteam tyrannidis eiurationem.

2186. 10. ἐὰν ſi ſeruandum ducemus, quod cum αἱ mutaui, Porto auctore, quo rariſſime auctore vtor, ita ſit ſupplendum: ἐὰν δὲ μηδὲν ὑποστέλλῃ, *ſin autem nil diſſimules,* δέδοικα, μὴ αἱ ἀληθεῖς —

2187. 1. εὐπαθειῶν de meo dedi, pro vulg. εὐηθειῶν.

7. καὶ ἀναφαίρετοι χάριτες καὶ ἀμεταμέλητοι] ſic diſtinctum et correctum dedi h. l. qui in vulgatis ſic iacet: καὶ ἀναφαίρετοι, χαρίεις τε καὶ ἀμεταμ. deinde v. 8. pariter de meo τρέφε, *nutri*, dedi, pro vulgari τρέφε, *verte.*

2188. 5. ἀκολούθως de meo dedi pro vulg. ἀκόλουθον.

2189. 5. πρὸς τὸν οἰκεῖον, mihi, familiari et neceſſario tuo te vacare negantes. Sic de meo dedi, pro vulgari ἀπὸ τῶν οἰκείων.

7. εἰ δή τι de meo dedi, pro εἰ δ' ἐπί, quod e Vaticano profertur. poſſit quoque legi εἰπὲ δ', εἴ τι σοι, *at dic tamen, num quid tibi —*

vlt. παρ' ἀνθρώποις] quid ſibi velint haec vocabula, quae prorſus ſublata nil deſideres, ego equidem haud exputo. num cohaerent inter ſe πάντοτε παρ' ἀνθρώποις. vbique temporum atque locorum, vbi ſint homines, quicunque tandem.

2190. 6. Copulaui δὲ Vaticani et Sylburgii, quod vulgatis deeſt, cum δὴ vulgari.

15. καὶ πλείω ταῦτα de meo dedi, tranſpoſitis vocabulis, pro καὶ ταῦτα πλείω vulgari.

2191. 11. ἡλικίας ἐν τῇ φρονιμωτάτῃ] alias vſitatius eſt ἡλ. ἐν τῷ φρονιμωτάτῳ (μέρει, vel καιρῷ puta).

2193. pen. βελῆς ἀξίωσις eſt locus in ſenatu, quem quis obtinet, plus minusue honoratum, prout aut meritis, aut honorum multitudine, aut vetuſtate ſenatoriae dignitatis, prae aliis plus minusue eminet.

2194. 10. e Vaticano afferunt οἷόν τε δεῖ. quibus in verbis videor mihi iſtaec noſcitare: οἷον ἐντελῆ. in quo ni fallor, videtur locus ita eſſe integrandus: ὡς ἐχρῆν οἷον ἐντελῆ καὶ ὁλόκληρον τοῖς πολεμίοις αὐτὴν φυλάττειν. *quos oportebat ſimultatem ſuam quaſi perfectam et nulla parte minutam hoſtibus patriae reſeruare.*

2195. 1. f. ὑπερβολὴ γὰρ ἀνοίας τοῦτό γε — nam exceſſus iſte furoris eſt, parumque abeſt, vt appellari par ſit mentis coecitatem ab ira deorum iniectam. ὅτῳ δὲ πεποιήκασιν, atqui ſic egerunt principes noſtri ſenatus.

2196. 5. ἔχουσι] imo vero λέγουσι.

13. Imitatio haec eſt loci demoſthenici.

2197. 11. ἐμβολὰς de meo dedi, pro vulg. ἐκβ. v. p. 2203. 7.

12. διαλύσετε (in futuro) effeci e διελύσατε, quod e Vaticano affertur. *rependetis, diluetis, compenſabitis.*

2198. pen. deleui arbitratu meo ὥς, quod vulgatae inter πόλεως et ἐάσαντες dant interge-ſtum, vtpote natum e fine vocabuli πόλεως.

2200. 2. Duo vocabula καὶ κολάζετε de meo addidi, quoniam ſine iis ἑκατέρων τούτων et ἀμφότερα ſententia carent. Sunt autem iſta ambo, hinc honores atque praemia, illinc poenae.

2202. 6. reduxi veterem lectionem e Stephanica χλευασμῶν. quoniam pluralem hic requiri, docet inſequens οἷς.

2203. 2. f. ᾠδεμίαν ἐμὴν ἀποδεικ-

5. ἐκεῖ] num εἰκῇ, *incaſſum.*

2204. 1. Σαβίνων ſi ſeruetur, legendum ſit ἐναντίον καθημένη Σαβίνων.

3. f. καὶ μηδὲν [nullo pacto, nulla ex parte] οἵῳ.

2205. 16. τὸν ἐπιτηδειότατον (in ſuperlatiuo) dedi pro vulg. τὸν ἐπιτηδειότερον.

2206. 7. f. τῇ τῶνδε προφάσει τῶ πολέμω.

vlr. αὐτὸ] *ſolum, merum.*

2207. 4. f. ἀναδικασίαν, *retractationem ſententiae.*

2208. 12. παριὼν de meo dedi, pro vulg. περὶ ὧν.

2209. 10. poſt τρατῶ deeſt ποιεῖν, vel ποιεῖσθαι.

2210. 8. μετασάσει de meo dedi pro vulg. μεταναστάσει.

vlt. f. εἰς δειλίαν. neque pavoris, vel formidinis, arguerentur, quippe qui palam rem gererent. quamquam haec ſententia fracta et ſuperuacanea videtur eſſe.

2211. 2. qui nollent curam reip. omnem abiicere, et qui otium iners auerſarentur, hi ex vrbe

vrbe in villas ſuas exibant. Hoc non intelligo. Ergone in villis vita agitur negotioſa, et in functionibus reip.?

2211. 5. f. ἀνηύντου, inexplicabile, quod nunquam ad effectum, vel exitum perducitur. Alias ſi ἀνόητον ſeruatur, addendum erit ἐλπίζειν, ſtultum eſſe, ſperare, futurum, vt tanta vis imperii conuelleretur.

2213. 9. χρώμενοι] ſcil. οἱ δέκα.

2214. 14. num σύμμαχον, aut συμμαχικήν.

2217. 1. poſt ὑπεροψίας videtur δι' ἐπιμελείας deeſſe. nam ἐκ ſignificat h. l. vt latinum *ex*, idem, atque μετὰ, *ſecundum, poſt.* remp. quam adhuc ſuſque deque habuiſſent et multa cum arrogantia multoque cum faſtidio tractaſſent, iam diligentius percolere incipiebant.

2220. 6. τῇ γνητείᾳ τῶν λόγων ὐ συνειδῶς bene habet. datiuus cohaeret cum συνειδῶς. *non conſcius erat praeſtigiis verborum, quod ex inſidiis fierent.* id eſt, haud ſentiens, per illas verborum praeſtigias peſtem ſibi comparari. Accuſatiuum ſi hic obtrudere volumus, neceſſe erit, vt pro συνειδῶς ſubſtituatur συνιδών.

2222. 1. f. χωρήσοντες ſimplex. pen. f. περιελθόντες ἐκ πλαγίων τὸν ὄχθον. *cum cliuum ex obliquo*, ſeu *a lateribus circumuenirent.*

2223. pen. aut τιμῶν et διαφόρων eſt leg. aut, ſeruata vulgata τιμαῖς διαφόροις, addendum eſt aliquid, e. c. γεραίρεσθαι.

2224. 8. f. τῆς περὶ τὸ πρᾶγμα ἐπιβελῆς.

2225. pen. μαχαιρῶν] imo vero βελῶν.

2226. 1. ᾠδεμίαν [ſcil. εἶχον πληγὴν] de meo dedi, pro vulgari ᾠδεμιᾷ. Sed occupauit hoc iam Portus, cuius hoc de loco ſuſpicio non diſplicet.

2228. 4. γραμματιστὴς eſt, qui pueros puellaſue elementa literarum docet. grammaticus autem homo doctus eſt, poetas et oratores et philoſophos adultioribus explanans.

7. παριένου de meo dedi, pro vulgari περιΐενου. *illac praeterire.*

2229. 5. quanquam ταῖς πειρωμέναις, vt eſt in vulgata, in foemininо, praeſtat lectioni e Vaticano prolatae, τοῖς πειρωμένοις, tamen huic peiori lectioni non obſtat ſuperius γυναῖκας. nam τινας poteſt ibi pro maſculino vtique haberi, (tametſi ego pro foemininо habendum duco) neque neceſſe eſt, vt γυναῖκας cum τινας copuletur. quod γυναῖκας etiam cum τὰς τροφὰς copulari poteſt.

2232. 4. μὲν ὐσῶν de meo dedi, pro vulgari τε ὐσῶν.

8. f. ὑπέχειν τοῖς βωλομένοις. ſcil. ἐμὲ δίκας αὐτοῖς ὑπέχειν.

12. προσάγειν de meo dedi, pro vulg. προσλέγειν.

13. ὁποτέρας ſi ſeruandum eſt, quod tum erit, non accuſatiuus in plur. ſed genitiuus

in singulari, leg. erit v. 14. ἐχέσθωσαν (per χ.)

2233. 4. ἦν de sensu meo expunxi, quod vulgatae ad μὲν addunt, et δὲ post ἐπειδὴ versu 14.

pen. f. sic est distinguendum et scrib. δοκεῖ ἐρῶντι, (subaudi τινι) et videtur amanti alicui, forma praestare, ἥκειν venire. nam M. Claudius ipse non amabat, sed Appius, cui virginem conciliare studebat. aut sic: δοκεῖ, παρασκευασθέντα ὑπό τινος ἐρῶντος.

2234. 7. num τὰς δίκας. pro ὅμοιος, quod Casaubono imputatur, videtur ille potius ἕτοιμος εἶναι scripsisse.

8. f. τοῖς ἄλλοις ἅπασι δέδοκται Ῥωμαίοις δίκαιον, εἰ δὲ μὴ δεῖ ὑποτέλλεσθαι, πᾶσιν ἀνθρώποις, ratum est apud omnes Romanos ius et fas hoc esse, imo, si liceat verum sine haesitatione proloqui, neque causa interueniat cogens reticere et dissimulare, penes omnes homines.

2237. 1. διασημήναντος] praepositio διὰ significat, plebem vndique, a diuersis partibus acclamasse.

vlt. ὑπὸ de meo dedi pro vulg. ὑπὲρ.

2239. 4. αὐτὰς] virginem ipsam cum nutricibus, et auunculum eius, sponsumque, et quicumque cum iis facerent.

2240. pen. μεθέσθαι de meo dedi, pro vulg. μεθεῖσθαι.

2241. 7. ἢ, quod vulgatae ad χάρακα addunt, nemo non videt natum esse e κα vltima syllaba illius vocis.

9. αὐτὸν] malim αὐτῇ, *ibi*, in castris.

2243. 2. f. ὡς πρότερον, οἱ πελάται αὐτῷ. si clientes eius [Appii] iam nunc, non vt olim, ius aequum cum reliquis ciuibus impetrent, vel impetraturi sint.

12. ἂν ἐλάμβανε de meo dedi, duobus diuisis vocabulis, pro vulg. ἀνελάμβανε, quod vnum est.

vlt. τῶν delendum est, si δεομένην pag. 2244. 1. seruamus, et tum ἀνάγκη cohaerebit cum ξέργειν, necessario acquiescere in eo, quod natura extulisset, idque amplecti caritate, vtpote liberorum egentem. alias si pro δεομένην legatur δεδεμένην, possit τῶν quodammodo stare. *obstrictam necessitate liberorum.* h. e. eo, quod mulier, quos pepererit liberos, eos ei necesse sit habere, tenere, atque perferre.

2245. 7. aut τῶν est delendum, aut si seruatur, pro πολλῶν leg. est πολλοῖς.

pen. f. ὅσοι ἤκουον. nam συνακούειν verbum esse graecum nego. συν facile potuit e σοι praecedente iterari. aut sic leg. est: ὅσοι συνελθόντες ἤκουον.

2247. 6. num τοῖς τἀληθῆ ὑπονοοῦσι.

2248. vlt. χρήμασι πεισθείς. *numis placatus.* ita de meo dedi, pro vulgari χρηματισθείς.

2250. 15. aut ὑπεχώρουν, aut ἀνεχώρουν, aut ἀπεχώρουν.

2251.

2251. 8. εἰς γῆν] haec vocabula melius vtique starent pone καταβρέψασαν. pro κατέχυσαν vulgari dedi de meo κατέχων.

2252. 4. προσεφύσησεν de meo dedi pro vulgari προσέφυσεν. poterat quoque προσέπλυσεν dari. sed praetuli istud mea sponte.

2253. 14. δ', quod vulgatae pone εἴξαντα collocant, delendum videtur, et pone ὕστερον auctore Porto δὲ addendum. sed tum deerit aut ἀπολύεσθαι, aut διαλύεσθαι. *sese purgare, in gratiam redire.*

2254. 2. possit quoque παραβαλλομένων legi, *audentibus*, quod ad vulgare περιβαλλ. propius etiam accedit, quam ἐπιβαλλ.

2255. 12. ὀλιγαρχῶν videtur Dionysio relinquendum esse, vt ab eo adamatum, et alias quoque vsurpatum. v. p. 2257. vlt. 2268. pen. 2277. 3.

2256. 1. ταύτην τὴν ἐκκλησίαν] articulum de meo addidi. ad hanc Valerii concionem, non illam Appii.

4. ὀλιγαρχίας de meo dedi, pro vulgari ὀλιγαρχικῆς. quod si teneatur, addendum sit φωνῆς.

6. nihil hic videtur deesse. ἄσμενοι χωρεῖν et χωρήσειν sunt iidem, atque ἕτοιμοι χωρεῖν, ἑτοίμως χωρήσοντες.

9. βαλλόμενος simplex dedi pro vulgari ἐπιβαλλ. *nam saxorum coniectibus impetitus.* nam subauditur λίθοις.

pen. malim cum articulo κατὰ τῆς ὀλιγαρχίας.

2257. 9. ἀθύρματα κόμης sunt crines suppositicii, cincinni, quos virgines matronaeque, etiam hodienum, ad crines suos genuinos apponunt, quo comtiores, et altius turriti videantur. *Toupés, Haartouren, Frauenperruken.*

2259. 3. sic distinxi, partim et correxi vulgatam: ἀγωνίας πλήρεις, καὶ θορύβῳ περιχεόμενοι. vulgatae sic dant: ἀγωνίας μεσοὶ καὶ θορύβων, περιεχόμενοι. A Sylburgio mutuatus sum περιχεόμενοι. cuius supplemento τε post nostram correctionem et lectionis et distinctionis vulgaris superfederi iam potest.

2260. 5. αὐτοῖς cum παρελήλυθε v. 7. cohaeret.

7. ἀλλ' ἐκ τῆ βιαιοτάτῃ τ. τρ.] subaudi e praemissis τὴν ἐξουσίαν ἔχοντες. Ad καταγνόντες subauditur προσπηλακίζουσιν ἡμᾶς e versu 3. nihil hic deest.

2261. 7. num οἷς ὀφείλεται δίκαια φύσεως καὶ προγόνων. *ergo quos non solum munia patrum a natura vobis iniuncta fungi vos par est, sed etiam iura a maioribus parta et vobis tradita, salua atque intemerata sunt conseruanda atque relinquenda.*

2262. 7. διαχρησαμένης de meo dedi, pro vulgari διαχειρισαμένης. quem errorem iam supra sustuli.

2263. 8. f. ἢ καὶ πρὸς αὐτῆ.

vlt. f. τὰ ὑπονοούμενα. *magna est stoliditas et tarditas, credite*

mihi, certo auctori, affirmare, non esse euentura haec, quae suspicor.

2265. 13. conuenientius foret graecae linguae rationi, vt hi tres accusatiui συλλαβόντας, ἀνασήσαντας et ἐγκαθημένες, cum nominatiuis mutentur, συλλαβόντες, ἀνασήσαντες et ἐγκαθήμενοι. ἐῶντας autem, v. 16. malim cum ἐᾷν permutari, nisi si quid desit.

pen. μηδὲν τὰς σφετέρας in accusat. malim.

2266. 1. ἑκάστοτε, *itentidem, quoque tempore, vt res fert.* αὐτῶν respectum habet ad res vrbanas. Cupido sciendi, quid in vrbe gereretur rerum novarum, opponitur discrimini capitis, quod cuique in certaminibus identidem occurrentibus subeundum esset.

5. num διαβρίφθέντα. quamquam huius verbi aor. 2. διαβρῖφεὶς magis vsurpari solet, quam primus. num ἀλλὰ καὶ διὰ τὸν λεχθέντα λόγον.

7. num ὦ καλῶς ἡμῶν ἐφρατηγηκότες in vocatiuo.

11. quamquam dura et cruda haud pauca a Dionysio deuorare didici, tamen haec dictio, quae ne graeca quidem videtur esse, νίκην, ἢ βλάβην, ἐποιήσατε κατὰ τῶν ἐχθρῶν, ne Dionysio quidem videtur imputanda.

12. ἀπεδείξασθε in medio dedi de meo, pro vulg. in actiuo.

vlt. post καταδηωθεῖσαν videtur διαθέντες deesse. *Solum vestrum patrium eo redegistis, vt videatur ab hostibus desolata esse.*

2267. 2. ἐνικῶμεν ἐν ταῖς μάχαις] praepositionem de meo addidi.

2269. 2. malim simplex πρευθέντες. nescio enim, quae vis h. l. possit praepositioni ἐπὶ inesse.

10. malim ἀδικοῦντες οὐδένα οὐδὲν.

2274. 6. num αὐτόμονος vocabulum fuit Dionysio probatum et vsurpatum? quod si fuit, αὐτομόνοις exarari malim vno vocabulo, pro vulgari αὐτὸ μόνοις, duobus. An leg. est ἀλλ' αὐτοῖς μόνοις, aut ἀλλά τι μόνοις.

2275. 1. ὑπὸ τὴν δίκην] de meo dedi, pro vulg. ἐπὶ τ. δ.

11. καὶ, quod vulgatae post ἐπιφανεστάτης addunt, arbitratu meo sustuli.

13. συνέσχον] continebant, reprimebant, quominus possent Appio succurrere, decemviros.

2276. 2. ἀποδειχθεῖσαν de meo dedi, pro vulg. ἐπιδειχθ.

2277. 6. f. ἀχθομένων ἤδη ταῖς σφαγαῖς τῶν πολιτῶν, καὶ πόλεμον ἐμφύλιον ἐκ τούτων γενήσεσθαι προσδοκώντων.

8. recepi e Vaticano συναγαγόντες τὴν βουλήν. at res ipsa tamen monstrat, adhuc addendum iis esse οἱ ὕπατοι. *consules cum senatum coegissent.*

2278. 2. παρόντας] imo vero ἐπαρθέντας. et sic dedi de meo. confirmant insequentia μᾶλλον ἐβούλετο ἐπᾶραι.

2278. 4. δεδιότως aduerbialiter de meo dedi, pro vulgari δεδιότος.

2279. 3. τῷ ἄστεος] ex his duobus vocabulis vnum ταχέως videtur efficiendum esse.

2280. 3. ἦν γὰρ] redit, non ad ducem Sabinorum, de quo in continenti verba fecerat, sed ad Romanum M. Horatium.

2281. 5. κατ' αὐτῶν] de iis, super iis, ob eos.

2282. 7. f. post ὁ ἀνὴρ deest ἀπέφυγεν ἄν. quasi futurum fuisset, vt vir absolueretur, dummodo ad iudices productus fuisset.

8. f. καὶ πολλὰ, ἃ τὸ κοινὸν ἐφαίνετο εὖ πεποιηκώς. *multaque, quibus ornatam ab eo fuisse remp. constabat.*

2283. 1. ἄλλων de meo dedi, pro vulg. αὐτῶν. ad ἔδοξεν v. 2. subauditur τῇ βουλῇ, et ad ἀγαπᾶν, δεῖν. *visum fuit senatui, oportere consules sibi congratulari, in eoque acquiescere, quod* — Pro παρόντων num leg. sit παριόντων, an vulgata seruanda sit, in dubio relinquam.

9. νόμον] de honore triumphi iis vsurpando, quibus eum iussus et auctoritas populi decresset, etiamsi inuito et repugnante senatu.

2284. 2. αὐξηθεῖσαν de meo dedi in accusatiuo, pro vulgari αὐξηθεῖσα in nominatiuo. deinde pro ὐκ ὀλίγοις v. 3. malim ὐκ ἀληθέσιν.

4. f. δόξα δὲ αὐτῇ ἰσχυρὰ —

5. τῇ πίστις εἶναι] articulum de meo addidi.

2286. 9. malim αὐτοὺς. v. σφίσι v. 10. redit ad Romanos.

2289. 1. καὶ de meo addidi, quod ob κοι (finem nominis οὐολεῦσκοι) facile potuit excidere.

10. τὸν νόμον] de consulibus e plebe creandis.

2290. 7. possit διομοσάμενοι defendi, si nempe pone ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας subaudiatur a communi προοιχθησαν. quamquam ab hac ratione, paullo illa contortiore, alienior ad Sylburgianam magis propendeo. deinde verba marte meo sic construxi: ἵνα μηδὲ πεισθεῖσιν ἐξῇ τι τῶν ἐγνωσμένων αὐτοῖς καταλύειν. *quo sibi ne liceret, ne persuasis quidem, aliquid mutare eorum, quae sanxissent.* nam in vulgatis iacent paulo conturbatius sic: ἵνα μηδέ τι τῶν ἐγν. αὐτοῖς πεισθεῖσιν ἐξῇ καταλύειν.

2291. 2. εἰς ἰδιωτικὸν de meo dedi, eiecto τὸν, quod vulgatae interpolant. deinde malim: ὐχ ὑπὸ τῶν ὑπάτων, ἀλλ' αὐτοὶ καθ' ἑαυτὰς. σύλλογος ἰδιωτικὸς est congressus virorum honoribus fungentium, sed privatus, non publicus, h. e. non personas magistratuum, sed priuatorum, gerentium.

2293. 1. μὲν de meo dedi, pro vulgari τε. respondet huic μὲν,

μὲν, δὲ verſu 4. in iſtis ἐν δὲ τούτοις.

2293. 4. f. μὴ ἐλάττ]ονες (in nominat.plur.) ἀριθμὸν (in accuſat.) h. e. κατ' ἀριθμὸν, vel ἐς ἀριθμὸν. *non pauciores numero.*

7. καταβαλεῖτε de meo dedi, pro vulg. καταβάλητε. quod ſi ſeruabitur, etiam δόξετε v. 8. mutandum erit, ſiue cum δόξητε, ſiue cum δόξαιτε (in optat.)

vlt. ἄλλυ de meo dedi, pro vulgari ἄλλων, et

2294. 8. εἰσηγείσθω pro vulg. εἰσηγεῖσθαι.

2296. 12. fortaſſis dictio eſt Dionyſio propria βυλεύειν τὰ κοινὰ. ſin tamen minus ſit, malim βραβεύειν ſuffici, quomodo alii loquuntur.

14. poſt δικαίῳ videtur γεγένηται deeſſe.

2298. 5. poſt βυλευτῶν deeſt μαρτυράμενος. *conteſtatus*, vel *anteſtatus*. h. e. *cum ſenatorum prouocaſſet ad teſtimonium.*

8. f. πρώτους ἐπὶ τῇ ἐρωτήσει τῆς γνώμης καλέσειν, ἤχι τοὺς — *interrogatione ſententiarum, ſe eſſe vocaturum primos, non* —

2299. 12. πεπολιτευμένων de meo dedi, pro vulg. πολιτευμένων.

vlt. ἐπεὶ δὲ] poteſt hoc δὲ feri, vt mera iteratio praemiſſi δὲ verſu 7. quae iteratio, nullius alius rei, quam elegantiae cauſa, aut ſi mauis quo lector ad principium orationis reuocetur, multo eſt creberrima.

2301. 3. ταὐτὸ] nam ambae partes pariter fremebant atque ſtomachabantur, ſed diverſis ſingulae de cauſis.

2302. 6. poſt ἐθισμοῖς videtur διαπεπρᾶχθαι deeſſe.

pen. malim αὐτῇ (ſcil. τῇ πόλει) συμπεσεῖν.

2303. 1. ἀποτρίψασθαι de meo dedi, pro vulg. ἀποτρέψ.

2. ſic diſtinxi et correxi h. l. πόλεμον· hic definit protaſis. ſcil. διαλεχθεὶς, ὅτι — tum incipit apodoſis: ἔφησε. δυοῖν ὄντων κ. vulgatae ſic dant: πόλεμον ἔφησε· δυοῖν δ' ὄντων κ.

2304. 2. ἐγίνετο de meo dedi, pro vulg. ἐγένετο.

2308. 7. τιμαῖς num vſurpavit pro τιμήσεσι. *cenſibus, aeſtimationibus facultatum.* Rarus vtique modus ille vocabulum hoc vſurpandi, vti etiam eſt ἄτιμος, pro *non cenſo.*

AD EXCERPTA E DIONYSIO.

2313. 2. f. μηδὲν ὑπὲρ τὴν ἀ. φύσιν ἐς ἀλλήλους παρ. *iniuriis mutuis in ſeſe nullis ſaeuire, modum humanum excedentibus*, h. e. *cum belluina immanitate.*

3. f. ὅσοις μὲν ἦν τὰ ἐπιεικῆ πλείονα ὑπῆρξεν, *quorum naturae ineſt plus lenitatis et comitatis.* vel potius pro τὰ ſc. ummodo ταῦτα leg. eſt, aut ſaltim τὰ εἰρημένα, *ea, quae dixi*, ſapientia puta, bonarumque artium ſtudium et odium crudelitatis.

2313. 10. ἀλλὰ, quod in vulgatis pone πόλεως legitur, arbitratu meo deleui.

2314. 4. poſt Νεαπολιτῶν videtur deeſſe τὰς ἀδικίας, vel τὰς παρανομίας, vel tale quid. et v. vlt. poſt λόγων deeſt κρίνεσθαι, aut διακρίνεσθαι. et p. 2315. 3. poſt μήτ' αὐτὸς deeſt κατατρέχειν. *mare Tyrrhenum non perſultare*, vel *peragrare piratarum in modum.*

2315. 10. διὰ γένους] h. e. proxeni Neapolitanorum fuerant ipſorum aui maioreſque ab vltima inde memoria. Ciuitatum proxeniae erant plerumque haereditariae, et quo diutius penes quamque gentem hoc ius, vel hoc munus, fuiſſet, et quo per plures veluti articulos generationum propagatum, hoc illa gens erat nobilior. *proxenia* reſpondet Romanorum *patronatui*, cuiuſmodi patroni fuerunt Marcelli Siciliae.

2316. 1. f. καταλύεσθαι. nam tametſi διαλύεσθαι πόλεμον, ἔριν, φιλονεικίαν dicitur, dubito tamen, num ideo quoque pari modo φιλίαν διαλύεσθαι dicatur.

vlt. f. καὶ οἱ μὲν χαριέστατοι τὰ — φρονεῖν, οἱ δὲ χείρους τὰ τῶν Ἑλλήνων, vel τὰ τῶν ἐναντίων.

2318. 1. καταγγέλλοντες, *denunciantes, claris et perſpicuis verbis affirmantes, ſpondentes, pollicentes.* raro quidem modo Dionyſius hoc verbum vſurpauit.

2. κἀκείνοις] id eſt τοῖς κἀκείνων στρατεύμασιν. *non in ſuas*, Samnitium, *copias ſolummodo, ſed illorum quoque*, Neapolitanorum puta, *ſe ſumtus belli eſſe erogaturos.*

3. lege ἐπιχορηγήσειν. et ita dedi.

vlt. κατέσχον, πάνυ πολλὴν de meo dedi. cohaeret hoc πάνυ πολλὴν cum προσθήσειν χώραν. vulgatae dant κατέσχον τινὰ πόλιν.

2319. 4. Videtur lacuna ſic ferme explenda: ἐπὶ τὸν πόλεμον ὥρμα. ἐξ ὧν, ἐπειδὴ ἕκαστος τῷ ἑαυτοῦ μέρει συνελάμβανε. *ad bellum ruebat. quo factum, vt, vnoquoque nitente pro parte ſua.*

2321. 6. τὴν πόλιν δι' ὑμῶν αὐτῶν ἔχετε. ſic dedi de meo. *vos ipſi ſoli vrbem*, Neapolin, *tenetis, in poteſtate veſtra habetis.* male Vrſinus αὐτοὶ de ſuo ſuffecerat in locum αὐτῶν, quod ipſi ſuus codex dabat, vnde reuocaui.

vlt. niſi legati ipſi loquerentur, pronum eſſet de ἐκείναμεν ſuſpicari. Forte ſic ſcripſit Dionyſius, quod ſi fecit, oblitus ſui fuit.

2322. 5. δὲ poſt ἔπειτα frequentari non ſolet. quare delendum videtur.

8. poſt πᾶσι deeſſe videtur φήσετε. *ſin autem negabitis, a vobis omnibus ea probari.*

9. poſt γνώμης deeſt αὐτὸς πρᾶξαι.

ibid. παραδῶναι] ſubaudi a communi ἀξιῶμεν.

2324. 4. ἐὸ' ἐν τούτῳ de meo dedi, pro vulg. ἐδὲ τούτῳ.

2324. 9. pro φέρειν malim aut ſimplex φθείρειν, aut potius διαφθείρειν. *corrumpere, orationis praeſtigiis a vobis abalienare.*

2325. pen. poſt ὅρκια videntur haec inſerenda eſſe, quo lacuna farciatur. τὸν πόλεμον ἀναιρεῖσθαι. *nil impedit, bellum capeſſi.* οὐ γὰρ ὅσιον, οὐδὲ δίκαιον, ὧν κακῶς βουλεύεσθε, τὸν Ῥωμ. δῆμον αἰτιᾶσθαι. *Iniquum enim ſit atque impium, malorum et perverſorum veſtrorum conſiliorum culpam in Romanos conferre.*

2326. pen. καὶ πράξεις ἐν πᾶσι διδόναι τοῖς πολέμοις εὐτυχεῖς, *et ſucceſſus proſperos omnibus in bellis.* ſic dedi, partim e libris ſcriptis, partim de meo. ſcil. τοῖς πολέμοις ipſe marte meo ſuffeci in locum vulgaris τοῖς πολεμίοις. caetera libris debentur. vulgatae ſic exhibent: καὶ πράξεις πᾶσι διδόναι ἐπὶ τοῖς πολεμίοις εὐτυχεῖς. codex Pacii omittit ἐπὶ). quem ſecutus ſum. quod ſi ſeruatur ἐπὶ, erit idem, atque ἐν. atque ſententia tum erit: *proſperos in bellis ſucceſſus dare rebus in omnibus.*

2327. 1. περὶ τὰ] ſic dedi, tranſponens marte meo vocabula, in vulgatis inuerſa.

2329. 7. ἐξ ἁπάσης τῆς πόλεως aut bene habet, aut defendi certe poteſt. πόλις ſaepe non eſt vnum ſolum oppidum, ſed vniuerſa ciuitas, cunctus populus, per plura ſparſus oppida. vt *ciuitas Heluetiorum* apud Caeſarem.

2332. 2. f. διαλύεσθαι βλαβερὰν, aut ἐπικίνδυνον, aut δυσχερῆ φιλίαν.

4. εἰ de meo addidi pone νομιζομένη.

6. f. τά τε βαρβαρικὰ ἔθνη, καὶ τὰ Ἑλληνικὰ, τὰ προσεχῆ τ.

vlt. Videtur in Valeſii codice fuiſſe τῆς τε ἀξίας ἕνεκα.

2333. 2. ἐφ' οἷς] non optime cohaerent haec cum praemiſſis, et hiat oratio, labat conſtructio. verum agnoſco manum Excerptoris.

18. τρατείαν de meo dedi, pro vulgari τρατιὰν.

2334. 3. f. πρὸς ταύτην τὴν μερίδα. an vulgata idem ſignificat?

15. ἐξήλασεν de meo ſuffeci in locum vulgatae ἐξέπλευσεν. error natus e ſimilitudine literarum Η cum Π et ευ cum α in codd. mſtis.

pen. aut καὶ Φάβιος μὲν, aut Φάβιος μὲν ὤν.

2336. 4. f. ὅτε ἡ βουλὴ, ὅτι ὁ δῆμος συνεχώρησεν. vid. p. 2333. pen. et exempla Seruilii VI. 30. patrum iniuſſu de Volſcis triumphantis, et Valerii atque Horatii XI. 50.

2337. 11. malim δημοσίαν, vt ad γραφὴν referatur.

14. f. τὰς ἐν ταῖς τρατηγίαις καὶ ταῖς ἄλλαις ἅπασαις ἀρχαῖς.

2338. 3. ὡς de meo dedi, pro vulg. ὧν.

2339. 2. aut τὴν κρίσιν, aut τὴν εἰσαγγελίαν, delendum videtur. nam vtrumque idem dicit. videtur alterum in his, alterum in aliis fuiſſe codicibus. aut, ſi tamen vtrumque ſeruatum volumus, fort. ſic eſt leg. καὶ εἰσαχθεὶς εἰς τὴν κρίσιν κατηγορούντων τῶν δημάρχων, τὴν εἰσαγγελίαν. ἀλλὰ, ὥφλε θανάτου δίκην.

2339. vlt. recte coniecisse Sylburgium, docet inſequens ἐτραχύνοντο. homines ſuperbi et ferocis alia nulla re magis, quam minis, exacerbantur. v. p. 2341. pen.

2340. 4. ἐπὶ de meo dedi, pro vulgari ὑπὸ.

2341. 10. num τὸν ὕβριν ἐπαινούντων.

2342. vlt. f. λελύσθαι, ἢ μὴ, τὰς π.

2343. 12. αἱ [ſcil. γνῶμαι] de meo dedi, pro vulg. ἔτοι.

2344. vlt. malim πολέμῳ κρατήσας, ἅπαντας.

2346. 3. poſt ἀγαθὸς videtur ἄνδρας deeſſe.

2347. 3. κατασκεύασμα eſt *Ausmeublirung, Garnirung, Putz, Schmuck eines Zimmers z. B. oder Kleides.* mundus, ornatus, inſtrumentum aedium et ſimilium.

7. f. ſic explendus eſt hiatus: ὐκ ἐλάττων (in nominativo) τῶν ἐμῶν φίλων καὶ ἀναγκαίων, [ſubaudi ex inſequentibus εἶναι νόμιζε] *perſuade tibi, te penes me meis amicis atque neceſſariis haud minorem fore,* καὶ ξένων ἐν τοῖς τιμιωτάτοις εἶναι νόμιζε. *et in hoſpitum numero eorum, quos ſummi facio.* vel ſic: ὐκ ἐλάττω [in accuſ. pl.] τῶν ἐμῶν φίλων φέρεσθαι καὶ ξένων ἐν τοῖς τιμιωτάτοις εἶναι νόμιζε.

vlt. num ὡς ὐκ ἐπὶ κακῷ.

2348. 4. καὶ bene habet.

erat hoc caput ſecundum eorum, quae Pyrrhus a Fabio referri ſuo nomine ad ſenatum Rom. volebat, ſe nempe, Pyrrhum, vrgeri et ex Italia auocari.

7. ὑπέχομαι non damno. poteſt pro idiotiſmo Dionyſii haberi.

vlt. εἶναι] ſcil. ἐμὲ. *ego tibi auctor ſum, me nunc eſſe circa reditum domum.* id eſt, *hoc agere et parare, vt domum remigrem.*

ibidem. ποιήσαντα ab Vrſino profectum eſt. ſaltim ποιησάμενον dixiſſet. ecquis enim ποιεῖν φίλον dicit, pro *aliquem ſibi amicum facere.* praetuli ἐὰν Ῥωμαίοις ποιήσαιντο φιλίαν. quod e veſtigiis lectionum, quas codices manuſcripti dant, collegi. *Si Romani mecum fecerint amicitiam.* Ante ἵνα nil deeſt. Refertur ἵνα ad illa ſuperiora: *ego tibi nullum non praeſtabo fidei genus, quodcunque tandem exigere licet — quo tu hac de re Romanos tuos facias quam certiſſimos.*

2349. 2. ſic diſtinxi et correxi de meo: λέγῃς, εἰ δή τισι. *ſi nempe ſunt, quibus* — pro vulgari λέγῃς. εἰ δέ τισι — quod δὲ ſi ſeruatur, pendebit ſententia, deficiente apodoſi. Εἰ δή etiam in Pacii codice reperit Sylburg.

2350. 4. τοῦτον de meo dedi, [ſubaudi τὸν ἐμαυτοῦ βίον] pro vulgari τοῦτον. *meam vitam audiſti,* pro *de mea vita.*

11. poſt ὠδυράμην deeſſe videtur

detur ποτε, vel πώποτε. aut legi poteſt ὐδ' ὀδυραίμην ἄν ποτε.

2351. 4. πεπίϛευμαι de meo dedi, e vulgari τε πιϛεύομαι.

2352. 7. ὐκ ἴσον partim de meo, partim de Sylburgii penu dedi, pro vulgari ὐχὶ ἴσως. malim tamen adhuc ad ἴσον addi ἐμὲ.

2353. 6. εἶην de meo dedi, pro vulg. εἶναι.

pen. pro πλυσίοις leg. eſt aut πένησιν, aut φίλοις, aut denique σπυδαίοις. quod praetuli.

2354. 5. malim ἐπαίτιον, *culpabilem, reprehendendum.*

2355. 6. ἡνίκα de meo addidi.

vlt. προεισήνεγκαν de meo dedi, pro vulg. προσήνεγκαν.

2357. 4. καλῶ καὶ δικαίῳ de meo dedi, pro vulgari καλῶς καὶ δικαίως.

2358. 8. Facile quidem ſit ſententiam hanc perficere, addendo: ἐξελεγχθεὶς ἀσχημονήσω, καὶ ζημίας δώσω μεγάλας. orationem autem ipſam Fabricii ecquis nobis perfectam et abſolutam dabit?

pen. τὰς πόλεις de meo dedi, pro vulg. ταῖς πόλεσι.

2359. 5. κατέλιπε dedi pro κατέλειπε.

2360. 14. ἐτράπετο, vt vſitatius, de meo dedi, pro vulg. ἐτρέπετο.

2361. 6. ἢ, quod vulgatae pone ὁρῶσιν addunt, expunxi.

8. καὶ de meo addidi.

2362. 8. aut hic τὸν Πύῤῥου, aut verſu proximo 9. αὐτὸν eſt delendum, et auſus ſum hoc poſterius expungere, quod vulgatae ad ὁρῶντες addunt. niſi exiſtimes, in eo χρημάτων latere.

12. ἀνόσιον de meo dedi, pro vulg. ἀνοσίων.

14. ταυτῇ, monſtroſum quam vis, reliqui, etiam in Pariſina editione Excerptorum Valeſianorum reperiens. Saltim ταύτῃ dediſſet. verum ſic dubium eſt, qua de vrbe agatur. num pro ταύτῃ leg. eſt πάνυ.

2363. 4. num ἐξαχθέντα, aut ἐξελχθέντα, aut ἐξενεχθέντα.

12. προενεχθεὶς de meo dedi, pro vulg. πρόσω. loco vocabuli ἀναθημάτων ſententia ſubiicit ὑπογείων. *aurum e cellis ſubterraneis egeſtum.*

2364. 14. τριπλάσιον] quam erant Romanae copiae.

vlt. ἐπικυρίας τοῖς ἑτέροις ἄφιξις de meo dedi, pro vulgari ἐπικυρία τοῖς ἑτέροις ἡ ἄφιξις. bene habet τοῖς ἑτέροις. *alteris*, hoc eſt parti Pyrrho contrariae.

2365. 7. τὼς deleui, quod vulgatae ad αὐτῷ addunt.

HENRICI DODWELLI

CHRONOLOGIA GRAECO-ROMANA

PRO

HYPOTHESIBVS

DIONYSII HALICARNASSEI.

APPARATVS
AD
CHRONOLOGIAM DIONYSIANAM.

§. 1. *Romanarum Originum temporibus* ad *Graecas Epochas* exegit *Dionysius Halicarnasseus*: *Archontum* nempe atque *Olympiadum*.

Temporibus hiſce, in quibus verſamur, ante *Romam Conditam*, antiquiſſimis, nec *menſes*, quibus reges *inierint*, (multo minus menſium *dies*) prodiderant Archiua illa, qualiacunque demum fuerint, e quibus *annorum* numeri, quibus quiſque regnauit, ad *Dionyſium* emanarunt. Itaque cum de regum *Natalitiis* minime conſtaret, *ſitus* eorum aliter deſignari non potuit, quam ſi ad *notam* aliquam *anni formam*, notamque *Epocham* exigerentur. Sic erant *integri* regum *anni* cum *annis* notae Epochae, in qua deſignabantur, ſimiliter *integris* conferendi. *Falſo* quidem, tanuſper tamen *ferendum*, dum non conſtaret de *veris* ſingulorum cuiuſque Principis annorum *initiis*. Ita *Nabonaſſareae* Epochae annos *ſingulos* per *regum* annos, qui continua ſerie *Nabonaſſaro* ipſi ſucceſſerant, internoſcendos cenſuerunt *Aſtronomi*. Quaſi, ſcilicet, *deceſſor* quiſque vltimae *Epagomenae hora* vltima deceſſiſſet, et *primam* Thoth ſequentis *horam*, vnde initium proceſſit anni *Nabonaſſarei*, *ſucceſſor* habuiſſet *Natalitiam*. Sed *Graecis* operam navabat *Dionyſius*, vt *Romanae* Vrbis origines, eouſque, vt oſtendit, parum exploratae, *Graecis* ſuis innoteſcerent. Hoc ergo vt aſſequeretur, *Graecorum* Epochas antiquiſſimas celeberrimaſque ſibi propoſuit obſeruandas, *captae Troiae* atque *Olympiadum*, multo quidem *ſerius* his, de quibus agimus, temporibus in *vſum* hominum receptas, his tamen *Dionyſii* temporibus aliquanto etiam *antiquiores*. Idque exemplo fecit ipſius *Catonis*, qui, quamquam ipſe *Romanus*, *Troiae* tamen *exciſae* anno *Vrbis ſuae* exordium ipſe deſignauerat. Nec id quidem abſurde, quod nexum habere crederet cum Originibus *Romanis* Epocham *Ilii exciſi*, qui a *Troianis* exſulibus *Romanae* Vrbis originem arceſſeret. Docuerat *Cato* annum *Romae* Conditae poſt *Troiae* cladem fuiſſe 432. Haec *Cato* e ſucceſſione *Regum Albanorum*. Quotus autem is annus fuerit in *Graeca Olympiadum* Epocha, hoc ſane a *Catone* non didicit. Sic verba eius interpretor. [1] Κάτων δὲ Πόρκιος Ἑλληνικὸν μὲν οὐχ ὁρίζει χρόνον. Hunc ergo e Canonibus *Eratoſthenis*, quos cenſuit accuratiſſimos, eruit ipſe *Dionyſius*, eundemque fuiſſe docet, qui fuerit *Olympiadis* VII. primus. Χρόνον ergo Ἑλληνικὸν illum cenſet, qui in *Graecorum Epochis* deſignabatur, vt in Canonibus *Eratoſthenis*,

[1] L. I. c. 74.

nis repraesentabatur e *Graecarum* successionum serie sibi consentanea, a *Troia capta* atque initio *Olympiadum*. Sed vero annos *Olympiadum* medios *Archontibus Atticis* insignire mos fuit apud *Graecos* receptus, a temporibus vsque *Timaei*. Proinde *Archontes* adhibet vbique noster, quoties res *Romanas Graecis* temporibus assignat. Et ne quidem illud incommode, quod idem fuerit *initium* anni *Olympici* atque *Archontici*, saltem cum scriberet *Dionysius*. Ita factum, vt mensis *Attici Thargelionis* diei cladem tribuerit *Troianam*, quam alii *Scirophorionis* diei potius tribuendam existimabant. Non ita procul dubio facturi, si tempus ipsum e *coaeuis* excidio *Troiano* monumentis hausissent, et non potius e posterorum *ratiociniis*. Sed quem *annum* Archonte *Attico* in scriptis insignitum repererat, eum non alium fuisse verisimile erat, quam *Atticum*, vt e *Kalendario* proinde *Attico* fuerit explicandus. Inde praeterea factum, vt e Cyclo *Metonico*, retrorsum tamen numerato, annum *excisae Troiae* constituerint, (quicunque demum fuerint) *Dionysii* auctores. Nam ex vltima *silentis Lunae* quadrante, cuius meminerant antiquissimi de excidio Troiano *Poëtae*, mensis lunaris *partem*, qua *Troia* fuerit *excisa*, colligebant iuniores *Grammatici*, vt in nostris ad Μεθομηρικῶν fragmenta Notis ostendimus. Iusti certe *septidui* (quam mensis lunaris *quadrantem* existimabant, qua quidem diebus *integris* designari potuit) spatio distabat is ipse *Thargelionis* dies XXIII. a τριακάδι, quam ἔννην etiam et νέαν appellabant, et pro *Populari* συζυγίας *lunaris* loco habebant. Sed vero in aliud mensium lunarium *Kalendarium* quadrare illa non poterant, praeterquam in illud, quo mensium *lunarium* ciuilium *media* et *initia* ad coeli *nouilunia* et *pleniluniа* proxime accesserint. Tale nullum *Metone* antiquius fuisse
2 L. I. c. 63. e Gemino ostendimus. Nec obstant verba *Dionysii*, [2] ὡς Ἀθηναῖοι τοὺς χρόνους ἄγουσι, quo minus recte etiam illa in Cyclum *Metonicum* conuenire potuerint. Nec enim aliter de Cyclo *Metonico* scribit *Diodorus*, qui vixit etiam ipse scripsitque, cum in *desuetudinem* abiisset vsus Cycli *Metonici*, suffecto in illius locum Cyclo *Calippico*, vel etiam fortassis *Hipparchi*. Verba sunt:
3 Diodor. 86. 4. [3] μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων οἱ πλεῖστοι τῶν Ἑλλήνων χρώμενοι τῇ ἐννεακαιδεκαετηρίδι ὑ διαψεύδονται τὰς ἀληθείας. Quis dubitat, communi *Graecorum* nomine concludi *Metonis* ipsius ciues *Athenienses*? Et tamen apud illos, diu ante *Diodorum* atque *Dionysium*, Cyclum saltem *Calippicum* obtinuisse probant nostrae, nisi fallimur, *Dissertationes*. Fieri potest, vt etiam, *ante* illos, *Calippico* successerit Cyclus *Hipparchi*, e duobus *Metonicis*, *Calippicis* autem quatuor, conflatus. Nec tamen proinde *Metonis* Cyclum fuisse negabimus, cum eodem *consilio* susceptum fuerint, quo et ille *Metonis*,

Metonis, vt lunae *ciuiles coelestibus* respondierent, nec alio facerent, quam vt (quod *primus soluisque* ante illos proposuerat sibi *Meto*) id *superiorum* inuentorum beneficio *certius accuratiusque* assequerentur. Vtcunque tamen Cyclum non alium, quam *Metonicum*, *Dionysio* ob oculos fuisse, ipsum hoc euincit exemplum, in quo *Thargelionis* dies XXIII. idem XVII. erat ante *Solstitium*, non *Romanum*, (vt credidit *Glareanus*) *Iun.* XXIV. sed *Metonicum Iun.* XXVII, qui proinde *Scirophorionis* dies erat X. Sic enim docent nostrae Cycli *Metonici Tabulae* anno Cycli VIII. Nec in alium Cycli *annum* Troiae cladem incidisse, quam VIII. docebunt Tabulae *subiectae*. Idem etiam mox *alio* exemplo ostendemus *Palilium Varronianorum* in *Graecam* τριακάδα, *Plutarcho* teste, incidentium. Id quoque recte anno Cycli *Metonici* CXXXV. vt infra palam faciemus. Non tamen aduertebant, qui *primi* rerum *Troicarum* tempora ad Cycli *Metonici* normam exigebant, quam id feciſſent *absurde*, et praeter *seculi decorum*. Nondum scilicet *nato* ipso *Metone*, nondum *solaris lunarisue anni* modo explorato, nedum *illo*, cuius auctor inuentorque creditus fuisset *Meto*. Sed *coaeuum* Troiae *Cyclum* nullum habebant, qui *lunarum coelestium* rationes proxime repraesentarit.

Hoc autem errore semel admisso, procliuis erat lapsus ad alios similes errores. Cum enim ex *anno* Athenienſium *Metonico* de rebus *Troiae* gestis statuissent, inde praeterea factum, vt *Troiano anno* idem *initium* assignarint, vnde suum annum exorsus esset *Meto*, nempe a *solstitio aestiuo*. Id quoque admodum absurde, cum ne quidem *solstitii* τροπὰς multis post *Troiae* excidium *seculis* exploratas habuerint *Astronomi*, imo ne quidem illud, *fuissentne* vllae in rerum natura τροπαί; cum nec etiam multis a *solstitio reperto* annis anni ciuilis *initium* inde censuerint *Athenienses*. Primum enim *Metonem* auctorem ciuibus suis fuisse [4] probauimus, vt annum ciuilem ab *Hecatombaeone* ordirentur, quem olim a *Gamelione* supputauerant. Et ne quidem *Olympiorum* initia antiquissima ab *Hecatombaeone* procedebant, sed a *Thargelione*, si fragmento *scholiorum* in Μεθομηρικὰ fides habenda sit. Vtcunque tamen absurde, ita certe de *anni* veteris *initio* censuit auctor, cuius fidem secutus est hoc in loco *Dionysius*. A die *Thargelionis* φθίνοντος ὀγδόῃ, (quae ordine erat mensis illius XXIII.) dies numerat ad *finem* illius *anni* in vniuersum XXXVII. quae ad *Scirophorionis* finem pertingunt, pro calculo *Metonis*. Nempe ad *solstitium* dies XVII, inde autem XX ad anni *exitum*. Sic enim habet: [5] περιτ]αὶ δὲ ἦσαν αἱ τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον ἐκπληρῶσαι μετὰ τὴν τροπὴν εἴκοσι ἡμέραι. Sic ergo anni exsulum *Troianorum* cum anno *Attico Metonis* et *Eteo*

§. 2. Inde factum, vt *annum Atticum* ab *Hecatombaeone Attico* exorsus fuerit *Dionysius*. Sed e *Paragemate* alio, quod *Aestatem* contulerit in *Vere Thucydideum*.

4 Diss. I. de *Cycl.* n. 4.

5 L. I. c. 63.

Olympiadum conuenient accuratissime. Sed anni *tempestatis* aliter censuit idem auctor, quam pro *Parapegmate Metonis*. Supremos enim anni *Metonici* menses pro *aestiuis* habuit, quos *Veri* assignauit ipse *Meto*. Diem enim *Thargelionis* praedictum XXIII. 6 τρίβει ἤδη τελευτῶντι. Male hoc in loco pro θέρει reponendum censuit 7 *Petauius*. Sic enim rursus 8 μεσούσης θερείας *Troianos Laurentum* venisse scribit, et *Lauinium* condidisse 9 τὸν δεύτερον ἀπὸ τῆς ἁλώσεως ἐκπληρώσαντες ἐνιαυτόν. Quod scilicet *Thargelion* finis esset *anni* a *capta* Troia *secundi*, quo *mari* iam *aperto*, in *Laurentem* agrum appulerint. Nam alioqui annum *suae Epochae* (qua Cyclo *Metonico* innitebatur, qui *Hecatombaeonem* mensem anni sui *primum* numerabat) *secundum* nondum *expletum* agnouit. Mox enim addit de *Aenea*: 10 τὴν μὲν ἑξῆς ἐνιαυτῷ, τρίτῳ δὲ ἀπὸ τῆς ἐξόδου, Τρώων ἐβασίλευε μόνον. Alius hic annus erat ab eo, quo *secundum* ab ἁλώσει annum *expletum* agnouerat, quique illum ἑξῆς sequebatur, quem *tertium* nihilominus numerat, qua anni tertii initium processit ab initio *Hecatombaeonis*. Medio ergo spatio inter diem *Thargelionis* praedictum fine *Scirophorionis* concludenda erit μεσοῦσα illa θερεία. Quod scilicet, *Templis, caeterisque Lauinii publicis ornamentis* ad *finem* vsque perductis, prima regni mentio occurrat. *Lauinii* certe vrbis ortum ad *tertium* a *Troianae* vrbis excidio annum, pro *Dionysii* mente, referendum esse, non est profecto, cur dubitemus. Haec autem *aestas*, quae ab *Hecatombaeone* censetur, alia tamen ab ea fuisse videtur, quae Cycli *Metonici initio* a *Metone*, Cycli *auctore*, fluxit, qualisque constituta est in *solari* Metonis *Parapegmate*, quod Cyclo eiusdem *lunari* respondebat. *Aestas* enim illa *Metonis* qualis fuerit, docet *Thucydides Metonis* ipsi *coaeuus*, quique a *primo* Cycli Metonici *anno* historiam *sui temporis* inchoauit. Hanc autem, de qua nunc agimus, *aestatem Veris* nomine, non *aestatis*, designat *Thucydides*, qua quidem anni *quadrantem* aestatis nomine insignit. Non me quidem fugit, *aestatis semestris* ambitu hos etiam menses *vernales* apud illum contineri. Sed ne quidem ita recte dixerimus, *aestatis finem Scirophorione* concludi posse, nedum *Thargelione*, quod tamen vidimus his locis agnouisse *Dionysium*. Nam *Scirophorione* expleto, *tres* alii praeterea supererant *menses* ad extum *aestatis Thucydideae*, quorum *primus* fuerit θέρους ἀρχομένου, *secundus* μεσοῦντος, *tertius* τελευτῶντος. Pro hoc ergo exemplo *tertius* vltimusque *Vernae* quoque tempestatis mensis *Veri* proinde τελευτῶντι fuisset assignandus, qui *Scirophorion* erat, non *Thargelion*. Quomodo ergo ad *finem* vernalis suae aestatis *Thargelionem* retulit *Dionysius?* Non alia, vt videtur, de causa, quam quod *vernalem* hanc *quadrantem quadrimestrem* fecerint,

6 Ibid.
7 Doctr. Temp. L. IX. c. 29.
8 Ib.
9 Ib.
10 L. I. c. 64.

fecerint, vt alibi probauimus, *Athenienses*. Sic enim in *aestatis finem* quadrabit dies *Thargelionis* XXIII. Erat enim certe hic annus *excidii Troiani*, pro nostris Cycli *Metonici* tabulis, *intercalaris*. Alterius ergo solaris *Parapegmatis* alteram hanc *aestatem* fuisse necesse est, quam *Metonici*, nisi forte *Parapegma* suum correxerit ipse *Meto*. Nec multo proinde ante annum Cycli *Metonici* CII. (quo loco Cycli *Metonici* suffectus est *Calippicus*) haec obseruauit vetus auctor, e quo haec excerpsit *Dionysius*. Tum scilicet, cum obseruati a Metone *solstitii Cyclorumque Metone* antiquiorum *memoria* penitus intercidisset. Nec enim alioqui haec epochae *antiquissimae* tempora fortassis ad Cycli *nuperi* leges exegisset auctor ille *Dionysii*. Hoc ergo *initium* habendum est anni *Dionysiani Graeci* antiquissimi, et quidem *commune* illud cum annis *Olympiadum*, qui etiam ipsi incipiebant ab *Hecatombaeone*.

Romani autem anni, quem cum hoc *Graeco* contendit *Dionysius*, aliud erat *exordium*. Omnino tamen ab illis obseruandum, quibus consilium erat *Annales* contexere *Romanos*. Et vero *Annalibus* istiusmodi sua pleraque accepta refert noster *Dionysius*. Sed *Romanorum* Annalium nullos fuisse verisimile est, qui a *Solstitio* annum *Ciuilem* ordirentur. Ab anno V. C. *Varroniano* 600 mense *Ianuario* inibant *annui Magistratus* gestorum annuorum *Eponymi*, cum iam eodem esset inter menses *Ianuarius*, quo hodieque, *situ*. Ab *Idibus Martiis* procedebant etiam, cum scriberet *Fabius Pictor*, quem pro *Scriptorum antiquissimo* habet *Liuius*. A *Kalendis Martiis* incipiebant anni *Cyclici* ab eo saltem *tempore*, quo locum *Ianuarii* mutabant *Decemuiri*, si quidem *illud* potius *initium* agnoscere maluerint *Annalium* conditores, qui *antea* vixerint, quam *mos* receptus esset gesta *Annalia Magistratuum* annuorum nominibus insigniendi. Sed ab *Vrbis Conditae Natali* (qui dies erat *Kalendarum Maiarum* XI.) processisse consentaneum est annos *Vrbis Conditae*, ab eo saltem *tempore*, quo in vsum *Ciuilem* Epocha illa recepta est, quae tamen non admodum erat antiqua. *Suo* autem certe *Seculo Natalem* illum solenniter obseruatum testatur ipse 11 *Dionysius*. Et sane cum *coloniae* ab *Albanis* deductae *Romam* tempus pro *Romanae Historiae* Epocha habeat; non aliunde illum *Romanos annos* supputasse verisimile est. Idque sane innuunt tot sequentes illius notae *anni*, non, vt antea, a *Solstitio* deducti, sed a *Vere*. Loca illius huc spectantia saepius occurrunt, quam vt impraesentiarum in medium afferantur.

§. 3. Annus *Romani* aliud erat exordium a *Vere*.

11 *Dionysius* L. I. c. 88.

Caeterum omnis illa, de qua agimus, *Dionysii* Chronologia inde potissimum pendet, vt annus vrbis *Romanae* natalitius recte, pro illius sententia, constituatur. Hinc enim ordiuntur

§. 4. Annus *V. C.* pro *Dionysii Ca-*

roniſque omnes, ſeu antrorſum, ſeu retrorſum, ducti numeri. Dicimus
mente ergo, non alium eſſe illum, quam quem Nos pro *Catoniano* ha-
primus bemus, *Olymp.* VII. 1. *deſinentem.* Idque tot locis, tamque di-
erat Ol. $7\frac{1}{2}$ non ſertis, teſtatur ipſe *Dionyſius*, vt mirum ſit, de eo dubitare po-
$\frac{6}{7}\cdot\frac{4}{\Gamma}$ tuiſſe [12] *Scaligerum et Petauium. Romulum* et *Remum Roma*
vt [13] ἔτους ἐνεστῶτος πρώτου τῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος, ἣν ἐνίκα στάδιον Δαί-
vole- κλῆς Μεσσήνιος, ἄρχοντος Ἀθήνησι Χαροπῦ ἔτους τῆς δεκαετίας πρώτου.
bant Sca- Rurſus per *Catonis* rationes, qua cum *Graecis Eratoſthenis* Chro-
liger et nographiis a ſe comprobatis conferrentur, vrbis *natalem* dicit
Peta- [14] κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος πίπτειν τῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος. Iterum:
uius. [15] πᾶσα ἀνάγκη τὸν πρῶτον ἄρξαντα τῆς πόλεως Ῥωμύλον ἔτει πρώτῳ τῆς
12 *Scal.* ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος παρειληφέναι τὴν βασιλείαν, ἄρχοντος Ἀθήνησι τῆς
L.V.Em. δεκαετίας Χαροπος ἔτους πρώτου. [16] Denique: ἐτειχίσθη μὲν ὖν ἡ πόλη
Temp. .... ἐπὶ τῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος. Totieſne lapſum in primaria
13 L. I. Operis *Epocha* credemus *Dionyſium*, nec tamen a ſeipſo diſſen-
c. 71. ſiſſe? Ex his locis omnibus manifeſtum eſt, *Palilia* Vrbis *Roma-*
14 L. I. *nae* Natalitia illius anni *Iuliani* fuiſſe, qui *Olymp.* VII $\frac{1}{2}$ reſpon-
c. 74. derit. Pro eodem exemplo *reliquorum* Regum *initia* deſignat
15 L. I. illis *Olympiadum* annis, qui *priorem* in annis *Iulianis* locum occu-
c. 75. parint, vt in noſtris Epochae *Catonianae* Tabulis vel intuenti
16 L. II. conſtabit. *Numae* ſucceſſionem *Olymp.* XVI $\frac{3}{4}$ in Epocha *Cato-*
c. 2. *niana* appoſuimus. Et *Olymp.* XVI. 3. apponit *Dionyſius. Tulli Hoſtilii* initium Nos in eadem Epocha *Olymp.* XXVII $\frac{2}{3}$ aſſignauimus.
Et *Olymp.* XXVII. 2. *Dionyſius*, pro initio anni *Romani. Anci*
Marcii exordium Nos ad *Olymp.* XXXV $\frac{2}{3}$ retulimus. Nec ſe-
cius ad *Olymp.* XXXV. 2. ipſe *Dionyſius. Tarquinii Priſci* Nos
annum primum *Olymp.* XLI $\frac{2}{3}$ tribuimus. *Olymp.* XLI. 2. *Dionyſius. Seruii Tullii* introitum *Olymp.* $\frac{50}{51}\cdot\frac{4}{\Gamma}$. Nos locauimus. Eundem *Dionyſius Olymp.* L. 4. Denique *Tarquinii Superbi* Regnum Nos ab *Olymp.* $\frac{61}{62}\cdot\frac{4}{\Gamma}$. inchoauimus. *Dionyſius* ab *Olymp.* LXI. 4. Nec aliter ſe res habet in Chronologia *Conſulum.* Primos *Coss. Olymp.* LXVIII $\frac{1}{2}$ ſtatuit Tabula noſtra *Catoniana. Olymp.* LXVIII. 1. *Dionyſius*, tam L. I. quam etiam, vbi de illis agit ex profeſſo. Sic et in *reliquis* quoque Coſſ. reſpondent anni *Olympiadum primi*, quos *quarto* quoque anno *Dionyſius* cum *Conſulibus* committit. Idem *Dionyſio* ſolenne eſt, cum annum *Vrbis conditae* deſignat, vt non *vno* duntaxat anno diſcrepet ab Epocha *Varroniana*, vt volebat *Petauius.* Id quod ſane manifeſtum erit, ſi ſitus *eorundem* in vtraque Epocha *Coſſ.* expendatur. Is *ſitus* neſcio, an aliunde melius conſtitui poſſit,
17 *Scal.* quam ex illo ipſo loco, vnde contrarium elicuit tam [17] *Scaliger*,
Em. quam [18] *Petauius.* Conſules *A. Virginium Montanum* et *T. Veturium Geminum*, ad annum refert Epochae ſuae *Catonianae*
Temp. L. V.
18 *Pe-*

260. $7\frac{1}{72}\cdot\frac{4}{\Gamma}$. Παραλαμβάνυσι (inquit) τὴν ὑπατικὴν ἀρχὴν ... ἄρχοντος τοῦ Doctr. Temp. L. IX.
Ἀθήνησι Θεμιστοκλέους, ἐξηκοστῷ καὶ διακοσιοστῷ μετὰ τὴν κτίσιν ἔτει, μελλούσης εἰς τὸπιὸν τῆς ἑβδομηκοστῆς καὶ δευτέρας Ὀλυμπιάδος. Dixi iam, annum *Dionyſii Romanum* a *Vere* cenſeri. *Perpetuum* nempe illum *annum*, quem pro *norma* habebat *Romanorum annalium*; non autem *mutatitium* illum, quo *annui* inibant *Magiſtratus*, qui *aliis aliiſque* temporibus *alius* erat atque *alius.* Hic certe *alius* eſſe non potuit, quo Epocha *Vrbis conditae* numeranda erat a *Natalitiis* vrbis *Palilibus*, vt numerauit, hoc in loco, *Dionyſius.* Sic anno *Olympiadis vltimo* hi inierint *Conſules*, vt in noſtris conſtituuntur *tabulis.* Recte ergo ad annum *Graecum* ſequentem, ſed qui illis iisdem *Conſulibus* inchoandus erat, *Olympiadem* LXXII. retulit *Dionyſius.* Sed *praeter* morem ſuum, qui annis *Olympiadum* illis *Conſules* tribuere conſueuerat, non qui coeperint *conſtitutis* in Magiſtratu *Conſulibus*, ſed quibus *decurrentibus* inciderint *Palilia*, et quorum *Vernis* menſibus (qui ad *Olympiadum* annos ſpectabant *deſinentes*) inierint ipſi *Conſules.* Recte ergo, et plane pro more ſuo, *Conſules* ſequentes ad ipſam *Olympiadem ſequentem* LXXII. retulit *Dionyſius*, quod illius *Olympiadis* anno I. ad *exitum* vergente, *Conſules* anni *Catoniani* 261. *inierint.* Male autem *Dionyſium* in hanc ſententiam intelligit *Petauius*, quaſi *Conſulibus* anni *Catoniani* 261. in Magiſtratu *conſtituiis Olympias* LXXII. fuiſſet celebrata. Nuſpiam hoc dicit, nec quod tantundem valet, *Dionyſius.* Imo ne quidem potuit. Sed nec ipſe, ſi quidem animum attentum habuiſſet, *Petauius.* Anno enim Periodi *Iulianae* 4222. concurrit maxima ex parte annus *Catonianus* 260, vt e noſtris conſtat ad oculum *tabulis.* Eodem autem anno *medio Olympias* initur. Proinde neceſſario anno *Catoniano* 260. *Inibant* quidem anni ſequentis *Conſules* Calendis *Septembribus* citius *ſolito*, vt obſeruauit ipſe *Dionyſius.* Proinde hoc *eodem* anno *Iuliano.* Sed ne quidem ita niſi *poſt* peracta *Olympia.* Victos autem hac *Olympiade* ab his *Conſulibus Sabinos* ait *Dionyſius*: quod veriſſimum eſſe potuit, ſi *poſteriori* anni *Conſularis* parte victoriam *Conſules* fuerint conſecuti. Idque ſane veriſimillimum eſt. Hos ergo *Coſſ.* anni *Catoniani* 260. *Olymp.* $7\frac{1}{72}\cdot\frac{4}{\Gamma}$. aſſignandos eſſe, pro mente *Dionyſii*, conſtat ex hoc ipſo *Dionyſii* loco. Iidem *Coſſ.* anni *Varroniani* 260. *Olymp.* LXXI $\frac{2}{3}$ in noſtris occurrunt *Tabulis.* Diſcrimen integri *biennii* contra quam credidit *Petauius.* Inde de *reliquis* annis ſtatuendum, cum in hoc ſaltem anno *Graecos* ambos teneamus, qui *Romano* reſponderint, pro mente *Dionyſii.* Sic et [19] *Liuius* de anno *Romano Varroniano* 546. *Olympiae ludicrum ea Aeſtate futurum* ſcribit. Idem plane illud, quod
19 *Liv.* XXVII.

τὸπιὸν ἔτος appellat *Dionyſius*, cum *Graecus* annus *Aeſtate* inierit. Simile exemplum habet *Dionyſius* in anno *Catoniano* 270. quo *Coss*, erant *L. Aemilius Mamerci* f. et *Caeſo Fabius Caeſonis* f. Παραλαμβάνεσι τὴν ὑπατείαν κατὰ τὸ ἑβδομηκοσὸν καὶ διακοσιοσὸν ἔτος ἀπὸ τῦ συνοικισμῦ τῆς Ῥώμης. *Decimus* hic erat annus ab anno iam memorato. Accurate admodum. Proinde *ſuperioris* anni 269. *Coss.* ἐνιαυτῷ τῆς ἑβδομηκοσῆς καὶ τετάρτης Ὀλυμπιάδος ἐνεσώσης. Alia haec forma eſt ab illa μελλούσης εἰς τὸπιὸν Ὀλυμπιάδος. Sed plane talis, vt in annum ab ea IX. quadret accuratiſſime. *Octaui* enim anni commiſſio eadem cum annis *Olympiadum*, quae fuerat anno Vrbis *Catoniano* 260. Haec autem nota eſt anni proxime *ſequentis*. Forma μελλούσης annum Olympiadis primum *ſecuturum*, ἐνεσώσης *praeſentem* indicat. Ita ſcilicet, vt anno *Olympiadis exeunte* initus fuerit ille *Conſulatus*, quae forma eſt in *Dionyſio* receptiſſima. Caeterum in anno *Catoniano* 300 ſententia *Dionyſii* adhuc manifeſtior eſt. Sic enim ſcribit: Ἐπὶ δὲ τῆς ὀγδοηκοσῆς καὶ δευτέρας Ὀλυμπιάδος, . . . ἐτῶν τριακοσίων ἐκπεπληρωμένων ἀπὸ τῦ Ῥώμης συνοικισμῦ, Ποπλίῳ Ὁρατίῳ καὶ Σέξτῳ Κοϊντιλίῳ δεδεγμένων τὴν ὕπατον ἀρχήν etc. Anni 301. initium eſt, quod 300. *expleto* ſequebatur. Hoc ergo Olympiade LXXXII. fuiſſe docet. I. nimirum illius *Olympiadis* anno, pro more *Dionyſii* receptiſſimo. Sic erit annus ille *Olymp.* LXXXII $\frac{1}{2}$ qui in Epocha *Varroniana* 303. pari et ipſe *biennii* ſpatio ab eo diuerſus. Multa et alia exempla ſimilia in Epocha *Catoniana* [20] alibi obſeruauimus. Maxime autem omnium clarum eſt, quod et *Dionyſio* compertiſſimum erat, anni, quo Opus elaboratiſſimum *edidit* in publicum. Is erat, quo Conſulatum geſſerunt *Claudius Nero II.* et *Calpurnius Piſo*. Hunc ſupputat ille 745. Rectiſſime, pro Epocha, quam ſequebatur, *Catoniana*. Idem tamen 747. numerabatur in Epocha *Varroniana*.

20 Diſſ. X. de *Cycl.* §. 102.

§. 5. Fefellit *Scaligerum* et *Petauium* annus Decemuirorum *tertius*, qui locum habebat in Epocha *Catoniana*, non

Vrgent autem Viri docti in contrarium, quae docet ipſe *Dionyſius*. Ait enim, annum *excifae* a *Gallis* Vrbis a *Regifugio* fuiſſe 121. et proinde *Vrbis Conditae* 365. Haec vera eſſe non aſſerit tantummodo, ſed probat etiam e *Tabulis* ſui temporis *Cenſoriis*. Addit etiam *Dionyſius* tum *Archontem*, ferme omnium conſenſu, *Pyrgionem*, qui Magiſtratum illum geſſit *Olymp.* XCVIII. I. Suffragatur *Dionyſio* in *Archontis* tempore etiam *Diodorus*. In nomine diuerſus, quod, qui *Pyrgio Dionyſio* eſt, eundem *Diodorus* appellet *Pyrrhionem*. Negant haec Viri docti vtraque ſtare poſſe, vt vrbs anno 365. *excifa* fuerit et *Olymp.* XCVIII. I. ſi *Olymp.* VII. I. *Natalitia* habuerit *Palilia*. Alia ergo quaerunt effugia, quibus *Dionyſii* errorem emendent, erroriſque cauſam explorarent. Fruſtra omnia. Vera enim omnia reperientur in noſtris *Tabulis* pro *Dionyſii* mente

mente concinnatis. Conueniunt ibi *Natalitia Palilia Olymp.* VII. I. in σελίδι *Catoniana*, et *Gallorum* ἔφοδος in *Vrbis* annum *Catonianum* 365. et *Olymp.* XCVIII. I. *deſmentem*. Loquitur autem *Dionyſius* non de ἁλώσει, ſed de *Gallorum* ἐφόδῳ. Sed fefellit viros Eruditiſſimos annus *Decemuirorum* tertius, qui locum habebat in Epocha *Catoniana*, vt probauimus, non item in *Varroniana*. A *Dionyſio* certe accenſitum eſſe luculentiſſimis ipſius *Dionyſii* teſtimoniis probatum [21] dedimus. Inde factum oſtendimus, vt his temporibus uno *auctior* fuerit Epocha Vrbis Conditae *Catoniana*, quam *Varroniana*, quaſi vno anno fuiſſet etiam *antiquior*. Inde praeterea factum, vt, qua Epochae *fixae* Olympiadum committenda erat Epocha illa *Catoniana*, vno anno *citius* inceptura *videretur* propter annum illum *inſititium*, quam alioqui oporteret. Proinde ſi ab anno VII. *Olympiadis* I. procedebat per ſeipſam Epocha *Catoniana*, hoc anno addito ab anno praecedenti *Olymp.* VI. 4. inceptura videbatur. Perperam autem inde colligunt Viri Maximi, eandem fuiſſe Epocham hanc *Dionyſii Catonianam* cum *Capitolina*. Hoc vt efficiant, vnum annum e *Regum* rationibus *demendum* cenſuerunt, et annos proinde illis in vniuerſum 243 tantummodo tribuendos. *Solino* quidem duce, ſed *numero* a Solini *mente* vitiato. Sed annos 244 exhibet ipſo illo in loco, quo Epocham *vrbis* [22] e *Commentariis cenſoriis* colligit *Dionyſius*. Et ſummas tradit Regum *particulares* cum ſumma illa *vniuerſali* examuſſim conſentientes. Idem repetit fine Libri IV. et initio V. verbis diſertiſſimis. Quae adeo manifeſta, totieſque repetita, mirum eſt non occurriſſe viris oculatiſſimis. Contra nos *duorum* annorum ab Epocha *Varroniana* diſcrimen a *Dionyſio* obſeruatum ſatis, niſi fallimur, euicimus. Hoc loco *tertius* erat annus ab illis non animaduerſus, *triplici Dictatura* omiſſa, ad perpetuum *biennii* diſcrimen redigendus.

21 Diſſ. X. de Cycl. §. 86.

22 L. I. c. 84.

Age ergo iam videamus, haec vrbis *Natalitia Palilia* quomodo ſint, pro mente *Dionyſii*, cum ſuperiori *Troiae excifae* Epocha nectenda. Illa potiſſimum de cauſa, quod in hoc nexu minus *ſibi*, quam *ſoler*, conſentaneus videatur ipſe *Dionyſius*. Annum hunc eundem eſſe [23] cenſet cum *Charopis* Archontis *Attici* decennalis I. Idque non vno in loco, ne pro *exemplarium* vitio habeatur. Quod tamen verum eſſe non poteſt de Epocha, quam ſequitur *Dionyſius*, *Catoniana*. Archontem enim annuum primum *Creontem* omnes, vt opinor, ad *Olymp.* XXIV. 2. referunt. Quod ſi verum, id quoque verum eſſe conſtabit, *Archontis* decennalis *nullius* annum I. cum *Olymp.* VII. I. concurrere poſſe. Cum rationibus *Varronianis* conſtat accuratiſſime, vt e Tabulis apparet noſtris de *Cyclis*

§. 6. Annus *V. C.* pro mente *Dionyſii* a capta *Troia* numeratur non 432. ſed 433. [23] L. I. c. 71. L. I. c. 75.

Diſſer-

Dissertationibus subiectis. Ibi enim *Charopis* annus 1. *Olymp.* VI. 3. assignatur. Hoc itaque e rationibus *Varronianis* desumtum *Catonianis* suis perperam accommodauit *Dionysius*. Alius illius error est, quod eundem crediderit cum anno ab Excidio
24 L. I. c. 71. *Troiano* 432. Sic ipse: [24] Τῷ δ' ἑξῆς ἔτει τῆς Νομίτωρος ἀρχῆς, δευτέρῳ δὲ καὶ τριακοστοστῷ μετὰ τὴν Ἰλίου ἅλωσιν, ἀποικίαν στέλλαντες Ἀλβανοὶ. Ῥωμύλος καὶ Ῥώμη τὴν ἡγεμονίαν αὐτῆς ἐχόντων, κτίζουσι Ῥώ-
25 L. II. c. 2. μην, ἔτους ἐνεστῶτος πρώτου τῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος. Iterum: [25] Ἔτει χιοστῇ μὲν ὖν ἡ πόλις ὑπὸ τούτων τῶν ἐνιαυτῷ δευτέρῳ καὶ τριακοστῷ καὶ τετρακοσιοστῷ μετὰ Ἰλίου ἅλωσιν, ἐπὶ τῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος. Sic loquitur vtrobique, quasi ipso illo anno 432. *labente* vrbem *Romulus* condidisset. Paulo tamen aliter *Catonis* sui sententiam repraesentat: Ἔτεσιν (inquit) ἀποφαίνει δυσὶ καὶ τριάκοντα καὶ τετρακοσίοις ὑστερῶσαν τῶν Ἰλιακῶν. Tot annis *recentiorem* statuit *Cato* clade *Iliaca* esse *Romam*. Ipso illo *anno*, qui ab *Ilio* capto 432. erat, *conditam* esse *non* statuit. Nec sane statuisse verisimile est. *Annorum numerum* collegisse videtur e *Regum* successione ducta ab *Aenea* vsque ad *Amulium*, cuius annum vltimum repererat a *Troia* fuisse 432. Inde recte collegit *Cato*, *Romam*, quae, *mortuo* tandem *Amulio*, condi coepta est, rebus ad *Troiam* gestis fuisse annis 432. iuniorem. Et quidem numerum illum explent successionum anni, vt illos in Tabulis repraesentauimus. Ita scilicet, vt annus *Amulii* XLII. vltimusque a *Troia* numeretur 432. Hos autem numeros accepit a *Catone Dionysius*, quibus proinde respondere oportet *Graecae Chronographiae* numeros, quos hausit ipse e Canonibus *Eratosthenis*. Sic, inquam, explent, vt annus *Amulii* XLII. (qua Cycli *Metonici* modo illum *Dionysius* arcessit ab *Hecatombaeone*) illum ipsum annum *Iulianum* medium attingat, cui apponitur in nostris *Tabulis*. Quocirca illo anno nulla sunt vrbi condendae commoda *Palilia*: quippe quae *priori* anni *Iuliani parte* continebantur, quae spectabant ad *Amulium*. *Numitoris* certe *annum* fuisse, quo vrbs *condebatur*, aliumque ab vltimo *Amulii*, monet, vbi supra, *Dionysius*. Et sane post *Amulii* vltimum (qui *Scirophorione* exeunte terminabatur) *prima Palilia* sunt, quae *primo* Numitoris *anno exeunte* contigerunt, et ad *proximum* spectabant annum *Iulianum*. Haec e *Catone Latinisque*, quibus vsus est *Cato*, monumentis, ad quae tamen exigenda sunt, quae cum illis committit ex *Eratosthenis* Canonibus ipse *Dionysius* in *Graecorum* suorum gratiam. Firmat autem, quae diximus, *Solinus*, Auctor et ipse, qualis erat *Cato*, *Latinus*, qui tamen postea vixit, quam cum *Latinae* successionis serie *Graecas Eratosthenis* rationes contuliisset *Dionysius*, ne dubitemus, vtrasque illum reperisse
26 *Solin.* sibi inuicem consentientissimas. Sic ergo ille: [26] *Collatis igitur*

nostris et Graecorum temporibus, inuenimus incipiente Olympiade Polyhist. *septima Romam conditam, anno post Ilium captum quadringentesimo trigesimo tertio.* c. 2. *Quippe certamen Olympicum, quod Hercules in honorem ataui materni Pelopis ediderat, intermissum Iphitus filius eius restaurauit, post excidium Troiae anno quadringentesimo octauo. Ergo ab Iphito numeratur Olympias prima. Ita, sex mediis Olympiadibus interiectis, quibus singulis anni quaterni imputantur, cum septima coeptante Roma condita sit, inter exortum Vrbis et Troiam captam iure esse quadringentos annos et triginta tres constat.* Conuenit etiam in numero annorum 433. Auctor commentitius *de Progenie Augusti*, sub nomine *Messalae Coruini*. Ex hoc ipso, vt videtur, *Solini* loco, quem proinde talem in *coaeuis* sibi Codicibus repererit, qualem nos descripsimus. Easdem hasce, quas et *Dionysius* secutus est, *Catonis* fuisse rationes manifestum est. Ad eundem referunt Olympiadis VII. 1. *vrbis Natalem*. Et e *Graecis Romanisque* temporibus inuicem collatis fidem faciunt pariter ac *Dionysianae*. Nec enim *primum* fuisse *Dionysium*, qui *Romanorum* tempora cum *Graecis* contulerit, docuit in praecedentibus ipse *Solinus*. Verba sunt: *Nepoti et Lutatio opinionem Eratosthenis et Apollodori comprobantibus*. Deerant, ni fallor, verba illa: *Olympiadis septimae anno primo Nepoti* etc. Hanc enim *Eratosthenis* sententiam fuisse docet *Dionysius*, et verba *Solini* alia, quae modo recitauimus, de *Graecis Latinisque temporibus* inuicem *collatis*. *Catonis* ergo tempora cum *Graecis Eratosthenis* contulerat ante *Dionysium Nepos*, et postea *Lutatius* cum Chronicis *Apollodori*, qui *Eratosthenem* excoluit, si tamen alius fuerit ille *Lutatius* a Consule *Lutatio Marii* collega, qui etiam scripsit sui temporis *Historias*. Id si verum, *Nepotis* scripta videre potuit *Dionysius*, qui *Eratosthenem* contulerat, non item *Lutatium*, qui *Apollodorum*. Conueniunt huic *Catonianae* Epochae verba *Solini* sequentia, si tamen *sententiam* Auctoris potius, quam *verba*, attendamus. Consulatus ille *C. Pompeii Galli* et *Q. Verannii Nepotis* anni erat *Varroniani* 802. proinde *Catoniani* 800. non 801. vt ibi male legitur. Illo anno *Olymp.* CCVII. celebratam rectissime testantur. Proinde finis *Olympiadis* CCVI. Tollantur pro sex Olympiadibus anni 24. sic 800. (non 801.) annorum *primus* in annum *Olympiadis* VII. 1. conueniet, pro sententia *Solini*. Haec autem obiter, quae tamen eo spectant, vt ad Epocham *Catonianam* hosce *Solini* numeros, sententiamque *Dionysii* pertinere probaremus. Fauet praeterea, vt dixi, *Dionysius*, dum ad 1. *Numitoris* annum *vrbis* exordium refert, qui erat a *Troia* 433. non autem ad vltimum *Amulii*, qui erat reuera tantummodo 432.

Itaque

§. 7. Hinc probatur, ſpatium verum inter *Troiae* excidium et primam *Olympiadem* annorum fuiſſe 408 ſolidorum, ſecundum calculum *Eratoſthenis* et *Apollodori*: non 406, aut 407. vt volunt alii. Item ex *intervallis* in Cyclo *Metonico*, quem obſeruauerat Auctor *Dionyſii*.

Itaque in *Graeca* quoque Chronologia ſpatia illa neceſſaria ſunt, quae efficiant, vt anno ab excidio *Troiae* 433. itemque *Olymp.* VII. 1. *exeuntibus*, prima ſtatuantur nouae vrbis *Palilia*. Annum, cuius ratio hic habetur, iam vidimus fuiſſe *Metonicum*. Et *Cycli Metonici* ſitum talem neceſſarium euicimus, qui efficiat, vt annus ipſe excidii *Troiani* idem Cycli fuerit VIII. Mox etiam exemplum aliud daturi ſumus, vnde conſtabit, Palilia *Varroniana Olymp.* VI. 3. deſinentis in annum Cycli *Metonici* incidiſſe CXXXV. Tales enim *Cyclos* adhibebant *veteres*, qui *Dionyſio* noſtro et *Plutarcho* hac in cauſa praeiuerint. Hunc *ſitum* efficient quinque Cycli *Metonici* integri ante *primum* a *Metone* ipſo inſtitutum προληπτικῶς numerati, quorum ſinguli annorum fuerint CLII. Efficient illi in vniuerſum annos 760. Numerentur ergo anni ad cladem *Troiae* 8. Tum deinde 86 *Olympiadum* anni 344. Confient anni 352. Supererunt anni 408. ad praedictum numerum 760 complendum neceſſarii inter annum, quo *Troia* exciſa eſt, primamque *Olympiadem*. Sic reſpondebunt ambo illa phaenomena admodum accurate, vt e *tabulis* noſtris ita diſpoſitis apparebit. Sic ergo intelligenda erunt verba *Solini*, quibus *Olympia* reſtaurata fuiſſe docet *anno* poſt excidium *Troiae quadringenteſimo octauo*. Non ſcilicet, vt illo ipſo anno *labente* celebrata exiſtimentur, vt verba eius innuunt; ſed potius, vt poſt annum illum *completum*, anno a *Troia* exciſa 409. ineunte *Iphitus* illa reſtaurarit. Hoc poſtulant rationes auctorum, quorum fidem ſequitur hac in cauſa *Dionyſius*, recte intellectae; vt talis eſſet, qualem deſcripſimus, diſpoſitio Cyclorum *Metonicorum*. Totidem etiam annos inter *Troiam* primamque *Olympiadem* numerat bis *Euſebius* Praep. Euangel. X. 9. nec errore vllo, vt e ſummis colligitur *particularibus*, e quibus *vniuerſalis* illa ſumma conflatur. Non me fugit, aliter eundem in *Chronico Euſebium* ſupputare, ex *aliis* nimirum *auctoribus*. Fauet item noſtro calculo auctor *Euſebio* melior *Diodorus*, in locis accuratiſſimis. In *praefatione* ſupputat ab *Ilio* exciſo annos LXXX ad reditum *Heraclidarum*, inde autem ad primam *Olympiadem* annos CCCXXVIII. Rectiſſime. Et quidem ex *Apollodoro*, et regum *Lacedaemoniorum* διαδοχῇ, quae locum habent vel praecipuum in Canonibus *Eratoſthenis*. Vterque auctor eſt, e quo has *Graecorum Romanorumque* temporum commiſſiones teſtatur emanaſſe *Solinus*. Imo illas regum *Lacedaemoniorum* διαδοχὰς normam vel praecipuam fuiſſe Chronographiarum ab *Eratoſthene* et *Apollodoro* elaboratarum docet *Plutarchus* in *Lycurgo*. Sic etiam numeraſſe videtur auctor *Ioannis Tzetzis*, cum a *Troia* ad *Olympiades* annos numerat 418. pro mente *Diodori*. In eo tamen errauit ipſe *Tzetzes*, quod, cum a *Troiani* belli *initio* numerum

merum illum arceſſiuiſſet *Diodorus*, *Tzetzes* ab *exitu* vrbiſque *excidio* ductum exiſtimarit. Huc ergo potius exigendos alios *Diodori* numeros exiſtimo a nobis adductos in notis ad Μεθομηρικὰ, quam vti tum fecimus. Huc item exigendos *Eratoſthenis* numeros apud [27] *Clementem Alexandrinum*. Nam et ibi quoque, pro ſententia *Eratoſthenis*, anni ad reditum *Heraclidarum* a *Troia* ſupputantur 80. Inde ad *Ionicam* coloniam 60. Tum deinceps ad tutelam *Lycurgi* 159. Ἐπὶ δὲ προηγούμενον (inquit) ἔτος τῶν πρώτων Ὀλυμπίων, ἔτη ἑκατὸν ὀκτώ. Sic enim recenſentur ad *annum*, qui *Olympia* prima *praeceſſit*, anni 407. Erit ergo annus ipſe, qui *Olympia* proxime praeceſſit, a *Troia* 408. quo *exeunte*, mox anni a *Troia* 409. *initio* prima celebrata fuerint *Olympia*. Verus ergo hic eſt, quem dedimus, calculus. Saltem pro ſententia *Dionyſii vera*, vtcunque diuerſa videantur eiuſdem *verba* de anno ab excidio *Ilii* 432. quo iacta fuerint vrbis *Romanae* fundamenta.

[27] *Clem. Al. Str.* I.

§. 8. *Roma condita Palilibus anni* I. *Numitoris*, pro ſententia *Dionyſii*. Cur *Veri* Παλίλια accenſuerit idem *Dionyſius*.

Nexus ergo harum duarum formarum hunc ſe habebat in modum. Qua haec ſucceſſio annis *Metonicis* claudenda erat, qui *initium* habebant ab *Hecatombaeone*, *Amulii* annus XLII. idemque regum *Albanorum* vltimus, *Olympiadis* VI annus erat 4. Cum eo terminabatur annus a *Troia* 432. Primus ergo *Olympiadis* VII. annus a *Troia* 433. erat, et *Numitori* tribuendus, quo nos *vrbis* fundamenta poſita oſtendimus, pro mente *Dionyſii*. Nempe *Palilibus*, quae *anno illo* contigerint paene *exeunte*, et *proximo*, qui ſequebatur, anno *Iuliano*. Ita factum, vt anni ἀρχομένου *Graeci*, quos cum Epocha *Romana* contendit *Dionyſius*, cum *Romanis*, quibus conferuntur, partem *minimam* communem habeant. Si quidem a *Ianuario* cenſendus eſſet annus *Romanus*, ita annum *Romanum medium* diuiderent. Qua autem *Romanus* annus a *Vere* cenſetur, ſic vltra *quartum* anni Romani *menſem* non pertingunt. Sic conſequetur, vt *Graecorum* Annalium pars longe *maxima* ad annum potius *praecedentem* referenda ſit, quam ad eum, cum quo conferuntur a *Dionyſio*. Erat enim *Graeci* anni pars illa *ſuperior* rebus *gerendis* longe commodior. Quod merito obſeruabit prudens Lector, quoties *Graecae* hiſtoriae cum *Romanis* conferuntur. Idque a *Dionyſio* perpetuo obſeruatum eſt, vt anni *Olympiadum* annorum *Romanorum initiis* reſpondeant, qua anni *Romani* a *Vere* inire exiſtimantur. Eſtque ſane rebus *Annalium* continuo narrandis, rerumque geſtarum *naturae* accommodatiſſimum *initium* anni a *Vere*, vt *Hyeme* concluderentur res geſtae *annuae*, cum ſeſe in *hiberna* recipere ſolent exercitus. Hunc enim proinde *annum* ſibi delegit *Thucydides* pro *Annalium* ſuorum *norma* potius, quam illum, qui tum quoque deſignari ſolebat per *Magiſtratus annuos*,

annuos, qui fuerit rerum *annuarum* filum abrupturus. Huic tam *diuerso* annorum *exordio* acceptum retulerim, quod *solaris* anni *Parapegma* aliud obseruarit, dum res *Romanas* narrat, *Dionysius*. Pro *Vere* enim deinceps eandem anni *tempestatem* habet, e sententia scriptorum *Romanorum*, quam pro *Aestate* habebat, dum ciuium suorum *Graecorum* fidem sequeretur, imo pro *aestatis fine*, vt in supra dictis obseruauimus. Sic item *Veris* nomen vsurpat, pro *Romanorum* sententia, *Liuius*. Ita ergo hinc intelligendus erit *Dionysius*, non quidem vt annos *Romanos* a *Palilibus* arcessiuerit, sed potius vt a *primi* mensis *Vernalis* initio. Et quidem hoc ipso anno *Iuliano*, quem vrbis *Natalitium* existimauit *Dionysius*, interfectus fuisse, pro eiusdem *Dionysii* sententia, videtur *Amulius*. Captus dicitur *Remus Lupercalibus*, quae mensi *Februario* ipse tribuit. Dies erat *Februarii* xv. vt discimus ex *Ouidio*. Tunc erat in viuis *Amulius*, qui traditum sibi a pastoribus *Remum Numitori* puniendum permisisse dicitur. Non certe anno *Iuliano superiori*. Sic enim annum XLII. suum non expleuisset, nec a *Troia* 432. qui *fratri* potius, quam *sibi*, si hoc fuisset verum, imputandus esset. Ergo hoc ipso anno *Iuliano* periisse necesse est, pro his rationibus, *Amulium*. Sic alius erit ab vltimo *Amulii* primus *Numitoris* annus, quo *Romam* conditam putat *Dionysius*, pro *vtrouis* anni ciuilis *exordio*, seu *Attici* ab *Hecatombaeone*, seu etiam a *Vere Romani*. Hic autem, vbi de rebus agitur *Romanis*, et a scriptoribus *Romanis* res narratae traduntur, de *Romano* potius *exordio* videtur intelligendus. Sic ergo intra *Lupercalia* dicta et *Palilia* caedes contigerit *Amulii*, nec, Regno *Numitoris* admodum affecto, conuersi sunt, illius (vt creditur) consilio, iuuenes ad coloniam nouam deducendam. *Moram* certe non *magnam* exigunt res illo interuallo gerendae. Imo inter *Amulii* caedem *Vrbemque conditam* ne quidem *patiuntur* verba ipsa *Dionysii*. Sic enim habent: Ἐπειδὴ γὰρ, Ἀμυλίου τελευτήσαντος, ἀνενεώσατο τὴν ἀρχὴν ὁ Νομίτωρ, ὀλίγον ἐπισχὼν χρόνον, ἐν ᾧ τὴν πόλιν ἐκ τῆς πρότερον ἐπισχήσης ἀνομίας εἰς τὸν ἀρχαῖον ἐκόσμει τρόπον, εὐθὺς ἐπενόει τοῖς μειρακίοις ἰδίαν ἀρχὴν κατασκευάσαι, ἑτέραν πόλιν οἰκίσας. Nec moram *patiuntur* alia quoque eiusdem nostri auctoris verba, quibus *Palilia* vrbis *Romanae* Natalitia ἔαρι tamen accenset ἀρχομένῳ. Sic puto saltem intelligenda, vt non vltimi fuerint mensis vernalis *Palilia*, qui *Veris* fuerit τελευτῶντος. *Primi* certe mensis *vernalis* esse vix potuit *colonia* post *Amulii* mortem successionemque *Numitoris* deducta, cum nihilominus ad *Veris initium*, quocunque demum modo supputetur, *proxime* accesserit *Amulius* saluus adhuc et superstes. Sed vero animaduertendum, ad *pecudum* sacra spectasse *Palilia*, quibus *agricolae pastoresque* περὶ γονὴς τετραπόδων ritus Eucharisticos peregerint. *Ver* autem *pecudum* sacrum *duorum* tantummodo *mensium* fuisse docet *Liuius*. Menses quidem fateor a [28] *Liuio* designari *Martium* et *Aprilem*. Nec enim alii esse possunt inter *Calendas Martias* et *pridie Calendas Maias*. Sic *posterioris* mensis fuerint *Palilia*, nec *Veri* ἀρχομένῳ aliquatenus imputanda. Ita scilicet in annis *Intercalaribus*. In annis *Communibus* aliter se rem habuisse docet *Cato*, dum hoc proprium facit annorum *Intercalarium*, vt tum *Calendas Maias* non egrederentur. *Si*, inquit, *intercalatum erit*, *K. Maiis agnos* XXX *ne amplius promittat*. Nec sane potuit annus *vrbis conditae* fuisse *Intercalaris*. Vid. Diss. de *Cycl.* x. 39. Nec *Lunares* tum *menses* fuisse verisimile est. Nec menses *Intercalares* ad *Solis* rationes aequandas adeo *antiquos* vllum scio veterum qui agnouerit, et ne quidem sciuit *Macrobius*. Quem autem *locum* in anno *Ciuili* tum tenuerit *Aprilis*, incertum est. *Seriorem* tamen tunc fuisse necesse est, cum *primus* anni *mensis* haberetur *Ianuarius* ille, qui *Martio* nuperiori respondebit. Nescio praeterea, annon de *Munychione Attico* cogitarit, dum illa scriberet, *Dionysius*. Hic erat *Athenienses* mensis *Veris* reuera *primus*, quique etiam *Aprili Iuliano* magna ex *parte* respondebit, tam in Kalendario *Metonis*, quam etiam *Calippi*, vt e nostris *Tabulis* manifestum est. Annis autem *Embolimaeis*, quibus *Ver* erat, vt alibi ostendimus, apud *Athenienses*, *quadrimestre*, primus veris mensis non *Munychion* erat, sed *Elaphebolion*. Et sane *vtriusque* generis testes *Veteres* adduximus, qui *Graecos* menses cum *Romanis* contenderent. Tam scilicet qui *Aprilem Romanum* cum *Attico* commiserint *Munychione*, quam etiam vice versa qui cum *Elaphebolione Attico Aprilem Romanum* parem fecerint. Priores Diss. II. de Cycl. §. 11. *Posteriores* §. 23. Sic in eo errarit *Dionysius*, quod *Ver idem* censuerit in Parapegmate *Attico* atque *Romano*, quod tamen fuerit inuicem *diuersissimum*.

28 *Liu.* XXXIV. 43.

§. 9. *Palilia* vrbis Romanae *Natalitia* in *Munychionis* diem XXX. incidebant anno Cycli *Meronici* CXXXV.

Caeterum de *die* Romanae vrbis *Natali* scribit nonnulla *Plutarchus* a nobis expendenda. Ita habet in vita *Romuli*: Νῦν μὲν οὖν οὐδὲν αἱ Ῥωμαϊκαὶ νεμηνίαι πρὸς τὰς Ἑλληνικὰς ὁμολογούμενον ἔχουσιν· ἐκείνην δὲ τὴν ἡμέραν, ἣ τὴν πόλιν ὁ Ῥωμύλος ἐκτίζεν, ἀτρεκῆ τριακάδα τυχεῖν λέγουσιν. De die loquitur *Paliliorum*, vt e praecedentibus constat. Et quidem de *Palilibus* illis, quae pro vrbis *Romanae* natalibus *Plutarchi* seculo celebrari solebant atque *Dionysii*, nempe XI. Kal. *Maias*, tum tamen certe pro hypothesibus *Iulianis*. Iam enim anni *Lunaris* vsum abrogauerat *Iulius*. *Festorum* autem dies in *Kalendarium* suum receperat eosdem *Iulius* eosdem, quibus *olim* festa celebrari solebant, *nondum* abrogatis Cyclis *lunaribus*, paulo antea, quam *Ciuilis* anni

vt obſeruauit *Plutarchus*. Pro Epocha ſcilicet *Varroniana*.

Kalendarium ad *Solis* rationes exigeret ipſe *Iulius*: qui tamen dum adhuc in vſu eſſent Cycli *lunares*, quotannis mutabantur, atque aliis aliiſque reſpondebant diebus *Iulianis*. Sed vero dies XI Kal. *Maias* in *lunari* Kalendario (quo dies *Aprilis* in vniuerſum XXIX. tantummodo numerabantur) dies erat *Aprilis* non XXI. ſed duntaxat XX. Miratur hic *Plutarchus*, cum ſuo ſeculo raro admodum *Graecis* menſibus *lunaribus Romani* menſes reſponderint, quo caſu ſit factum, vt in τριακάδα incideret dies ille *Aprilis Romani* XX. Quaſi vero exſpectari poſſit, vt cum menſibus *lunaribus* conuenirent, quales erant *Plutarchi* ſeculo, *ſolares*. Tantum aberat, vt, cum *ſolares* eſſent *Romanorum* menſes, hoc fuerit exſpectandum, vt ne quidem tum ſperari *potuerit*, cum *Romanis* pariter ac *Graecis* ciuiles menſes eſſent in vſu *lunares*. Alii enim erant vtriſque atque inuicem diuerſiſſimi menſes *Intercalares*, quique *ſoli* per ſe ſufficerent, ne fere vnquam, praeterquam in Cycli *initio*, concurrerent *Ciuilia* vtrobique ſeu *Plenilunia*, ſeu etiam *Nouilunia*. *Romanis* enim nullos vnquam *Intercalares*, praeterquam *mutilos*, fuiſſe legimus, qui *lunae* rationes, *quot menſibus* aequare non poterant, adeo ipſi a *veris*, quae credebantur, menſium *lunarium* rationibus diuerſi, vt pares *lunas tres* tantummodo *quaterni* efficerent. Accebat praeterea *Romanorum* menſes a *veris* coeli *Nouiluniis* alia quoque illa *Romanorum ſuperſtitio*, qua *menſes*, excepto *Februario*, reliquos omnes dierum fecerint vel XXXI, vel XXIX propter numeri *imparis* religionem. Perperam ergo Auctores ſuos intellexit *Plutarchus*, ſi quidem ita intellexerit, quaſi vllae fuiſſent in *Romanorum* menſium *fine* τριακάδες, ſeu quaſi in menſis *Romani* diem XXX. incurrere potuerint *Palilia*, quae dum recepti eſſent menſes *lunares*, Aprilis *Ciuilis* diei XX. conveniſſe vidimus. Alios autem praeter menſium dies *vltimos* cur, quaeſo, mirum crederet, ſi in Graecorum τριακάδας inciderent? Hoc certe non volebant conſulti a *Varrone* de vrbis die Natalitio *Aſtrologi*. Id autem tantummodo obſeruabant, diem *Romani* menſis non XXX. in *Graeci* menſis τριακάδα nihilominus incidiſſe, non *Romanam* aliquam fuiſſe, vt putauit *Plutarchus*, νεμηνίαν. Imo tantundem valebat apud *Graecos* illos Aſtrologos νεμηνία, quod τριακάς, nec de alio menſe, quam *Graeco*, vtramque vocem intelligebant. Hoc ſcilicet conſilio, vt συζυγίαν tum fuiſſe colligerent. Hoc enim ad *vrbis* conditae *dignitatem* ſpectare credebant Aſtrologi, ſi *Natalem* συζυγίας inſignitam haberet. Maxime vero, ſi συζυγία illa fuiſſet etiam *Ecliptica*. Veram autem συζυγίαν tunc fuiſſe colligebant, quod, conſulto Cycli *Metonici* Kalendario, *Aprilis* diem illum XX. in *Graecam* τριακάδα incidiſſe animadverterent. *Eclipticam* autem συζυγίαν fuiſſe non aliunde

aliunde colligebant, quam quod *Eclipſim* a ſe viſam ab *Antimacho* memoratam legiſſent, vel verba eius in eam ſententiam interpretati fuiſſent, quae illi *verba* ad hanc ipſam *conditae* vrbis *Romanae* συζυγίαν retulerint. *Aprilis* autem *diem* ex illo veteri *lunari* calendario colligebant, quod ſatis notum erat cum a *Varrone* conſulerentur *Aſtronomi*. Quaeramus ergo, idem ille dies *Aprilis* XX. quotus fuerit in calendario *Iuliano* annus vrbis conditae *Varronianus* primus, idem *Cycli* veteris *Romani* retrorſum ſupputati XXI. erat. Ad *finem* anni XX. numerabantur in calculo *lunari* dies 7622. Addantur dies ab initio *Ianuarii* ad *Aprilis* XX. 108. Fient in vniuerſum 7730. In calculo *ſolari* ad finem anni ſuperioris Tabula *Appendicis* ad Praelect. *Camdenianas* IV. dies exhibet 7611. Hi e praedicto numero ſubducti reliquos facient dies 119. qui ad diem *Aprilis* XXVIII. pertingunt in calendario *Iuliano*. Ita certe hoc anno Epochae *Varroniano* primo, quem *Biſſextilem* eſſe conſtat. Et ſane anno Cycli *Metonici* CXXXV. (qui anno illi *Varroniano* in noſtris hiſce, quas iam damus, *Tabulis* reſpondet) in illum eundem diem *Aprilis* Iuliani XXVIII. incidit *Munychionis* Attici τριακὰς ἀτρεκής, pro ſententia *Plutarchi*. *Graecam* enim ab eo intelligi τριακάδα, oſtendunt non ea modo, quae iam diximus, verum etiam oppoſitio illa, quae *Romanae* νεμηνίᾳ contradiſtinguitur in verbis praedictis: Νῦν μὲν οὖν αἱ Ῥωμαϊκαὶ νεμηνίαι πρὸς τὰς Ἑλληνικὰς ὁμολογούμενον ἔχουσι. Hoc certe in loco tantundem valet νεμηνία, quod τριακάς, vt dixi. Quod ſcilicet τριακάδες ἕνωσι haberentur et νέαι, in confinio ſitae *veteris nouaeque lunae*, ad vtramuis proinde referendae. Ita ſe habebat haec ipſa, de qua loquimur, τριακὰς *Munychionis*. *Prior* enim illius diei *Romanae* pars a *media nocte* ad ſequentem *ſolis occaſum* ad diem *vltimum* ſpectabat *Munychionis Attici*: *poſterior* autem, a *ſolis occaſu* ad *noctem* ſequentem *mediam*, ad *Thargelionis Attici* diem I. vt e noſtris *tabulis* apparet. Sic etiam manifeſtum eſt, pro his ſaltem hypotheſibus, *vrbis* fundamenta iacta eſſe *Graeci* menſis τριακάδι, quippe quae partem νυχθημέρου *lucidam* vniuerſam complecteretur, non autem *ſequentis* menſis *Graeci lunaris* νεμηνίᾳ. Sic recte ἔαρι ἀρχομένῳ vrbem *conditam* imputarit auctor *Graecus*, qui diem cum *Graeco calendario* contulerat. Nempe pro exemplo *Thucydidis* accuratiſſime. Illum enim etiam oſtendimus rem geſtam ad *Plataeam* I. Belli *Peloponneſiaci* anno ἦρι τριβυiſſe ἀρχομένῳ, quae tamen ipſa ſimiliter *Munychionis* τριακάδι contigerit. Quod ſcilicet menſis *Vernalis primi* limites non exceſſiſſet. Erat autem hic quoque annus Cycli *Metonici* CXXXV. quo *Romam conditam* pro *Varronis* ſententia ſtatuimus, *communis* pariter ac ille *Cycli* I. de quo egit loco illo *Thucydides*, vt

proinde ad neutrius *Ver* accesserit *Elaphebolion*. Et sane ad *Varronianam* Epocham potius referendae sunt illae *Astronomorum* coniecturae. Consultos enim a *Varrone* legimus de anno *Vrbis* Natalitio *Astronomos*, non item ab alio aliquo alterius cuiusuis Epochae auctore. Imo annum *ipsum* designat *Plutarchus*, quo συζυγία illa contigerit, plane eundem, cui conueniunt *Palilia Varroniana*, *tertium* nempe *Olympiadis* VI. Sic accurate haec omnia conueniunt, vt vix equidem dubitare possim, quin hoc ipsum in animo habuerit, quicunque demum is fuerit, cuius fidem secutus fuerit, hac in causa, *Plutarchus*.

§. 10. Male tamen inde *Eclipsin* fuisse, cum *Vrbs conderetur*, collegere *Veteres*.

Addit *Plutarchus*, post verba modo recitata, καὶ σύνοδον ἐκλειπτικὴν ἐν αὐτῇ γενέσθαι σελήνης πρὸς ἥλιον (ἣν εἰδένου καὶ Ἀντίμαχον οἴονται τὸν Τήιον ἐποποιὸν) ἔτει τρίτῳ τῆς ἕκτης Ὀλυμπιάδος συμπεσεῖσαν. Ita scripsisse auctores *Plutarcho* vetustiores, propter *Plutarchi* ipsius testimonium, existimo. Sic itidem *sensisse* coaeuos et a *Varrone* consultos *Astronomos*, de eo vero mihi non facile persuadeo. *In iugo lunam* tum fuisse e *Tarrutii Varroniani* fide tradit [29] *Cicero* de *diuinatione*. *Eclipticam* fuisse συζυγίαν non dicit. Eodem recte, vt existimo, *Solini* verba retulit *Petauius*, cum, *Sole* tunc in *Tauro* versante, *lunam* scribit in *Libra* fuisse. Hic etiam in *Graecis* illius sententiae auctoribus legerat ἐν ζυγῷ tunc fuisse *lunam*. Male tamen vocem illam interpretatus est de *Libra*, quod *Graeci* signum illud ζυγὸν appellarent. Inde factum, vt *Luna Soli* non *coniungeretur*, sed *opponeretur*; et si qua fuisset *Eclipsis*, vt *Lunae* potius fuerit, quam *Solis*. Sed *Eclipsis nullius* meminit vel ipse *Solinus*, nec aliud ex auctoribus hausisse videtur, quam quod *Cicero* rectius ad *coniunctionem* retulerit *minime Eclipticam*. Nec enim est, cur vtrumuis *taciturum* existimemus, si qua fuissent in hac coniunctione vestigia *Eclipsis*, cum ea magis ad *Romuli* ipsius dignitatem spectarent, *vrbisque Romanae*. Firmat suspicionem nostram *Dionysius*, [30] qui cum opinionis de *Romuli Diuinitate* ex his *Eclipsibus* argumenta peteret, illarum meminerit, quae in illius *conceptione obituque* contigisse dicerentur, non item huius, quae *Vrbis* ab eo *conditae* Natales insignes fecerit, futurique illius incrementi omen fuerit. Hoc ergo iuniorum *ratiociniis* debuisse puto *Plutarchum*, qui exinde *Eclipsin* fuisse collegerint, quod *coniunctionem* saltem tunc *Lunae* cum *Sole* etiam *veteres* agnouerint; et quod *Eclipsis* mentionem in *Antimacho* se reperisse arbitrarentur, quam illi ad *Vrbis Romanae* Natales retulerint, suis freti *ratiociniis*, non verbis *Antimachi*. Ea enim profecto si *diserta* fuissent, cur quaeso *verba* ipsa *Antimachi*, pro more suo, *Plutarchus* in medium non adduxit? Verba εἰδένου οἴονται id innuere videntur, iudice *Plutarcho*, *Eclipsin* illam non innotuisse *Antimacho*,

29 De Diuin. L. II.

30 Dionys. L. II. c. 56.

Antimacho, sed in ea ipsos fuisse *sententia*, quasi *innotuisset*. Quid sibi autem vult vox illa εἰδένου? Num ab ipso *Antimacho* oculis vsurpatam fuisse, quae sub *Romulo* fuisse fertur, *Eclipsin?* Sed *serior* erat certe *Antimachus poëta*, quam vt *Eclipsis* Vrbi *conditae* coaeuae testis ideneus esse potuerit. Antiquior quidem *Platone*, (*Comicum* intelligo *Platonem*) iunior tamen *Pannaside* et *Stesimbroto*, quippe qui fuerit eorum *discipulus*, vt nos docet *Suidas*. Si *Thasius* ille fuerit *Stesimbrotus*, qui *Cimoni* coaeuus erat, vel inde discimus, quam *Romulo* par esse non potuerit *Stesimbroto* iunior *Antimachus*. Estque sane *aetas* illa idonea, vt cum *poëta Platone* conferretur. Sic tamen vice versa *antiquior* fuisset *Antimachus*, quam vt *Eclipsis* naturam a *tenebris* alia aliqua de causa oriundis accurate internosceret. *Stesichorum* certe et *Pindarum* latuisse obseruauit [31] *Plinius*. Multo magis et *Antimachum*, si par *Romulo* fuisse concederetur. Si quid ergo de *Eclipsi* illa resciuerit *Antimachus*, id e *monumentis* illum hausisse oportebat *Romulo* coaeuis. Proferantur ergo *tabulae*. Sed nullas reperient, quae vel iam *sint*, vel quae etiam olim *fuerint*, e quibus haec discere potuerit *Antimachus*. Nullas prorsus *Vrbi conditae* coaeuas *Astronomorum* Obseruationes ante initium *Nabonassari*. Nullas certe, quarum *menses diesque* certi designari possent, cum ne quidem *anni* formam exploratam haberent posteri, qui, *Romulo* regnante, obtinuerit, *solaris* fuerit, an *lunaris*; mensium *denorum*, an *duodenorum*: cum ne quidem *Parapegmata* his temporibus vlla essent, vnde procederent *supputationes* in posterum ducendae, vt nos docet [32] *Diodorus*. Ea nulla tum fuisse probant, quae modo diximus. Nec enim, si fuissent, necesse non esset, vt per Cyclum *Varronis* tempore receptum de *Palilibus Romuli* iudicarent, quem tamen *Cyclum* multo *recentiorem Romulo* ipsi etiam agnouerunt. Non esset necesse, vt Cyclum adhiberent *Metonicum*, aut formam anni mensiumque *Nabonassaream* consulti a *Varrone astronomi*. Imo *Romulo* recentiorem *Eclipsium* doctrinam, apud ipsos etiam fuisse *Graecos* nostra probat *Astronomiae* historia, a quibus tamen multo adhuc serius emanauit ad *Romanos*. Nec sane conuenit *Palilibus* a nobis assignatis *April.* XXVIII. *Eclipsis* illa, cuius meminerit *Mullerus Maii* XXVI. Nec proinde soliciti esse debemus, cum nihil occurrat in *Historia* certum, quo *Syzygia* illa probetur *Ecliptica*. *Ratiocinio* hoc fallacissimo debebatur de *Eclipsi*, cuius meminerit *Antimachus*, non calculis *astronomicis* accuratis. Ne quidem constat, vllusne fuerit *calculorum* vsus, vel minus accurate positorum. Nam *Grammaticos* illa sapiunt magis, quam *Astronomos*. Sed facile condonari potuit hic error iunioribus *Grammaticis* a *longinquo* admodum in-

31 *Plin.* N. H. II. 12.

teruallo *ratiocinantibus*. Non tamen adeo facilis error, seu *Varroni*, seu *Tarrutio*, in Cycli veteris lunaris *Romani Graecique* rationibus inuicem conferendis. Vixit enim vterque, cum annorum *ciuilium* Cycli vtrobique obtinerent, tam apud *Graecos*, quam *Romanos*, non alii vtique, quam *lunares*. Hinc itaque aliud lucrati sumus exemplum Cycli *Metonici* retrorsum supputati, quo tabulae nostrae egregie comprobantur Cycli vtriusque, tam scilicet *Metonici veteris*, quam *lunaris* etiam *Romani*. Sunt ergo haec *Palilia*, quae dixi, saltem pro mente *Varronis*.

§. 11. Alium a *Palilibus* vrbis *Natalem* ex arte *Astrologica* collegit *Tarrutius*, Oct. Iul. IV. *Pharmuthi* IX. sole in *libra* versante.

Turbant tamen iterum alia de *Romulo* eiusdem *Plutarchi* verba, quibus ait, κτισθῆναι τὴν Ῥώμην ὑπ' αὐτοῦ τῇ ἐννάτῃ φθίνοντος μηνὸς ἰσταμένου. Nullo modo conueniunt haec cum rationibus modo datis, quas *Varronianas* esse probauimus. Sic *Thoth mobilis* rationem habeamus, sic anno Per. *Iulian.* 3961. (qui Epochae *Varronianae* primus erat) dies *Pharmuthi* IX. idem fuerit *Octobris* Iuliani IV. toto coelo a *Palilibus* tum *receptis* diuersus pariter, ac *Varronianis*. Hanc tamen sententiam *Tarrutio Firmano* tribuit *Plutarchus*, quem auctorem *Varroni* fuisse constat nouae de *Vrbis conditae* Epocha sententiae. Quod porro *Palilia* in *Graecam* τριακάδα illo anno inciderint, cui, quaeso, potius obseruatum arbitrabimur, quam *Tarrutio* Mathematico, artis *Genethliacae* perito? Nec enim ad *Historiam* Vrbis spectabat illa Obseruatio, sed ad *auguria* ex illius *Natalibus* capienda pro *Astrologiae* illius praeceptis, quam appellant *Iudiciariam*. Sed vero ea si fuerit a *Tarrutio*, haec certe ab *eodem* esse *non* potuit. Saltem eidem conuenire non potuit anno *Iuliano*. Posterior enim pars anni Per. *Iulianae* 3961. ad *Olympiadis* spectabat VI. annum 4. *Metonicae* autem Periodi 136. quo dies *Octobris* IV. in *Maemacterionis Attici* diem incidit XII. vel, propter *exemtilem* IX. in diem eiusdem XIII. neutro modo in συζυγίαν, seu τριακάδα. *Superiori* autem anno Per. *Iul.* 3960. Per. *Metonic.* 135. inchoato in *Boedromionis Attici* τριακάδα conuenit satis accurate, pro diei *Attici* parte *priori*, pro *posteriori* autem in *Maemacterionis Attici* diem I. Tempus hoc *Eclipsi* satis commodum, si et *nodus* respondisset, pro veterum *Astronomorum* doctrina. Sic enim scribit [33] Plinius: *Solis defectum non nisi nouissima primaue fieri Luna, quod vocant coitum.* Paulo aliter [34] *Geminus*: μὴ γενέσθαι ἐν ἄλλῃ ἡμέρᾳ τὰς ἐκλείψεις, ἀλλ' ἐν τῇ τριακοστῇ μόνον. Vterque pro *Astronomorum Atheniensium* sententia, et de *Kalendario Attico* intelligendus est, nec alio illo, quam *Metonico*, proinde quod proxime ad veras *Solis Lunaeque* rationes, pro illorum *Astronomorum* sententia, censuit accedere *Diodorus*. Facile autem conciliari poterit cum *Plinio Geminus*, τριακάδα enim

[33] Plin. N. H. L. II. c. 13.
[34] *Gem.* Elem. Astr. c. 8.

ἔνην et νέαν propterea videtur appellasse *Solon*, quod in mensibus *plenis* Lunae *veteri* accensebatur, in *cauis nouae*. Inde factum, vt τριακάδα et νουμηνίαν hoc ipso in loco pro eodem habuerit *Plutarchus*, quod saepe illas coincidere obseruasset. Poterant ergo illi diem *Pharmuthi* IX. pro Vrbis *Natalitio* habere, qui id vnum in animo habebant, *Graecam* fuisse, cum *Vrbs* conderetur, τριακάδα; non item *Palilia* fuisse, in quae τριακὰς inciderit. Id autem oblitum *Tarrutium Varronianum* mihi facile non persuadeo. Illum potius obseruasse crediderim, quod nostrae *tabulae* pro *Cyclo*, tum *recepto*, verum fuisse docent, in *Graecam* τριακάδα *Romana* illius anni incidisse *Palilia*. Nisi fortassis eo illum artis suae *fiducia* impulerit, vt sententiam apud suos ciues de *Palilibus* vrbis *natalitiis* receptissimam *arti* suae aduersantem ex arte sua *corrigendam* existimarit. Fieri quidem ita potuit, sic tamen, vt hoc *Varroni* suo non persuaserit, cum *Natalitiis* suis *Palilibus* non defuerit τριακὰς, quae etiam *ipsa* in futurae *felicitatis* omen verti possit. Non temere sane ita credidisse *Tarrutium* forte existimabimus, quod nimiam eius *fiduciam Plutarchus* ipse perstrinxerit: εὖ μάλα τεθαῤῥηκότως, inquit, καὶ ἀνδρείως ἀπεφήνατο. Sic *mensibus* aliquot *Romam*, quam fecerit *Varro*, *antiquiorem* crediderit *Tarrutius*, in eodem quidem anno *Attico Olympiadis* VI. 3. *superiori* tamen anno *Iuliano* Per. *Iulianae* 3960. Fauet certe, vt res ita fuisse potuerit, illa ipsa, quae in diem *Pharmuthi* IX. inciderit, opportuna τριακάς. Fauet *Manilius*, qui sub *Libra* conditam *Romam* asserit, fretus *Tarrutii Astrologi*, et ex *artis* suae *Astrologicae* rationibus arcessito, iudicio. Nisi forte ad *nouam Romam* ab *Augusto* restauratam, a quo ipse *alter Romulus* appellatus est, ea retulerit *Manilius*. *Augustum* enim sub *Libra* natum alibi [35] ostendimus. Fauet denique, quod *Lunam* in *Libra*, cum *Roma* conderetur, crediderit fuisse *Solinus*. Quod enim tunc *Solem* in *Tauro*, qui *Aprili* respondet, fuisse scribit, errasse eum ostendit in *permiscendis* vtriusque, tam *Varronis*, quam *Tarrutii*, rationibus. Nemo enim est, quod quidem sciam, qui *Lunam Soli* tunc *oppositam* crediderit, aut *Eclipsin Lunae*, quae sine *oppositione* esse potuerit. Propius quidem ad *Palilia Romana* accedet dies *Pharmuthi* IX. si a *Thoth fixo* calculus ducatur, quod proinde placuit Magno *Scaligero*. Sed ne quidem ita conueniet accurate. *Aprilis* enim *Iuliani* diei conueniet tantummodo III. hoc anno *Bissextili* Per. *Iul.* 3961. Sed *Thoth fixum* ne quidem attigit *Varro*. Nedum tum attigit, cum de *Romanae* Vrbis *Natalibus Tarrutium* consuleret. Meminit enim huius *Tarrutii* sententiae *Cicero*, de *Lunae iugo*, cum *Roma* conderetur, multis ante Epocham *Thoth fixi* annis.

[35] Dis. X. de Cycl. §. 4.

§. 12. *Conceptio Romuli Iun.* XXIV. quo *Eclipsin* statuebat *Tarrutius.*

Iam videamus de reliquis *Tarrutii* Epochis. Sic ergo de illis *Plutarchus*: ἀπεφήνατο τὴν μὲν ἐν τῇ μητρὶ τῶ Ῥωμύλω γεγονέναι σύλληψιν ἔτει πρώτῳ τῆς δευτέρας Ὀλυμπιάδος, ἐν μηνὶ κατ' Αἰγυπτίους Χοιὰκ, τρίτῃ καὶ εἰκάδι, τρίτης ὥρας, καθ' ἣν ὁ ἥλιος ἐξέλιπε παντελῶς τὴν δ' ἐμφανῆ γένεσιν ἐν μηνὶ Θὼθ, ἡμέρᾳ πρώτῃ μετ' εἰκάδα περὶ ἡλίου ἀνατολάς. *Conceptio Romuli* (vt cum anno II. *Olympiadis primi* committi possit) vel anno Periodi *Iul.* 3942. contigerit oportet, vel 3943. Tentemus ergo, ad vtrum commodius referri possit.

Omnino pro rationibus *Varronianis.*

Anno Per. *Iul.* 3942. *Thoth Martii Iuliani* die coepit IV. *Choiac Aegyptiaci* dies 113. erat. Demantur ergo *Martio* Iuliano dies tres. Reliqui erunt *Martii* dies 28. His additi dies *Aprilis* 30. *Maii* 31 et *Iunii* 24. numerum praedictum conficient accuratissime. Hoc autem ipso die *Iunii* Iuliani XXIV. *Eclipsin* fuisse *Solis* obseruauit Astronomus *Mullerus.* Conuenitque cum *Plutarcho* hac etiam de *Eclipsi* [36] *Dionysius*, qui tamen *Eclipsin* in *Palilibus* vrbis *natalitiis* nullam memorat. Proinde verisimile est non e *Kalendario*, sed e *calculo*, hanc συζυγίαν *Eclipticam* ab ipso factam esse *Tarrutio.* Τριακάδα nullam obseruauit hoc in loco *Tarrutius*, quod tamen fecit in *Palilibus Varronianis.* Inde innuitur, *veram* hanc *Eclipsin Solis*, quae νεμηνίας erat κατὰ σελήνην, non tamen τριακάδος, aut νεμηνίας fuisse *ciuilis*, pro Kalendario ciuili *Metonico.* Sic enim Cycli *Metonici* initio νεμηνίαν κατὰ σελήνην a *ciuili* νεμηνία distinxit ipse *Thucydides*, vt alibi ostendimus. Recte se habent *tabulae* nostrae Cycli *Metonici*, quae diem *Atticum*, qui diei *Thoth* XXIII. respondet, non conferunt in mensis *Attici* τριακάδα, vt nec coaeua *Tarrutio* Kalendaria. Nec tamen longe a τριακάδι remouent, cum diem *Iunii* Iuliani XXIV. *Scirophorionis Attici* diei *penultimo* tribuunt, vel, ad summum, antepenultimo, vt saepe contigisse obseruauimus in mensibus *Metonici* Cycli *lunaribus.* Nec sane quicquam obstare video, quo minus *verissima* fuerit, pro *Tarrutii* mente, haec nostra supputatio, nisi quod IV. primae *Olympiadis* anno sic conueniet dies *Iunii* Iuliani XXIV. non autem *secundae* Olympiadis anno *primo*, vt volebat, pro *Tarrutii* sententia, *Plutarchus.* Meliusne ergo se habebit, si ad annum *Iulianum sequentem* Per. *Iul.* 3943. retulerimus? Non sane. Vnici diei discrimen erit, vt tam *Iunii* Iuliani diei tantummodo XXIII. conueniat dies *Choiac* Aegyptiaci XXIII. Erit ille dies *Scirophorionis Attici* IX. longiusque distabit, quam antea, a quocunque *Nouilunio*, seu *ciuili*, seu *coelesti.* Multoque adhuc magis a Nouilunio *ecliptico.* Propius ergo ad rationes *Tarrutii* accedit annus ille Iulianus *prior.* Nec incommode dicemus, *Nouilunium* illud *ecliptico*, pro consilio *Metonis*, ad *sequentem* spectare *Hecatombaeonem*, licet, qua *paribus diebus* erant internoscendi *menses*, *Scirophorioni*

rioni praecedenti fuerit accensitum. Hoc enim ostendit nomen ipsum, seu *Latinum Nouilunii*, seu *Graecum* Νεμηνίας, *Lunae* fuisse potius, quam inchoabat, *nouae*, quam *veteris*, quam sequebatur iam penitus terminatam. Recte ergo illud pro *primo* sequentis anni lunaris *Nouilunio* habebant Astronomi, qualis hic erat *Tarrutius*, qui calculis vti solent accuratissimis. Sic annus ille erit *Olymp. 2. primus*, qua quidem *anni Olympiadum* per *Lunas Atticas* inuicem distinguendi erant. Fieri denique potest, vt in hac *Proleptica* Cycli *Metonici* supputatione, *dies*, qui, pro *Calippi* calculo, demendi erant, *Astronomi* detraxerint. Sic fieret, vt non longe discesserint a ciuili *Hecatombaeonis* Nouilunio, quod non tamen fuerit *ecliptícum.* Vocem παντελῶς, si quidem acceperit a *Tarrutio Plutarchus*, ita intelligendam arbitror, non quasi *lucis vniuersae* Sol iacturam fecerit, (quod falsissimum fuisse docent tabulae *astronomicae*) sed quod nihil deesset necessarium ad integram *eclipsis* naturam absolvendam. Opposuit nimirum τριακάδι, cum *Roma* conderetur, *minime Eclipticae.* Deerat enim *nodus* plane necessarius, vt, in sua quoque vera τριακάδι, *Luna Solis* lucem a nobis interciperet, quem tamen hic praeterea *adfuisse* significauit illa voce *Tarrutius.* Hinc autem illud obseruandum, vt menti *Tarrutii* respondeamus, non aliam sufficere τριακάδα, quam quae fuisset etiam reuera *Ecliptica.*

§. 13. *Natalis Romuli Mart.* XXIV. pro sententia *Tarrutii.* Ipso nempe *Aequinoctio Chaldaeorum.*

Pergo iam, vt ostendam, quam, quae dixi, cum sequentibus, quae inde pendent, accurate conueniant. Ait *Plutarchus*, pro dictis *Tarrutii* rationibus, in lucem editum fuisse *Thoth* Aegyptiaci *sequentis* die XXI. Interuallum est forma Epochae *Nabonassareae* dierum 273. Simile interuallum est inter *Iunii* XXIV. anni praedicti et *Martii* sequentis diem similiter XXIV. anni Per. *Iul.* 3943. quo proinde *natum Romulum* statuerit *Tarrutius.* Vtrobique *nouem mensium* spatium est in puerperiis receptissimum. Nescio, ecquid *ominis* inde captarit *Tarrutius*, quod die ipso *solstitii* apud ciues suos *Romanos* recepti *conceptus* fuerit Ciuitatis *Conditor.* Id si fecerit, consentaneum erat, vt *Natiuitatem Romuli* contulerit in *Aequinoctium.* Nihil enim horum ex Historicis monumentis hausit *Tarrutius*, sed e calculis duntaxat *astronomicis.* Cur itaque non *vno* saltem *die* calculum suorum auctiorem fecit, vt in *Romanum* incurreret *Aequinoctium*, *Martii* Iuliani diem XXV? Non equidem absurde forte suspicabimur causam fuisse, quod in ipsum illum diem *Martii* XXIV. contulerint *Astronomi*, vt ita puncta *Cardinalia* omnia non quidem in *Kalendarum dies octauos*, sed in *mensium dies* inciderent XXIV. vt mos erat apud ipsos etiam *Romanos* in *Solstitio aestiuo* et *Aequinoctio autumnali.* *Chaldaei*

certe *Parapegmatis* vsum etiam apud *Romanos* fuisse docet *Plinius*. Maxime vero, cum nondum suum constituisset *Iulius*. Nec sane verisimile est, formam anni a *Caesare* nouatam, cum consuleret *Varro Tarrutium*. *Brumam* certe *Chaldaeos* ad *Decembris* diem XXIV. retulisse testatur Columella: *Nono* (inquit) [37] *Calen. Ianuarias Brumale solstitium, sicut Chaldaei obseruant.* Nec aliter se rem in hoc etiam cardine habuisse idem innuit his verbis: IX. et VIII. *Calend. April. Aequinoctium vernum tempestatem significat.* Duplex legimus hoc in loco *Aequinoctium* pariter ac *duplicem* in *Decembri Brumam*. Quidni igitur hic quoque alterum fuerit a *Chaldaeis*? Id si verum, iam vel inde intelligemus, quam fuerit illo ipso nomine gratum *Astrologo Tarrutio* in *Chaldaeorum* arte versatissimo. Nescio item, annon, qui adeo accurate τριακάδας obseruarit et *Eclipses*, hoc certe huius anni die *neutram* fuisse *innuat*, quod *neutram* fuisse *asserat*. Id quoque *verum* fuisse docent nostrae Cycli *Metonici* tabulae. Anno enim *Cycli* illius CXVII. in diem *Elaphebolionis* Attici VI. incidit dies *Martii* Iuliani XXIV. ab vtraque satis alienum.

37 Colum. L. XI. c. 2.

§. 14. Annum egit *Romulus*, cum Vrbem *conderet*, XVIII. pro hypothesibus *Varronianis*. Quod tamen male suis rationibus *Catonianis* aptavit *Dionysius*.

Conuenit porro *aetas*, cum *Vrbs* conderetur, *Romuli*, sed pro hypothesibus duntaxat *Varronianis*. Tum illum *octodecim annorum* fuisse agnoscunt *Dionysius* et *Eutropius*, et qui vtrumvis recte exscripserunt. *Supponit* etiam *Plutarchus*, vt mox videbimus. Male annum *secundum et vigesimum* tribuit auctor futilis de *progenie Augusti* sub nomine *Messalae*, qui sic fortasse, quod non recte cepit, interpretatus fuerit annum *duodevicesimum*. Annus ille XVIII. anno Period. *Iulianae* 3961. absoluitur, *Martii* die similiter XXIV. Plane pro rationibus non aliis, quam *Varronianis*. Tamen ante *Palilia*, quae nos iam ad diem *Aprilis* XXVIII. retulimus. A *Palilibus* procedunt anni *Regni*. Sic XVIII. annum *superauit*, cum *inciperet* regnare. *Dionysius*: [38] Νέος γὰρ δὴ παντάπασιν ἔτυχε τῆς ἡγεμονίας, ὀκτωκαιδεκαέτης, ὡς ἅπαντες ὁμολογοῦσιν οἱ τὰς περὶ αὐτῦ συγγράψαντες ἱστορίας. Erat ergo, hac in re, qui rarus apud veteres est, Scriptorum *consensus Dionysius*. Nec tamen aliunde, ni fallor, oriundus, quam ex his de *natali Romuli* cum *Olymp.* II. 1. nectendo *ratiociniis*. Sed cum *ratiocinia* ab *Historiis* non satis caute internoscerent, inde factum, vt *ratiocinia* ex *hypothesibus Varronianis* perperam ad *alienas* a *Varronis* mente hypotheses veteres accommodauerint. Quasi nimirum in *Palilibus* etiam *Capitolinis*, *Catonianis*, *Polybianis*, et *Fabianis* etiam, *Romulus* annum egerit duntaxat XVIII.

38 L. II.

39 L. I. c. 79.

Ita certe de Epocha *Catoniana* sensit [39] *Dionysius*. Cum primum *Romulus* et *Remus* rebus nouandis animos adiungerent, tum quoque ἀμφὶ τὰ ὀκτωκαίδεκα ἔτη illos fuisse dicit. Annum ergo illum *impleuerint*, cum Vrbem *conderent*. Conuenit calculus

lus *Dionysii* in fine *Romuli*. Annos *Regni* agnoscit XXXVII, *vitae* autem LV. additis illis XVIII. quos exegerit antea, quam regnarit. Longe ille, quam *Plutarchus*, accuratior, qui *regni* annos numerat XXXVIII. vitae LIV. Quasi scilicet, cum ad *Regnum* accederet, *annum* egisset tantummodo XVI. Sed *Librarii* errorem in illo loco euincit locus eiusdem *Plutarchi* alius in *Numa*, vbi annos *Romuli* numerat duntaxat XXXVII. Sic annum egerit *Romulus* XVII. cum Romam *conderet*: vt primus *Regni* cum *vitae* anno *concurrerit* XVIII. Qui calculi error admodum procliuis. Et vel e nostri *Dionysii* modo recitato loco constat, *auctorem* nullum illius numeri fuisse *Plutarcho*. *Calculi* ergo error est, nec ipsi *Plutarcho*, sed *Librario* potius imputandus.

§. 15. *Romuli mors* nullius *lunaris* τριακάδος. Annus illius XXXVII. *coeptus* tantummodo. *Interregnum* plus- quam *annuum*.

Caeterum in *morte Romuli* aliam fuisse volunt Veteres *Eclipsin*. Et quidem *maiore* hic, quam in aliis, *concordia*. Sic enim *Dionysius*, *Ouidius*, *Seneca*, *Cicero* apud *Macrobium*. Non item *Plutarchus*, qui *Tarrutii* obseruationes nobis conseruauit diebus *Aegyptiacis* in Epocha *Nabonassarea* designatas. Inde suspicio est, nec a *Tarrutio* traditam hanc fuisse *Eclipsin*, et ne quidem fortassis ab *Astronomo* aliquo, qui calculo vsus fuerit accurato in Epocha *Astronomorum Nabonassarea*. Fieri ergo potest, vt hanc *Eclipsin*, vt et aliam illam, quae in *Palilibus* fuisse dicitur, exinde collegerint, quod *dies*, quo *excessisse* volunt *Romulum*, in Graeco Cycli *Metonici* Kalendario in τριακάδα inciderit. Videamus ergo. *Romulo* annos XXXVII. omnes assignant. *Plutarchi* enim numerum vitiatum ostendimus, et *octonarium* ab *aetate* ante regnum ad annos *Regni* praeter mentem auctoris traductum. Incipiet ergo annus eius XXXVII. anno Per. *Iul.* 3997. desinet autem sequenti 3998. Quaerendum ergo, cui potius assignandus sit, pro mente *Dionysii*. Pares enim anni esse non poterant, qui coeperint quidem *Palilibus*, *Aprilis* nempe *veteris* die XX. desierint autem *Nonis*, quibus dicitur periisse *Romulus*, *Caprotinus*, mensis nimirum *Quinctilis*, qui a *Iulio* Caesare postea *Iulii* nomen accepit. *Nonae* illae *septimanae* erant, et proinde diei *mensis* VII. conueniebant. Anno ergo Period. *Iulianae* 3997. quo *coepit* annus *Varronianus* 37. concurrit annus *Cycli Romani*, pro *tabulis* nostris, IX. similiter *coeptus*. In eo *Quinctilis veteris* dies VII. idem erat cum *Iulii Iuliani* d. $\frac{13}{14}$, qui dies erat in Kalendario *Attico Scirophorionis* antepenultimus anno Cycli *Metonici* XIX. *biduo* ante τριακάδα. Ita pro Cyclo *Romano lunari* recentissimo, quem adhibuit, vt vidimus, in ratiociniis hisce *Tarrutius*. Longius adhuc distabit, si pro Kalendario *Romuleo* supputatio instituatur, quo locum *Martii* tenuit *Ianuarius*. Sic enim *Quinctil. vet.* VII. cum *Augusti Iuliani* diebus $\frac{11}{12}$ concurret, iam integro ante τριακάδα

τριακάδα *triduo*. Nec melius ſuccedet calculus anno ſequenti Per. *Iul.* 3998. Tum enim quoque *Quinctilis vet.* dies VII. cum diebus concurret *Iulii Iuliani* $\frac{2}{3}$ anno Cycli *Romani* X. *triduo* ante τριακάδα *Scirophorionis*, in Kalendario *Romano lunari* recentiſſimo. In Kalendario autem *Romuleo* cum *Aug.* $\frac{1}{2}$, ſic quoque *biduo* ante *Hecatombaeonis Attici* τριακάδα in anno Cycli *Metonici* XXI. Nullius ergo erant *Atticae* τριακάδος *Nonae* illae *Caprotinae*. Niſi forte dicamus, hic quoque *demtos duos*, qui in Cyclo *Metonico* redundabant, pro rationibus Cycli duplicis *Calippici*, *dies*, et *vnicum* praeterea in Cyclo *Hipparchi* annum 304. Hoc tamen ſpatio ante *primum* Cyclum *Metonicum*, *Calippici* fuiſſent *quatuor*, quibus additus *Hipparchi* dies *quinque* feciſſet. Sed tam immanem errorem in Cyclo *Metonico* non ſentiebant *Veteres*. Proinde, ſi quam habuerint *nonae* illae comitem *Eclipſin*, calculo accuratiori cenſitae fuerint oportet, quam fuerit ille *Attici Kalendarii*. Itaque profecto *Aſtronomico*. Sed vero annum *aetatis* LIV. hoc ipſo anno Per. *Iulian.* 3997. *Mart.* XXIV. abſoluerit *Romulus* pro rationibus *Varronianis*. Ita ad annum *vitae* LV. ſpectarint anni huius *Palilia*, multoque magis *Nonae*, quibus periit, *Quinctiles*, ſiue *Caprotinae*. Sic ergo poterit cum *Dionyſio* conciliari, in annis, quibus *vixerit Romulus*, *Plutarchus*. Abſoluerit enim *Romulus* annum *vitae* LIV. *Martii* XXIV. ſecundum *Plutarchum*. Exceſſerit autem *Nonis Quinctilibus vitae* anno LV. labente ſecundum *Dionyſium*. Si autem anno *Iuliano ſequenti* 3998. *Nonis Quinctilibus Romulus* e *vita* exceſſiſſet; ſic *vitae* annum attigiſſet LVI. *Regni* XXXVIII; quorum neutrum, *Plutarcho* excepto, (quem vitioſa lectione deprauatum oſtendimus) nemo eſt, quod quidem ſciam, *Veterum*, qui vnquam aſſeruerit. Sic pluſquam *annuum* fuerit reuera *Interregnum*, cui tamen *annus vnicus* aſſignatur, inter *mortem Romuli* ſucceſſionemque *Numae*. Nam ad *tertium Olympiadis* XV. annum ſpectabat *Scirophorion* ille, in quo diximus fuiſſe *Nonas* illas, quibus deceſſiſſe *Romulus* ſupponitur, *Caprotinas*. Et tamen non ante *Olymp.* XVI. I. *Numae* ſucceſſionem ſtatuit *Plutarchus*, pro rationibus vtique non aliis, quam *Varronianis*. Idque ſane exigunt Hiſtoricorum rationes. Dicunt enim, *interreges* fuiſſe *omnes*, quos fecerat *Romulus*, Senatores, quos item *centum* fuiſſe ſtatuunt, et *ſingulis* Interregni *dies* concedunt quinque, dum *per omnes* (inquit 4° Liuius) *in orbem iret*. Sic erunt neceſſarii *dies* ad minimum *quingenti*. *Sortitionem* nullam inter illos legimus, quae impedierit, quo minus ad *ſingulos* peruenire *Interregnum*, qualis erat in *Athenienſium Prytaniis*. Sic autem *Interregni* methodum intelligit *Dionyſius*, quaſi *ſingulis* decuriis *dies* obuenerint 50. Sunt quidem a *Nonis* huius anni *Caprotinis* ad ſequentis anni *Cyclici*, qui *intercalaris* erat, *Nonas* eiuſdem menſis *Caprotinas* dies paulo plures, nempe in vniuerſum 548. Nihil autem vetat, quo minus fuerint, orbe euoluto, *Interreges* paulo *plures*, vt nonnulli *bis* tenuerint. Et poterant etiam, ante ſequentem annum *penitus* elapſum, de nouo *Rege* creando cogitare. Si quidem *dies* illi accurate intelligendi eſſent, ita fieret, vt menſe *ſequentis* anni exeuntis *Ianuario*, vel qui *Ianuario* tum reſponderit, de *Rege* eligendo conuenirent. Certe ante *aeſtatem*, quia *Olympiadis* XVI. vt dixi, anno *primo labente*. Etiam ante *Palilia*, vt *vnica* agnoſcerentur *Interregum* Palilia. Forte porro ante *Martium* (vel, qui tum fuerit in *Martii* loco, *Ianuarium*) vt ſic *vnicus* fuerit in *Interregno* integer annus *Cyclicus*. Horum enim *initiorum* alterum, quod in *Vere* locum habuerit, pro *perpetuo* annorum *exordio* habitum exiſtimarim, vbi tam *rari* occurrunt *dies* Regnorum *natales*. Haec tamen pro rationibus *Varronianis*, quae poterunt etiam ad *Catonianas* aptari, quas *Dionyſianas* etiam eſſe diximus. *Mors* enim *Romuli*, pro calculo *Catonis* et *Dionyſii*, biennio *ſerior* eſt, ſpectatque ad annum Per. *Iulianae* 3999.

Et quidem illo anno *Eclipſin* fuiſſe obſeruarunt *Scaliger* et *Petauius*, ad quam verba veterum de *Eclipſi* in obitu *Romuli* referenda eſſe arbitrantur. Eam *Eclipſin Maii* Iuliani die XXVI. contigiſſe volunt. Et quidem in anno Cycli *Metonici* XXI. qui *Iuliano* anno illi pro *priori* parte reſpondet, *Thargelionis* attici τριακάδι in *Maii* Iuliani dies $\frac{26}{27}$ incidit, quae ratio ſatis erat vt *Ecliptica* crederetur a minus peritis, quam fuerit *Tarrutius*, Aſtrologis. Calculi enim hic accurate poſiti notas, quales in ſuperioribus obſeruauimus, nullas hic reperimus *dierum mensiumue*, quibus ea contigerit, in forma *Nabonaſſarea*, *Aegyptiacorum*. Hanc ergo *Eclipſin*, ſi in animo habuerint iuniores aliqui *Tarrutio* Aſtrologi, *anni* potius, quo deceſſerit *Romulus*, quam *diei*, notam inde petendam arbitrarer. Nam cum *nonis* certe *Caprotinis* commune nihil habere poterant dies illi *Maii* Iuliani, qui ſpatio fere *bimeſtri* illas praeceſſerint. Multo autem minus *Eclipſi* affines erant verae *nonae Iulii veteris Caprotinae*, pro *ſitu*, quem habebant in illius Cycli *Metonici* anno XI. Concurrebant *nonae* illae cum *Iulii* Iuliani *diebus* $\frac{14}{15}$. Is *dies* erat *Hecatombaeonis* Attici XIX. ſatis remotus ab vtriuſque luminaris terminis *Eclipticis*, tam *Plenilunii*, quam etiam *Nouilunii*. Longius adhuc diſtabant a *Maii* Iuliani die XXVI. pro calendario *veteri*, quo *Martii* locum tenuerat *Ianuarius*. Sic enim in *Auguſti* Iuliani *dies* $\frac{13}{14}$ incurrebant, qui dies erat

Eclipſin Solis ann. Per. *Iul.* 3999. *Maii* Iuliani die XXVI. nihil quicquam cum *die* quo dicitur *exceſſiſſe Romulus*, commune habuiſſe verisimile eſt.

40 L. I. c. 17. §. 16.

Meta-

Metageitnionis Attici xx. Si qua fuerit in *morte Romuli Eclipsis*, ad annum, cui mors illa a *Varrone* assignabatur, libentius referrem, quam ad nostri *Dionysii* annum *Catonianum*, non tamen a *Tarrutio* obseruatam, sed a *iunioribus* Tarrutio, et *imperitioribus*, *Astrologis*, si qua tamen fuerit *Astrologorum* opera in illa obseruanda. Qua certe ad hunc annum *Catonianum* refertur, me, fateor, ea suspicio incessit, traditionem de *tenebris* in *morte Romuli* praeter exspectationem obortis ansam dedisse, vt ad veram *solis Eclipsin* a vulgo postea, cum iam *Eclipsium* rationes compertas haberent, *tenebrae* illae referrentur. Primas certe Vrbium origines *Poëticis decoratas fuisse fabulis* obseruauit [41] *Liuius*. Hoc nempe consilio, vt *consecrarent origines suas, et ad deos referrent auctores*. *Datur* (inquit) *haec venia antiquitati, vt miscendo humana diuinis, primordia Vrbium augustiora facerent*. Idem ius Romanis suis vendicandum censet. Et sane ad Romulum sub Quirini nomine consecrandum, et in coelitum numerum inferendum spectabat illa traditio, in quo *nil absonum fidei diuinae originis, diuinitatisque post mortem creditae* fuisse idem obseruauit [42] *Liuius*. Sic item *tenebras* illas describunt auctores, quasi *nimbis*, *nebulis*, et *procellis* vnaquae deberentur. *Liuius* [43] ita: *Subito coorta tempestas cum magno fragore tonitribusque, tam denso Regem cooperuit nimbo, vt conspectum eius concioni abstulerit. Nec deinde in terris Romulus fuit. Romana pubes, sedato tandem pauore, postquam ea tam turbido die serena et tranquilla lux rediit, vbi vacuam sedem Regiam vidit* etc. Tempestatem fuisse dicit, quae Regem *densis nimbis* cooperuerit, quaeque *conspectum* eius concioni abstulerit. Et *turbido diei* imputat, quo minus *conspiceretur*. Aëre autem *sereno lucem rediisse* tradit. Quae sane omnia locum non haberent, si *solis* lucem *luna* intercepisset. *Dionysius* [44] ita: Οἱ μὲν οὖν μυθωδέστερα τὰ περὶ αὐτοῦ ποιοῦντες ἐκκλησιάσαντά φασιν αὐτὸν ἐπὶ τραπέζῃ, ζόφῳ κατασκήψαντος ἐξ αἰθρίας, καὶ χειμῶνος μεγάλου καταῤῥαγέντος, ἀφανῆ γενέσθαι· καὶ πεπιστεύκασιν ὑπὸ τοῦ πατρὸς Ἄρεως τὸν ἄνδρα ἁρπάσθαι. Aëris *serenitatem* indicat vox αἰθρία, eiusdemque *obscuritatem* proinde e *nebulis tenebrae* et *procellae* ortae. *Plutarchus* [45] ita; Ἄφνω θαυμαστὰ καὶ κρείττονα λόγου περὶ τὸν ἀέρα πάθη γενέσθαι καὶ μεταβολὰς ἀπίστους. Τοῦ μὲν γὰρ ἡλίου τὸ φῶς ἐπιλιπεῖν, νύκτα δὲ κατάσχεῖν οὐ πρᾳεῖαν, οὐδ' ἥσυχον, ἀλλὰ βροντάς τε δεινὰς καὶ πνοὰς ἀνέμων, ζάλην ἐλαυνόντων πανταχόθεν, ἔχεσθαι. Tum paucis interpositis: Ἐπεὶ δ' ἔλιξεν ἡ ταραχὴ, καὶ τὸ φῶς ἐξέλαμψε, etc. *Aërem* omnes *turbidum* agnoscunt, quo mox pacato, *lux* redierit, non vtique reditura, si *luna* interposita fuisset. Certe haec si vera sint, *Eclipsis* aliqua si fuisset, de ea tamen *constare* non potuit. *Videri* non potuit per *tenebras* tam *crassas*, vt *Romuli* vel *conspectum* prohibuerint. *Discussis* autem *tenebris*, nulla deinceps *obscuritas* fuisse dicitur, quae ad *Eclipsin* referri potuerit.

41 *Liv. Praef.*

42 *Liv. L. I. c. 15.*

43 *Liv. L. I. c. 16.*

44 *Dionys. L. II. c. 56.*

45 *Romul.*

Satis autem erant *procellae* illae, et a procellis obortae *tenebrae*, ad *opinionem* de *Romulo* in *deorum* album referendo, quo *Eclipses* ambas retulit noster *Dionysius*. Satis erat, quod *corpus* eius nuspiam deinceps sit repertum, sed penitus ab hominibus *disparuerit*. Sic de *Aenea* ipse *Dionysius*: Τὸ δὲ Αἰνείᾳ σῶμα φανερὸν ἁδαμῆ γενόμενον εἰ μὲν εἰς θεὸς μετανασῆναι εἴκαζον. Inde *Heroum* eius cum *Inscriptione*, quae eum *fluminis*, in quo disparuisse dicitur, *Numicii deum* habitum significabat. Similia adhibet exempla *Plutarchus*, *Aristeae Proconnesii* et *Cleomedis Astypalaeensis*, quorum *corpora* similiter *disparentia* effecerunt, vt etiam *ipsi* pro *Heroibus* haberentur. Sic etiam *Hylas* puer raptus a *Nympha* fuisse fertur, cuius *corpus* frustra quaesiuerit pueri amator *Hercules*. Hoc ergo consilio in *Aetnam* insiliisse dicitur [46] *Empedocles*, vt, *corpore* nuspiam apparente, pro *deo* haberetur. *Raptus* fuisse dicitur a Nympha *Hylas*, pro eodem exemplo, quo et *Romulum* a patre *Marte* ἀνηρπάσθαι dixit e *Romanorum* sententia *Dionysius*. Nescio, annon primum exemplum ab *Enocho* emanarit, de quo vox eadem ἡρπάγη adhibetur ab [47] auctore apocrypho. Nam de *corpore disparente* intelligenda esse verba *Mosis* ex [48] *Apostolo* colligitur, qui eum *mortem* non vidisse asserit. Inde traditio de illo atque *Elia* ad iudicium cum *Christo* venturis, quod neuter communi hominum *morte* obiisset. Et quidem in *turbine*, vt *Romulus*, sic etiam *Eliam* raptum ostendunt literae quoque *Sacrae*. Eaedem [49] *Deum turbine, nebulis*, et *tenebris* circumfusum describunt. De *turbine* ad *Iobum* loquitur Iob. XXXVIII. 1. XL. 1. *Quasi turbo quadriga eius*. Is. LXVI. 15. Cum *turbine* iunguntur et *nebulae* Ioel. II. 2. Zeph. IV. 1. 1. 15. 2 Pet. II. 17. et *caligo* Ebr. XII. 18. *Ponit tenebras in circuitu suo* 2 Sam. XXII. 12. Psalm. XVIII. 12. *Venisse* dicitur *Deus* ad *Mosem in caligine nubis*. Exod. XIX. 9. Et vice versa *Moses* accessisse ad *caliginem*, *in qua erat Deus*. XX. 21. Vocat *Deus Mosem de medio caliginis*. Exod. XXIV. 16. *Ingressusque est Moses medium nebulae*. v. 17. *Habitare Deus* dicitur in caligine. 2 Paralip. VI. 1. *Nubes et caligo in circuitu eius*. Ps. XCVII. 2. *Gloria Dei apparet in nube*. Exod. XVI. 10. *Descendit Dominus per nubem*. Exod. XXXIV. 5. Num. XI. 25. *In columna nubis*. Num. XII. 5. In *nube* ipse apparet super *Oraculum*. Lev. XVI. 2. *In columna nubis*. Deut. XXXI. 15. Loquitur *de medio ignis et nubis et caliginis*. Deut. V. 22. Ps. XCIX. 7. Duxit Israelitas *in columna nubis*.

Nehem.

§. 17. Satis erant *tenebrae* aliunde, quam ex *Eclipsi*, ortae, ad *opinionem* vulgo inde receptam de *Romulo* in *coelitum* numerum relato.

46 *Horat. de Art. Poët. v.* 485.

47 *Sap.* VIII. 69. *Lucianus* saepe, et *Suid.*

48 *Ebr.* XI.

49 2 Reg. II. 1. 11. Eccl. XLVIII. 9.

Nehem. IX. 12. *Venturus* ergo dicitur *Dominus noſter in nubibus*, Dan. VII. 13. S. Matth. XXIV. 30. S. Marc. XIII. 26. XIV. 62. S. L. XXI. 27. Apocalypſ. I. 7. Et *ſedere ſuper nubem*. Apocalypſ. XIV. 14, 15, 16. Et, cum *adſcenderent in coelum* teſtes *Apocalyptici*, *adſcendiſſe* dicuntur *in nube*. Apocalypſ. XI. 12. Ad eundem plane modum, quo etiam de *Domini* noſtri *adſcenſione* dicitur: *Eleuatus eſt, et nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum*. Act. I. 9. Recte ergo etiam *Romulus*, cum ad *deos* diſcedere crederetur, *nebulis* et *turbine ab hominum oculis* ereptus eſſe dicitur. Nec enim aliter de ſuis quoque *Conſecrationibus* loquuntur Scriptores etiam *Ethnici*. Praeſertim vero antiquiſſimi, *Poetae*. Hic etiam *deos* ſuos *aëre* et *nubibus* circumſeptos eſſe ferunt, quo minus ipſi ab hominibus *conſpici* poſſent, cum in *medio hominum* verſarentur. Has *nebulas* etiam caris ſibi *hominibus* circumfundere dicuntur, cum etiam illos e reliquorum hominum conſpectu placeret eripere. Ita *Homerus* et *Virgilius*, et, pro illorum exemplo, minorum quoque gentium *Poetae*. Sic ergo et *Antiquitas* illa, quam *Poeticis decoram fabulis* obſeruavit fuiſſe *Liuius*. Ita *Traditionem* ſimpliciter repraeſentant Hiſtorici. Sic *Veteres* intellexit auctor ipſe recentior de Progenie Auguſti: *Subito turbine* (loquitur de Romulo) *et imbre lumine Solis ademto, inter fulgura obſtrepentia coeli ereptus, nuſquam apparuit*. Non *Lunae* hic, ſed *imbri*, acceptum refert, quod *lumen Solis* fuerit *ademtum*. Sic Eutropius: *Cum, orta ſubito tempeſtate, non comparuiſſet, anno Regni trigeſimo ſeptimo, ad deos tranſiſſe creditus, conſecratus eſt*. Sic ergo intelligendus Florus: *Oborta* (inquit) *tempeſtas, Soliſque defectio, Conſecrationis ſpeciem praebuere*. Nam ad *Solis defectionem* illam, quam *Eclipſin* appellant Aſtronomi, referri ſane vix poteſt. Neminem enim vnquam legimus, qui per *Eclipſin*, quae *mortis* tempore contigerit, *Conſecrationis* opinionem adeptus fuerit. Contra potius *ominibus infauſtiſſimis* accenſebantur *Eclipſes*, et ad honoris *decrementum* potius ſpectare credebantur, quam *incrementum*. Haec autem, quorum meminimus, exempla iuſtas credebantur habere *tenebras*, non autem *Eclipſes aſtronomicas*, proprieque ſic dictas.

§. 18. Male ad has, quae *Romuli* aetate fuiſſe feruntur, *Eclipſes Regum* Romanorum Chronologiam omnem exigit *Petauius*.

Nihil ergo eſt, cur illas, quae in morte *Romuli* contigiſſe dicuntur, *tenebras*, ad *Eclipſin* referamus. Nedum, vt ad illam *primam* omnem, quae *Regum* fuit, *Chronologiam*, vt fecit *Petauius*, exigamus. In eo admodum abſurde, quod initium *Romuli Varronianum* cum *fine* eiuſdem *Catoniano* committendum cenſuit, propter notas illas vtrobique *aſtronomicas*, vt exiſtimabat. Nos autem *notas* illas, ſi quae vnquam fuerint, ad rationes potius *Varronianas* ſpectare probauimus, nec quicquam habuiſſe commune cum *Catonianis*. Poſtremam certe a *Nonis Caprotinis*, quibus *Romulus* exceſſiſſe fertur, quibus *Poplifugium* celebratum eſſe conſtat, in huius *fugae*, propter *procellam tenebraſque*, memoriam, aliquanto remotiorem. In eo etiam abſurde, quod 50 *Chronologiam* huius temporis ab auctoribus longe omnium, quos habemus, optimis, *Liuio* et *Dionyſio*, traditam, et quidem ſuffragiis inuicem *conſentientiſſimis*, hac vnica *Eclipſium* fide fretus aſpernetur, et ad *minorum gentium* teſtimonia exigat, *ne ſibi* quidem inuicem conſentientia.

50 Doctrina Temp. L. X. c. 21.

Merito quidem *Eclipſes*, quoties exploratae habentur, pro certiſſimis temporum characteribus habere ſolent Chronologi. In eo autem hallucinantur, quod *Nouiluniorum*, *Plenilunio-rumque* et *Eclipſium* inde pendentium, accuratam doctrinam antiquis innotuiſſe ſupponant. Contra ſe rem habuiſſe docet noſtra *Aſtronomiae Hiſtoria*. Iam vidimus, *tenebras*, quae in morte *Romuli* contigiſſe ferebantur, pro *Eclipſi* habuiſſe poſteros. Simile erat exemplum in *tenebris*, quae *coelum obſcurarint*, dum proelium eſſet inter *Alyattem* et *Cyaxarem*. Has etiam *Eclipſi* tribuerant *Plinii* auctores, quam primus omnium *Thales* praedixerit. Sed calculi *aſtronomici* nulla prorſus veſtigia ſunt in illa, quae *Thaletis* fuiſſe fertur, *praedictione*. Non *menſem* praedixiſſe dicitur, quo *Eclipſis* illa euentura eſſet, nedum *diem*, *horam*, caeteraſque *minutias*, quae deſignare ſolent *Aſtronomi*. *Annum* tantummodo indicaſſe dicitur, *tenebroſum* vtique, e *vaporum* copia naſciturum, ad eundem plane modum, quo et *frugum* prouentum copioſum *praedixiſſe*, et *ſpeciei monopolium* exercuiſſe, fertur. Nam *aëris* certae diſpoſitioni *frugum* certarum prouentus largiores deberi manifeſtum eſt. Hic autem certe nulla neceſſaria erat *Aſtronomia*. Dum autem *rudis* adhuc erat, atque admodum impolita, *Aſtronomia*, ratio nulla prorſus erat, qua verarum *Eclipſium tenebras* a *tenebris aliunde ortis* internoſcerent, niſi quod *ſereno aëre*, nec *nubibus* obducto, *tenebrae* tamen apparerent. Has enim *tenebras* altioribus et a *terra* remotioribus, quam fuerit *aër* ipſe, cauſis tribuendas eſſe conſtabat. *Nubiloſi* autem *aëris tenebras* nulla cogebat ratio, cur *coelo* acceptas ferrent. Vel inde conſtat, quam precario iuniores procelloſi aëris *tenebras*, quas a maiorum *traditione* didiciſſent, cum *Romulus* moreretur, obortas, *Eclipſi* aſſignarint. Ita erat hoc abſurdum, vt in illis *tenebris* ne quidem coaeui *Romulo* maiores *teſtes* de *Eclipſi* certiores eſſe potuerint, quam *periciores Aſtronomiae* iuniores. Vt enim *vera* fuiſſet *Eclipſis*, *conſpicua* tamen in *aere* tam *turbido* eſſe non potuit. Proinde ſine arte *Aſtronomica* cognoſci non potuit, cuius aetas illa erat plane *rudis*. Non ſunt ergo horum temporum

§. 19. *Eclipſium tenebras* a tenebris *aliunde* ortis interno-ſcere non poterant proximi *Romuli* memoriae *Veteres*.

Eclipſes certioribus iuniorum *Hiſtoricorum* de *Facto* teſtimoniis anteferendae. Saltem niſi illud praeterea teſtatum fuiſſet, in *ſereno* etiam *aere* fuiſſe, quae narratur, *aeris obſcuritatem*. Aliter de *Eclipſi* fides plane nulla.

§. 20. *Eclipſium, vel ſolarium, doctrina parum explorata initio belli Peloponneſiaci: Lunarium etiam vſque ad belli eiuſdem finem.*

Talia veterum teſtimonia eſſe oportet, vt de *Facto* conſtet, *veraene* fuerint, quae feruntur, *Eclipſes*. Ne *veterum iudicio* de *Eclipſium* natura acquieſcamus, adhuc cautiores eſſe debemus. Etiam cum de coelo *tenebras*, in *aere* alioqui *ſereno*, oriri crederent, adhuc aliae erant, quibus φαινομένῳ illi occurrerent rationes, vt e *Plutarcho* conſtat. Aegre tandem obtinuit, deberi omnes corporibus *ſolis*, *lunae* et *terrae*, in vnam *lineam* occurrentibus, nec certe, vt ex eodem colligitur, ante ſaeculum *Metonis*. Fruſtra tamen, antea quam in eo conueniretur, de *ſolis lunaeque* motibus futuros conſtat calculos omnes *Aſtronomicos*. Tum quoque hoc aſſecutis multa adhuc deerant neceſſaria ad eam peritiam, quae *Eclipſibus* ſufficeret *praedicendis*. In motu *ſolari* nondum explorata *Zodiaci Eccentricitas*, nondum *ſignorum* in *Zodiaco anticipatio*, nondum vel *principium* conſtitutum in *Ariete*, vnde procederent ſupputationes ante *Cleoſtratum*. Et plura adhuc in motibus *lunae*, qui plures praeſe ferrent *Anomalias*, et proinde *tardiores* progreſſus exigerent, vt tandem accurate expediretur. Itaque *Eclipſium* imperitiam

51 *Plin. N. H. II. 12.*

in *Steſichoro* et *Pindaro* obſeruauit [51] *Plinius*. Et quidem *primos* fuiſſe *Pythagoraeos* docet *Geminus*, qui de motibus *Coeleſtibus* hypotheſes excogitarint (c. 1. p. 3.) Nullae ergo erant *Pythagoraeis* antiquiores. Sed *ſolarium Eclipſium* obſeruationes antiquiores erant, quam *lunarium*. Et *ſolarium* tamen *Eclipſium* naturam parum compertam habebant *Athenienſes* initio belli *Peloponneſiaci*. Inde inter *portenta* belli malorum praenuncia *frequentiores*, vt exiſtimabat, ſolito *Eclipſes* accenſet *Thucydides*. Nempe quia tum coepto Cyclo *Metonico*, attentiores erant *Eclipſibus* obſeruandis ipſi *Athenienſes*, vt *Cycli* ſui, qui primus *Nouilunia Ciuilia* proxima *coeleſtibus* induxiſſe prae ſe ferebat, *vitia* deprehenderent. Et ſane *Eclipſes*, quae *ſereno aere* obſervari poterant, obſeruauit *Thucydides*, nec *multas* tamen pro *ſpatio* tam *diutino*. Inde intelligimus, quam *noua* eſſet earum obſeruatio, cum dignae monumentis *publicis* viderentur, quoties occurriſſent, quod *antea* obſeruatum non legimus. Certe cum *Epidaurios* depraedaretur *Pericles*, Eclipſi *ſolari* viſa nemo erat in doctorum *Athenienſium* claſſe quin terreretur, vnico excepto *Pericle*, qui cauſam eius didicerat a Praeceptore *Anaxagora*. Contigit illa anno belli *Peloponneſiaci* 2. Per. *Iul.* 4284.

52 *Annal. Thucyd.*

pro noſtro [52] calculo. Et ſane *idiotice* loquuntur de *Eclipſibus* ſcriptores illius ſaeculi plerique. Ne quidem *Herodotum* excipio

cipio atque *Ariſtophanem*. *Lunarium* autem *Eclipſium* imperitiam diuturniorem fuiſſe apud hos ipſos, de quibus loquor, *Athenienſes*, obſeruant veteres in clade *Niciae Siculi*, quae belli eiuſdem anno contigit XIX. Per. *Iul.* 4301. *Olymp.* XCI. 4. Nec enim erat in tanto exercitu *Athenienſium* vel *vnus*, qui *ſe*, vel *ſocios*, a mali ominis *metu* tueri poſſit, cauſa *Eclipſis* explicata, vt fecit poſtea in cauſa *Romanorum* ſimili *Sulpicius Gallus* fatali proelio in *Perſeum*, anno V. C. *Varr.* 586.

§. 21. *Primum artem Eclipſes etiam lunares praedicendi reperit Sulpicius Gallus; etiam tum Graecis quoque nouam. Antiquior Aglaonice Theſſala, quae cum aranum ſola calleret, vulgo perſuaſit, lunam e coelo ſuis incantamentis deducere potuiſſe.*

Varie tamen de illo ipſo *Galli* facto loquuntur auctores. Sic equidem *Plutarchus* quaſi in omine *Eclipſis* auerruncando partes fuiſſent ſolius *Aemilii Pauli*, nullae autem prorſus *Sulpicii Galli*. Sic alii quaſi *Eclipſin* non *praedixerit Sulpicius*, ſed *motum* inde ortum exercitus, *cauſa Eclipſis enunciata*, ſuſtulerit. Ita *Valerius Maximus* et *Quintilianus*. Sed *Liuio* potius aſſentior, qui *praedictam* a *Sulpicio Eclipſin* lunae teſtatur [53]; deque ea monitos in concione milites *antea*, quam contingeret: *nocte* (inquit) *proxima*, *ne quis id pro portento acciperet*, *ab hora ſecunda vſque ad quartam horam noctis lunam defecturam eſſe: Id quia naturali ordine ſtatis temporibus fiat*, *et ſciri ante et praedici poſſe*. Suffragantur *Liuio Plinius et Frontinus*. Imo *res* ipſa tam accurate deſignata, vt *initium* illius et *finem* certis *limitibus* concluſerit, ad eundem plane modum, quo etiam *hodierni* concludere ſolent *Aſtronomi*. Maxime vero omnium ſuffragatur compoſitum a *Sulpicio* de hoc argumento *volumen*, teſte *Plinio* [54], quo ſcilicet *rationes* ediderit, quibus *Eclipſin futuram* antea *praeuiderit*. *Primum* ergo *Romani* generis illum agnoſcit *Plinius*, qui *defectus vtriuſque rationem in vulgus extulerit*. Et ſane rei *nouitatem* arguit *Romanorum* militum admiratio, quibus (cum *euentus* reſpondiſſet) *Galli ſapientia prope diuina videbatur*. Arguit, quod *compoſito volumine* prodenſit, *lunae* fuerint *rationes*, quibus *euentus* tam mirabilis *praeſcientiam* ſui fuiſſet conſecutus, quod ſane *volumen* pro perpetuo habendum erat rei monumento. Haec vero, inquies, tantummodo apud *Romanos*. *Graecis* etiam rem *nouam* fuiſſe docent, quae ſcribit *Liuius* de Macedonibus: *Macedonas*, inquit, *vt triſte prodigium occaſum Regni perniciemque gentis portendens mouit: nec aliter vates*, *clamor vlulatuſque in caſtris Macedonum fuit*, *donec luna in ſuam lucem emerſit*. Nec enim eſt credibile, vt, quod *caeteris Graecis* compertum fuerat, id ſolos latuerit *Macedonas*. Erant enim profecto ſtudiorum *patroni* indulgentiſſimi Reges *Macedonum*, *Archelaus*, *Alexander Magnus*, *Demetrius Poliorcetes*, *Antigonus*. Et proprios *Macedonum Aſtrologos*, propriumque *Parapegma*, agnoſcit *Plinius*. Ne iam dicamus de *Graecis* aliis, qui *Perſeo* fauebant in communi gentis cauſa aduerſus

53 *Liu. XLIV. 37.*

54 *Plin. II. 12.*

Romanos. Cur itaque soli expauescerent *Macedones*, si causam *Eclipsis* compertam habuissent, quam ciuibus suis *Romanis* prodiderat *Sulpicius*? Quae metum *Romanis*, cum enunciaretur, *ademit*, cur non similiter ademit *Macedonibus*? Contra hic idem videmus *doctos* fecisse *Macedones*, quod facere solebant *Eclipsium imperiti*. Similia *metus* signa ediderunt in *Eclipsi Periclis*, de quibus supra, milites. Similia in clade *Niciae Siculae Athenienses*. *Clamores* quidem hic legimus *metus* indices, quales erant certe *vlulatus*. Non legimus *aera*, aut *crepitacula*, aut aliquos istiusmodi *organorum inanimatorum* sonos, quorum vsus erat in *lunae* omine *auerruncando*. Eo tamen spectasse verisimile est ipsos illos *clamores*, qui mox desierint, cum *luna in suam lucem emersisset*. *Demtum* certe tandem illo clamore *metum*, quasi *omine expiato*, ostendit *ardor* ille *pugnandi*, qui die proximo apparuit in exercitu *Macedonum*. *Laboranti* incantamentis *lunae* ita se occursuros existimabant post fabulam *Aglaonices*, *Hegetoris* filiae, *Thessalae*, quae [55] se *lunam* e coelo veneficiis deducturam venditabat. Eam certe *Eclipsium* etiam *praedicendarum* artem tenuisse oportet, quae tamen vulgus *Thessalorum* latuerit, vt *Eclipses* a se *praeuisas* suis tribueret *incantamentis*, eamque de se vulgo haberi opinionem assequeretur. Imo *rara* admodum fuerit necesse est apud alios quoque *Graecos Eclipsium* doctrina, cum haec *reipublicae* tam *damnosa* reciperetur opinio, quae *militum* animos *reprimeret*, minusque de *victoria* fidentes faceret. Tam enim *grata* futura aliis rebuspublicis *praestigiarum* illarum detectio, quam *Romanis*, et *diuina* detectoris *sapientia* tam *praedicanda*, qui *metum* reipublicae noxium ademisset, quam *praedicatam* vidimus a *Romanis sapientiam* illam *Sulpicii Galli*. Certum ergo *patriae commodum*, et, quae inde consecutura erat, certa etiam *mercedis exspectatio*, effectura erant, ne *diu* lateret peritia illa *lunarium Eclipsium*, nec in *publicum* emanaret, si *plures* illius compotes fuissent. Proinde *primis* inuentarum *lunarium Eclipsium* initiis vixerit oportet *Aglaonice*, cum vulgi *superstitioni*, pariter ac *simplicitati*, ita posset illudere. *Serius*, vt videtur, his, in quibus iam versamur, *Persei Macedonis* temporibus. Ita certe, si *aeneis crepitaculis* inueniendis occasionem dederit, quae *nulla* tum inuenta fuisse videntur. Nec enim de aliis, quam *lunae*, Eclipsibus sucum fecisse dicitur *Aglaonice*. Nec est profecto verisimile, si qua fuisset passim in *Thessalia* recepta *lunarium Eclipsium* doctrina, nec tamen vllam fuisse in *Macedonia*. Ita rem fuisse praeterea suspicio est e *Pharmaceutriis Theocriti* et *Virgilii* inuicem collatis. *Virgilii* saeculo recepta vulgo erat opinio de *luna* carminibus *coelo* deducenda. Itaque [56] illius meminit. In *Theocrito*,

55 *Plutarch. Praecept. coniug. et de defect.*

56 *Virgil. Ecl.* VIII. 69.

crito [57], qui sub secundo scripsit *Ptolemaeo*, nempe *Philadelpho*, nihil tale legimus, cum tamen de *veneficarum* arte agit ex professo, et de *lunae* in *veneficio* viribus, sub nomine *Hecates*. *Medio* ergo tempore inuenta est causa *Eclipsium lunarium*, inter tempora *Ptolemaei Philadelphi* et *Augusti*. Sic erit gloria huius inuenti *antiquior* apud *Romanos*, quam apud ipsos *Graecos*.

Non me fugit tamen, alia omnia sentire *Plutarchum* in vita *Niciae*. Solis quidem, inquit, περὶ τὰς τριακάδας ἐπισκότησιν ἀμωσγέπως ἤδη συνεφρόνουν καὶ οἱ πολλοὶ γινομένην ὑπὸ τῆς σελήνης. Recte quidem ille, si de eo solo intelligatur, quod mensium *Metonicorum* τριακάσι *solares*, si quae vnquam contingerent, *Eclipses* exspectarint. Sic enim *solares Eclipses* diligenter obseruauit *Thucydides*. Inde etiam colligit, si quando νεμηνία κατὰ σελήνην (quam solam *Eclipticam* agnouit) a *Ciuili* discreparet *nouilunio*. Iam enim vidimus, tantundem apud illos valere τριακάδας, atque νεμηνίας, certe pro mente saltem ipsius *Plutarchi*. Non item, si in eam *sententiam* verba *Plutarchi* intelligantur, quasi illud etiam exploratum habuissent horum temporum *Astronomi*, quae tandem mensium τριακάδες futurae essent *Ecliptica*e. Eclipsis enim vel solaris *praedictae*, excepto illo, quod refutauimus, *Thaletis*, *exemplum* ne quidem *vnicum* his temporibus occurrit. Et ne vel vnicum *Testimonium* auctoris, qui his temporibus vixerit, certa aliqua temporum serie *Eclipses* in *orbem* redituras. Tantum aberat, vt quis *peritiam* illam sibi vendicaret, *antea* quam euenissent, Eclipses *praedicendi*. Nam et *lunae* motus, longe, quam fuerint *solares*, perplexiores (*multiuagos flexus* appellat [58] *Plinius*) *praecognoscendi* tamen erant, vt sciretur, quando in *nodos* incursura esset *Eclipticos*. Eclipsium autem *lunarium* ne quidem *causas* adeo fuisse vulgo cognitas agnoscit hoc ipso in loco *Plutarchus*, quam fuerint *solarium*. Sic enim pergit: αὐτὴν δὲ τὴν σελήνην, ᾧ τινι τυγχάνουσαν (συντυγχάνουσαν in quibusdam Codicibus rectius legi monet *Stephanus*) καὶ πῶς αἰφνίδιον ἐκ παυσελήνου τὸ φῶς ἀπόλλυσι, καὶ χρόας ἴσχει παντοδαπάς, ὑ ῥᾴδιον ἦν καταλαβεῖν, ἀλλ' ἀλλόκοτον ἡγοῦντο, καὶ πρὸς (l. πρὸ) συμφορῶν τινων μεγάλων, ἐκ θεοῦ γινόμενον σημεῖον. Satis erat haec *causae* ignoratio, vt *ominis* loco *lunae Eclipses* haberentur; non item *solis*, quarum causas sciebant, nescientes interim, *quando* causae illae essent *redituraе*, propterea quod *lunae* illos *multiuagos flexus* ignorarent. Hucusque ergo non displicet *Plutarchus*.

Idem tamen postea *causas* illas *Eclipsium* etiam *lunarium*, *vulgo* licet incognitas, *eruditis* tamen censet tum quoque fuisse exploratas, cum tam damnosa esset haec ignorantia in causa *Niciae*. Nec enim has latuisse vult *Nicia* paulo *antiquiorem* *Anaxagoram*. Sic enim de illo sequitur: ὁ γὰρ πρῶτος σαφέστατον

57 *Theocrit. Eidyll.* II. §. 22. *Solarium Eclipsium* nullae apud antiquiores *praedictiones*. *Lunarium* ne quidem *causas* habebant exploratas.

58 Plin. N. H. II. 10.

§. 23. Verisimile non est, (quod vult tamen

Plutarchus) *lunarium* etiam *Eclipſium* cauſas proditas fuiſſe ab *Anaxagora.*

σατόν γε πάντων καὶ ἀληθέστατον περὶ σελήνης καταυγασμῶν καὶ σκιᾶς λόγον εἰς γραφὴν καταθέμενος Ἀναξαγόρας, ἔτ' αὐτὸς ἦν παλαιός, ὅτε ὁ λόγος ἔνδοξος, ἀλλ' ἀπόρρητος ἔτι, καὶ δι' ὀλίγων καὶ μετ' εὐλαβείας τινὸς, ἢ πίστεως βαδίζων. *Cauſam*, vt videmus, cur *Eclipſim lunarem* pro *portento* habuerint ſocii *Niciae*, inde arceſſit, quod nondum in lucem *publicam* emanarint ſcripta *Anaxagorae* dilucidiſſimam earum conſidentiſſimamque rationem complectentia. Cur illa minus innotuerint, *rationem* illam aſſignat, quod et *nuperus* ipſe tum fuerit, et quod *ſuſpecti* eſſent de hoc Argumento *Sophiſtae*. Quid ergo dicemus de temporibus *Aemilii Pauli*, quibus *Eclipſim lunae* praedixit, vt vidimus, *Sulpicius Gallus*? Tum certe nec *nuperus* ſcriptor erat *Anaxagoras*; nec *ſuſpecti*, ſed ſummo potius in honore *Philoſophi*, ipſo agnoſcente *Plutarcho*. Nam *Platonem* fuiſſe dicit, qui hanc ſuſtulerit in *Philoſophos* διαβολήν, et viam deinceps liberam artibus *Mathematicis* aperuerit. Ab illo demum tempore nomen *Philoſophiae* gratum erat, nomenque *Anaxagorae* tum demum παλαιᾶ *aetas* ipſa commendabat, effecitque, vt in *veneratione* haberetur. Vnde ergo tanta illa *Graecorum* imperitia harum *Eclipſium* tanto recentioribus *Platone* temporibus *Aemilii*? Intercidiſſe medio illo tempore arbitrabimur *luculenta* illa Scripta *Anaxagorae*? Aegre certe iam poſtliminio *reuiuiſcente* amore *Philoſophiae*. Vnde ergo comperta *Plutarcho* tot *ſeculis* poſt *Aemilium*? Sed ne quidem illud certum, *Platoni*, ipſi exploratas fuiſſe *cauſas* Eclipſium *lunarium*. Hoc inde colligit, quod *Lunae* defectione *Dio*, *Platonis* diſcipulus, non fuerit deterritus, quo minus coeptam *Zacyntho* expeditionem proſequeretur in *Dionyſium* iuniorem. Eadem fere habet etiam in vita *Dionis*. Rem tamen ita narrat, vt faciat admodum ſuſpectam. *Milites* enim agnoſcit, plane quales deſcribit in *Aemilii* vita *Macedones*. Hic ergo *cauſa Eclipſis* enuncianda erat, ſi de ea quidpiam reſciuiſſet ipſe *Dio*. Sic enim vidimus feciſſe *Periclem*, ſic etiam in *Aemilii Paulli* cauſa *Sulpicium Gallum*. Idque eo *fine*, ne pro *portento* haberetur, quae *ſtatis temporibus* redierit, et ſciri *antea* et *praedici* potuerit. Ita argumentatur apud *Liuium Sulpicius*. Numquid ergo tale *Dio*? Imo omnia potius contraria, ipſo quoque teſte *Plutarcho*. Milites *Dio* non *Argumentis* ſolatur e *Philoſophia* depromtis. Cur illud, quaeſo, ſi qua *ipſe* cognouiſſet, quae *ſocios* latuerant? Fatetur tum *Plutarchus* nullum fuiſſe *metum*, vel ab *Areopago*, nedum in *Corcyra*. Refert illos potius ad *Militem* vatem, qui dextra *ominis interpretatione* portentum eludit, ad *Dionyſium* potius, quam ad *ſuos*, ſpectare obtendens *ominis* praeſagium. Nam et *numina* fauere credebant argutis illiuſmodi *portentorum*, pro re nata, *inter-*

interpretationibus. Itaque pro *portento* *Eclipſim* habent; quae, ſi vera *Philoſophia* audiretur, ne quidem pro *portento* fuerit habenda. Sic item *interpretantur*, vt *mos* erat *interpretari portenta*. Sic item malum *euentum* auerruncant, vt receptum erat auerruncare *euentus portentorum*. Nullum plane hic *Philoſophiae* veſtigium erat, praeterquam in animi *fortitudine* ad mala omnia ſubeunda parati. Facile hinc intelligimus, ne tum quidem, ſeculo *Dionis*, de *cauſis* conſtitiſſe *Eclipſium lunarium*. A me ergo facile impetrare non poſſum, vt credam, *cauſas* Eclipſium *lunarium* adeo *aperte* traditas ab *Anaxagora*, quam vult *Plutarchus*, quae tamen multis poſt *Anaxagoram* ſeculis *Graecos* latuerint, cum nihilominus *Liber Anaxagorae* palam in manibus omnium, nullo prohibente, verſaretur, ſaltem a tempore *Platonis*, ipſo hoc agnoſcente *Plutarcho*. Tantum vero abeſt, vt *cauſam* Eclipſium *lunarium* quiſpiam e Libro *Anaxagorae* didicerit ante *Plutarchum*, vt ne quidem talem aliquam ſententiam *Anaxagorae* inde elicuerit, cum de *Placitis Philoſophorum* ageret, ipſe *Plutarchus*. Vtinam dediſſet ipſa *Anaxagorae* verba. Ita iudicare licuiſſet, quibus demum *ratiociniis Plutarchus* hanc ſententiam *Anaxagorae* tribuerit. *Planam* praeterea terrae figuram tribuit *Anaxagoras*, ſi quidem fides *Martiano Capellae* L. VI. p. 192. Ea ſententia quam *ſequelam* habitura ſit in calculo *aſtronomico*, facile intelligent *Aſtronomiae* periti.

Mihi, fateor, hac in cauſa, ſuſpectus eſt de nimio gentis ſuae *Graecae* ſtudio *Plutarchus*. Erat enim certe *illorum* gloriae ſtudioſiſſimus. Mitto iam, quae habet huc ſpectantia in vitis *Graecorum Romanorumque* Parallelis. Prodit ſe manifeſtius in Libris de *Fortuna Romanorum* et de *Fortuna Alexandri* M. Tam enim *Fortunam*, quam *Virtutem*, in rebus vtrorumque geſtis locum habuiſſe aſſerit: Sic tamen, vt *primarias* partes in rebus *Alexandri Virtuti* tribuat; in *Romanorum* autem non diſpari ſucceſſu, *Fortunae*. Iudicium tam iniquum in ſui temporis *Graecis* aegre tulit *Liuius*, anſamque inde captauit multos coaeuos *Alexandro* duces *Romanos* cum *Alexandro* ipſo contendendi. Nihil tale noſter *Dionyſius*, licet eadem, qua *Plutarchus*, *Graecorum* progenie oriundus. *Romanos* enim ne quidem habet pro *Barbaris*, ſed a *Graeca* potius origine arceſſit, et rerum adeo ab illis geſtarum *gloriam* cum ſuis *Graecis* communem probat. Ita *aequum* ſe iudicem vtrobique praeſtat, nullo *liuore* detortus ad laudem *Romanorum* imminuendam. Non ita *Plutarchus*. Malignitati *Herodoti* tribuit, quod *inuentorum* multorum gloriam *Graecis* ademtam *Barbaris*, pro eo ac merebantur, aſſignarit. Pro eodem *partis*, quam fouebat, ſtudio *Sulpicii Galli*, qui hanc *Lunae Eclipſin praedixit*, mentionem

§. 24. *Plutarchus* hic de nimio *gentis* ſuae *Graecae* ſtudio ſuſpectus, ne *gloria* inuentae *Eclipſium* doctrinae *Graecis* ademta *Romanis* aſſignare-tur.

penitus suppressit. *Aemilii Paulli* peritiam aliquam agnoscit, non edito illius, a quo didicerit, *nomine*. Nescio, annon vt a *Graeco* aliquo, seu homine, seu Libro, illum didicisse videretur. Sic equidem *Romanos* se gessisse narrat, quasi nulla fuisset de *Eclipsi* suspicio. Eodem enim modo *omen* auertunt, quo solebant rerum *naturalium* imperiti, *aeneis crepitaculis*, *taedis facibusque* ad *coelum* porrectis, hoc vno a *Macedonibus* diuersi, quod mali *ominis* euentum non fuerint in *suae* gentis perniciem interpretati, quod dicuntur fecisse *Macedones*, nihil *Paullo* in contrarium nitente. Contra potius rem ipse *piaminibus* procurat atque *sacrificiis*, *Luna* postquam e *tenebris* emersisset, vndecim iuuencis, *orto* autem *die* in βαθυσίαις eo vsque occupatus, dum tandem exta vigesima prima *laeta* reperiret. Haec ille *Paulli* religioni et φιλοθυσίᾳ et μαντικῇ tribuit, quod vulgi *superstitiosis* moribus indulserit, et *portenti omen* expiarit, cum tamen *ipsi* nullum subesse videretur, quod indigeret expiatione, *portentum*. Parum haec certe consona praeceptis illius, quam in eo laudat *Plutarchus*, Philosophiae. Nec tamen aliquis hic obtendi potuit *metus* ab *Areopago*, qui illum deterruerit, quo minus *peritiam* illam suam cum *exercitu* communem faceret. Imo *profuturam Reipublicae peritiam*, si militibus enunciaretur, in acie constitutis, nulli vnquam prohibebant vel *Areopagitae*. Nihil ergo est, quod obtendat *Plutarchus*, cur tamdiu *latuerit* scripto consignata, iamque olim prodita ab *Anaxagora* Eclipsium doctrina in posterorum vsum duratura. Suspectam potius fecit in *Aemilio* ipso hanc peritiam, cuius *milites* tempore adeo *opportuno* non tamen fecerit *participes;* imo, cum ea omnia ipsum egisse narrat, quae facturi erant militum gregariorum *imperitissimi*, et a *Philosophorum* doctrina alieniissimi. Ad eundem plane modum, quo eundem fecisse vidimus in *Dione*. Nec quicquam habet *Liuius* de *aeneis crepitaculis* a milite pulsatis, aut *taedis facibusue* ad *coelum* exporrectis, aut *sacrificiis* ab *Aemilio* ominis *expiandi* nomine oblatis, cum *Luna tenebris emersisset*, aut mox *orto sole*. Alio enim spectabat sacrificium *horae tertiae*, qua *concilium* aduocauit. Sed vera esse potius, quae scripsit *Liuius*, docuit scriptum de eo argumento a *Sulpicio volumen*, quod vidit vsurpauitque *Plinius*, vt e Libri II. *Indice* colligimus. Et *nouam Sulpicio* visam illam *Eclipsium lunarium* scientiam exinde etiam constat, quod *Scripto* proprio *rationes*, quibus Eclipsim *praedixerit*, illum complecti oporteret. Si *alios* aliquos *auctores* nosset, a quibus eam ipse didicerat *Sulpicius*, satis erat, si ad *fontes* digitum intendisset. Sic autem non *Sulpicii Galli sapientia prope diuina* habenda erat, sed *Anaxagorae*, si eam docuisset, *Sulpicio* tot seculis antiquior,

Anaxa-

Anaxagoras. Vrebat hoc procul dubio *Plutarchum*, et *Plutarcho* similes alios *Graecorum* gloriae studiosos. Inde factum, vt *verba* nescio quae *Anaxagorae* ad *Eclipsium lunarium* doctrinam retulerint, quae nemo *veterum*, vel *Graecorum*, *Sulpicio* antiquior, eo retulerat; quae ne quidem eo ipso retulerit *Anaxagoras*. Similia *veterum* testimonia adduci videmus de *sanguinis circulatione*, et simili plane *consilio*, vt noui *inuenti* gloria *recentioribus* adimeretur. Sed non poterant *Anaxagorae* de his *Eclipsibus* verba adeo *perspicua* fuisse in hanc sententiam, si nemo illum ita intellexerit *Sulpicio* antiquior. Contra potius, cum iam probauerimus *doctrinam* illam tanto recentiorem *Anaxagora*, erit vicissim suspicio, ne *Anaxagorae* verba illa esse potuerint, quae fuerint adeo, quam vult *Plutarchus*, in hanc sententiam perspicua.

§. 25. *Sulpicio Gallo iunior erat Hipparchus, qui tamen Graecorum* pritimus *Eclipses* praedixit, et

Non dubito, futuros, quibus *Eclipsium praedicendarum* origo tam *nupera* mira videbitur. Nihil tamen video, quo minus fuerit verissima. *Iunior* certe *Sulpicio Gallo* erat *Hipparchus*, quem ego primum *Graecorum* fuisse puto, qui *praedixerit Eclipses*. Vltimas autem *Hipparchi* Obseruationes habet *Ptolemaeus* ad ann. *Nabonass.* 620. *expletum*, et Periodi *Calippicae* III. annum 50. Pertingunt notae hae ad annum *Varr.* 625. *Olymp.* CLXII. 4. vel paulo forsitan *vlterius*. Annus erat ab obseruatione *Sulpicii Galli* XL. Sic *primis* etiam *Hipparchi* Obseruationibus *antiquior* fuerit Obseruatio illa *Sulpicii Galli*. Potuit ergo ex edito *Sulpicii Galli volumine*, quae didicerat, propriis ipse nouisque inuentis excolere. Hic *sideris vtriusque* [tam *Solis* nimirum, quam *Lunae*] *cursum in sexcentos annos praecinuit*, (inquit [59] *Plinius*) *menses gentium, diesque et horas, ac situs locorum, et vicos Populorum complexus, aeuo teste, haud alio modo, quam consiliorum naturae particeps*. Numerum duntaxat *rotundum* exprimunt hodierni codices. Vix autem dubito, quin duorum *Hipparchi* Cyclorum ambitum *Plinius* intellexerit, quorum singuli *binos Metonicos*, *Calippicos* autem *quatuor*, complectebantur. Anni ergo erant 608. Facit autem hic locus, vt περιοχεῖς suos *Canones* plerosque *Ptolemaeus* debuisse credam *Hipparcho*, quos sane constat ad calculum *astronomicum* admodum esse necessarios. Hic sane constat *mensium* tabulas apud gentes *varias* receptorum edidisse, vt gens quaeque *diem* et *horam* Obseruationum ab *Hippacho* factarum intelligeret pro *suo* cuiusque *Kalendario*. Et tales *gentium menses* inuicem collatos repraesentant Scriptores Cyclorum *Paschalium* a *Ptolemaeo*, vt videtur, haustos, vel *Hippacho*. Erant autem, ni fallor, *gentium* earum, quae *similes* inuicem *annorum mensiumque* formas obseruarint. Ita vnius *mensis* quoto *die* designato in reliquis *diem* non erat necesse designare, modo de *mense* constaret. Male

tabulas multas condidit ad calculum Astronomicum plane necessarias.

[59] *Plin. N. H. II. 12.*

tamen omiſerunt *Paſchalium* Cyclorum conditores anni menſisque *modum*, quem pro caeterorum *norma* habuit, vel *Ptolemaeus*, vel *Hipparchus*, quo ignorato *reliquos* etiam omnes ignorari neceſſe eſt. Fecit omiſſio illa, vt *menſium* illae *tabulae* nobis prorſus inutiles ſint ad calculos *aſtronomicos*. Sed *Aſianis* ſuis ſcribens *Hipparchus* ſuum *Ciuitatis* cuiuſque *Kalendarium* notiſſimum forte ſupponebat, nec proinde neceſſarium eſſe credebat, vt *vnum* aliquod reliquis in exemplum proponeretur, cum ex vno quouis *cuiuſcunque Ciuitatis* Kalendario, edito *menſis* nomine, conſtare poſſet, quotus ille *dies* numeraretur in reliquarum Vrbium *Kalendariis*. Supponit certe [60] *Ptolemaeus*, etiam *menſis Bithyni* nomine deſignato in *Agrippae* Aſtronomi Obſeruatione facta in *Bithynia*, hoc vnum ſufficiſſe, vt *tempus Eclipſis* aliis quoque innoteſceret in arte collegis *Aſtronomis*. Vnde hoc niſi propter *tabulas* illas *menſium* ab *Hipparcho* inuicem collatorum? Vixit autem *Agrippa* ille medio ſpatio inter *Hipparchum* et *Ptolemaeum*, ſub *Domitiano*. Si etiam ipſe menſis *Bithynici* nomen ſufficere exiſtimaret, ſic *tabulas* ipſe quoque viderit antiquiores *Ptolemaeo*, nec alias, quam quae vtique emanarint ab *Hipparcho*. Pergit, vbi ſupra, Plinius: *dieſque, et horas, ac ſitus, locorum*. Haec ad *climata* retulerim, quorum *tabulae* in *Ptolemaei* προχείροις *Canonibus* hodieque conſeruatae ab *Hipparcho* etiam ipſae deſcenderint. *Dies* enim cuiuſque *climatis* longiſſimos *horarum* numero deſignauit. *Situm* autem *locorum* oſtendebant *longitudines* et *latitudines*, et *clima* ipſum per *circulos* Vrbium inſignium *Meridianos*, in quibus locum vel praecipuum habebat *Rhodus*, in qua Obſeruationes fecit *Hipparchus*. Et quidem *tabulas* iſtiuſmodi exhibent *Canones Ptolemaei* Mſſ. quas proinde illum veriſimile eſt accepiſſe ab *Hipparcho*. Itaque *locorum* nomine *Vrbes*, vti dixi, intelligo inſigniores, quibus obnoxiae erant ditiones *Suburbicariae*. Suffecit enim *Vrbium* principalium deſignatio, vt in Vrbium *ditionibus* intelligi poſſent Obſeruationes *Hipparchi* in vſum *Vrbium* concinnatae. His autem opponit *Plinius vicos Populorum*. Intelligit, vt opinor, *Populos*, quibus nullae erant primariae *Vrbes*, in quibus *fixi* eſſent *conuentus* communi *omnium* nomine celebrandi. Has enim *gentes* non κατὰ πόλεις habitare, ſed κατὰ κώμας, dicunt *Geographi*, non *oppidatim*, ſed *vicatim*, ſeu κωμηδόν. Placuit enim mos ille a maioribus acceptus *Populis* alioqui admodum celebribus. Sic olim habitaſſe ipſi dicuntur *Athenienſes*, primuſque fertur fuiſſe *Theſeus*, qui illos in vrbem *Athenienſium* coëgerit. Sed δήμους appellabant *Athenienſes*, quae κῶμαι aliis *Graecis* appellabantur, vt iamdiu obſeruauit [61] *Ariſtoteles*. Caeterum nihil attinebat notio illa δήμου, qua tantundem valet, quod κώμη, ſeu vicus, ad hanc, quam hoc in loco intellexit *Plinius*, ſignificationem *Populi*. *Cohabitatio* antiqua, pro iure gentium *Patriarchico*, pro *cognationis* iure, quo *gentis* eiuſdem *Ciues* ſecum inuicem coniuncti ſunt, diſtribui ſolebat. Ita factum, vt, quo quiſque propius *conſanguinitate* alterum attigiſſet, eo eſſet etiam *habitatione* vicinior. Sic ergo *media* eſt *Populi* ſignificatio inter *gentem*, vel *nationem* et *vicum*. *Populos* enim *plures* eodem *ſanguine* oriundos memorat [62] *Tacitus*, qui tamen *ſanguinis* nexus vnam *gentem* conflauit, cum nec *habitatione* eſſent interpolati. Et vice verſa per plures *vicos* vnus idemque *Populus* diſtribui ſolebat. Erat ergo arctiſſima cognatio illa κωμητῶν, ſeu *vicanorum*. Multa paſſim occurrunt exempla in Opere *Ptolemaei* Geographico *gentium* in plures *Populos* diſtributarum, et viciſſim *Populorum* per *vicos*, pro exemplo ſcilicet *Hipparchi*. Hoc nempe conſilio, vt verae *locorum regionumque* diſtantiae deſignarentur etiam *Mathematice*, vtque Obſeruationes *aſtronomicae* vbique intelligi poſſent pro ſuo *gentis* cuiuſque *Kalendario*. Erat autem *ſitus* accurata illa conſtitutio plane neceſſaria ad *Eclipſes praedicendas*. Nec enim poterat ſine ipſa ſtatui, quibus in regionibus *Eclipſis conſpicua* futura eſſet, nec quantam orbis *partem* interpoſitio *obſcuratura*. Hanc ergo ſi primus *Graecorum* repererit *Hipparchus*, plane ſequitur, a *Graecis Eclipſes* antea *praedici* non potuiſſe in *loco* aliquo *particulari* videndas, dum ſcilicet nondum conſtaret de locorum *ſitu Mathematico*. Contra potius ex *Eclipſibus* iiſdem de locorum *ſitu Mathematico* pronunciabant *Aſtronomi*, quae *diuerſis* in *locis* fuerant obſeruatae. Exemplum exhibet antiquum [63] *Ptolemaeus*. Erant ergo multis in locis *Eclipſes* eaedem *antea* obſeruandae, quam de loci *ſitu* accurate conſtaret, qui tamen neceſſario praecognoſcendus erat, ſi quis *Eclipſim praedicere* vellet *futuram*.

60 Magn. Conſtr. L. VII.

61 *Ariſt.* de Poët.

62 De morib. *Germ.*

63 Geograph.

Eſt et alia *tabula* apud *Aſtronomos* celeberrima, eorumque vſibus accommodatiſſima, cuius ego *inuentorem*, ſaltem apud *Graecos*, fuiſſe ſuſpicor *Hipparchum*. Illam intelligo *Epochae Nabonaſſareae*, Principum nimirum, qui *Nabonaſſaro* perpetua ſerie ſucceſſerunt, primo *Babyloniae*, tum deinde *Aegypti*, a morte *Alexandri Magni*. Haec *anni* forma ſimpliciſſima erat, *ſolaris* quidem, nec proinde *menſibus intercalaribus* perplexa; et ne quidem *diei* minutiis impedita, quae calculi moleſtiam crearent. In hac *Epocha* deſignabantur Obſeruationes *Babyloniorum*, a quibus ad *Graecos Aſtronomia* emanauit, omnium proinde *antiquiſſimae*, eaedemque et numero *plures*, quam a *Graecis* obſeruatae fuerant, atque *accuratiores*. His certe magis fidit *Ptolemaeus*, quam *Graecorum* Obſeruationibus *antiquiſſimis*, quum tamen ipſae *Babyloniorum* Obſeruationibus

§. 26. Epocham Aſtronomorum *Nabonaſſaream* primus vſurpaſſe videtur *Hipparchus*. Huic *Epochae* ortum debent ſolidae

Astronomorum hypotheses, et vicissim hypothesibus certae Eclipsium futurarum praedictiones.

Tertius hic *Dionysio* annus est ab excidio *Troiae*, cum Templis caeterisque id genus ornamentis *publicis* nouam Vrbem *Lauinium* instruxisset, τῷ ἑξῆς ἐνιαυτῷ, τρίτῳ δὲ ἀπὸ τῆς ἐξόδου, inquit. Inde Regnum *Aeneae* censet, sed *solorum* hucusque *Troianorum*. Haec nempe *tertia* est *Virgilii Aestas*, quae *Latio* [3] *regnantem Aeneam viderit*. *Aestas* haec, pro *Metonis* modo, *Thucydidea* habenda est, vt anno *Troianorum* a discessu ex *Asia tertio* responderet. Et in *exitu* fuerit oportet, vt annus Regni *Aeneae* in *Troianos solos* inde procederet, qui tamen regnare *antea* non coeperit, quam *tertius* iniretur [4] ἀπὸ τῆς ἐξόδου, quem *Boedromione* exeunte fuisse vidimus. *Aeneas*, *vt dicit Cato*, (verba sunt *Seruii*) *simul ac venit in Italiam*, *Lauiniam accepit vxorem*. Haec e *Catone*, cuius fidem secutus est, hoc in loco, *Dionysius*, ne dubitemus, eadem *Dionysii* fuisse rationes. *Nuptiae* ergo anno *superiori*, Thargelione *exeunte*, vel *Sciropho-rione*. Inde *Aeneam apud Latinum in hospitio fuisse*, tradit *Liuius*. Tum *oppidum condunt*, quod [5] *Aeneas ab nomine vxoris Lauinium* appellarit, eodem teste *Liuio*. Coepta ergo Vrbs anno *superiori exeunte*. Nondum tamen *Rex Aeneas*, dum manus *vltima* operi imposita esset, vbi regnaret. Hucusque erat in *hospitio Latini*. Inde *suae* ditionis *Rex*, sed tantummodo *Troianorum*, qui nondum in *vnam* gentem coaluerant cum *Latinis*. *Tertia Aestas* ab excisa *Troia* anno Cycli *Metonici* XI. est, incipitque a *Iunii* Iuliani die XXVI. desinit autem *Septembris* Iuliani die XX. qui idem *Boedromionis* Attici XXX. erat. A *fine* incipit annus *Aeneae* I. quem *communem* fuisse volunt cum *Latino*.

1181. Verba *Dionysii* sunt: τῷ δὲ τετάρτῳ τελευτήσαντος Λατίνου, καὶ τὴν ἐκείνου βασιλείαν παραλαμβάνει. Haec ille de *Aenea*. *Quartus* ab Ilii excidio annus Cycli *Metonici* XII. erat, qui a *Iulii* Iuliani die incipit XIV. Sed quartum potius ἀπὸ τῆς ἐξόδου a *Dionysio* intelligi, e nexu colligimus cum praecedentibus. Ita post finem *Boedromionis*, *Octobrisque* Iuliani IX. diem, superstes fuerit *Latinus*, vt *annum* implere potuerit *Aeneas* in Regno *solorum Troianorum*, et vt IV. post ἔξοδον, qui ab illo *Octobris* Iuliani die IX. inierit, *perire* potuerit *Latinus*. Inde incipit *Hyems* Athenienſium *Cyclica* atque *Popularis*. Nempe a *Maemacterione*. Tum *subacti* ab *Aenea Rutuli*. Eodem scilicet, quo occubuit *Latinus*, proelio, quod *Belli* huius in *Italia* ab *Aenea* gesti *primum* habetur. Sic enim vbi supra, *Seruius*, ex eodem fortassis Auctore, qui idem *Dionysii* erat, *Catone*. Huius ergo anni

3 Aen. I. 265. 4 *Serv.* ad Aen. VI. v. 760. 5 *Liv.* I. 1.

anni *Hyeme* saltem *coepta*, mortem *Latini* contigisse necesse est, vt IV. post *discessum* ex *Asia* anno conueniret. Nec vltra differendum arbitror, si *primo* huius Belli *proelio* occubuerit *Latinus*, vt volebat [6] *Seruius*. Erat enim hic annus nuptiis *proximus*, necessarius, vt aliunde auxiliá *Turnus* ab *Hetruscis* impetraret. Nec potuit *quartus* a *discessu* plenus fuisse annus, si infra VII. ab ipso *Troianae* Vrbis excidio annum ipse perierit *Aeneas*. Proinde *prima* post *deuictos Rutulos Hiberna* ad annum *sequentem* necessario spectabunt.

1180. Huius anni *Iuliani* parte secunda, quae anno Cycli *Metonici* XIII. respondebat, *prima* sunt *hiberna* a *Rutulis subactis*, quorum meminit *Virgilius* Aen. I. 266. Post diem *Septembris* Iuliani XXIX. Tum *finis* anni *primi* post *Latinum*, quo *Rutulorum* Rex fuisse dicitur *Aeneas* pariter atque suorum *Troianorum*. Incipit autem II.

1179. Huius anni *Iuliani* parte secunda, quae Cycli *Metonici* anno XIV. concurrebat, *Hiberna secunda* a *Rutulis subactis*. Post diem *Octobris* Iuliani XVII. Hic *finis* anni *Aeneae* in nouo Regno II. *Initium* autem III.

1178. Huius denique anni *Iuliani* parte *secunda*, quae anni erat *Metonici* XV. *Hiberna tertia* a *Rutulis subactis*. Post diem *Octobris* Iuliani VII. Hinc *finis* anni in nouo Regno *tertii*, *initium* autem *quarti*. Hoc forte anno mortuus *Anchises*, qui ἐνιαυτῷ πρότερον τοῦ πολέμου τούτου mortuus est. Bellum intelligit *Dionysius*, vt videtur, *Aeneae* postremum, quo ipse periit *Aeneas*. Annum autem intelligit, vt exiſtimo, *Metonicum* XIV. Sic ante annum *Iulii* Iuliani X. excesserit *Anchises*, qui dies erat *Attici Sciropho-rionis* vltimus.

1177. Annus hic est *Aeneae vltimus*, quo in *viuis* esse desiit. *Priori*, vt videtur, parte anni *Iuliani*. *Hiberna* tribus *plura* post *deuictos Rutulos* non agnoscit *Virgil*. Accedit *Dionysius* his verbis: τρία δὲ βασιλεύσας ἔτη μετὰ τὴν τοῦ Λατίνου τελευτήν, τῷ τετάρτῳ ἐνήσκει κατὰ πόλεμον. *Quartus* ille annus cum *Boedromione* desiit anni *Metonici* XVI. *Sept.* Iuliani die XXV. quem non attigit *Aeneas*, qui anno labente exstinctus est. Inde autem *Hyemis* quartae *initium*. Addit *Dionysius*, *Aeneam* ex hominibus exemtum ἑβδόμῳ μάλιστα ἔτει μετὰ τὴν Ἰλίου ἅλωσιν. Haec Epocha ἁλώσεως, vt quam liberalissime agamus, cum anno Cycli *Metonici* XV. (qui idem VII. erat ἁλώσεως, qua ab *Hecatombaeone* numerantur) desinat oportet. *Iunii* nimirum Iuliani die XXVIII. pro sententia *Dionysii*. Incertum tamen est, an vltra *Thargelionis* XXIII. (qui idem *Maii* Iuliani erat XXIII. quemque *Troiae* fatalem censebat *Dionysius*) pertigerit. Dedit

 enim

6 *Serv.* ad Aen. I. 259. VI. 760. IX. 746.

enim ſupra exemplum ipſe *Dionyſius*, anni ἀπὸ τῆς ἁλώσεως *ſecundi* expleti ante conditum *Lauinium*, quam tamen Vrbem fundarit ante finem anni *Metonici* a *Troiae* excidio *ſecundi*, qua initium *noui* anni erat ab *Hecatombaeone*. Fieri ergo hic etiam poteſt, vt annum μετὰ τὴν ἅλωσιν VII. pariter numerarit. *Septimum* autem ab *Excidio* annum, quo occubuerit *Aeneas*, labentem intelligit. Ita ſcilicet, vt ante *diem* praedictum *Thargelionis* XXIII. occubuerit. Quamdiu antea occubuerit, hoc reliquit *ratiociniis* inueſtigandum. Vtcunque tamen hoc anno *Iuliano* cecidiſſe diſcimus e *Virgilio*, qui *terna* tranſiiſſe docet *hiberna* poſt *ſubactos Rutulos*. Tranſierant *hiberna* illa *tertia* (qua populariter cenſenda erant per menſes *Ciuiles*) fine *Poſideonis* anni *Metonici* XV. *Ianuarii* Iuliani die III. *Huius* nimirum anni *Iuliani*. Qua tamen *militaria* erant *Hiberna*, tum demum terminanda erant, cum *tempeſtas* eſſet rebus *militiae* gerendis idonea, quae rara eſt ante *Martium*, aut *Aprilem*. Hinc ergo procedent anni *Aſcanii*, et reliquorum deinceps *Regum Albanorum*. Per *annos* tamen, vt exiſtimo, *Metonicos*. Ita ſcilicet, vt primus *Aſcanii* fuerit *Metonicus* XVI. et ſic deinceps in reliquis vſque ad *Romulum*. Nec enim occurrunt eorum res *geſtae* temporibus adſtrictae, e quibus iudicari potuerit, qua anni *parte* quiſque ſucceſſerit. Et ne quidem *coaeua* vlla illis temporibus vnquam fuiſſe videntur *Archiua*.

1152. Hic *annus* eſt a condito *Lauinio* XXX. quo *Longam Albam* ab *Aſcanio* conditam fuiſſe volunt, pro numero *foetuum* a ſue grauida editorum, cum *Lauinii* fundamenta poneret *Aeneas*. Hinc autem *noua* procedit *Epocha*, neceſſaria, vt intelligatur, quo *Regni* ſui anno hanc Vrbem *Romae Metropolim* diruerit *Tullus Hoſtilius*. Priori autem anni *Iuliani* coepiſſe *parte*, et proinde anno Cycli *Metonici* XL, qui cum *Attico* deſierit *Scirophorione*, oſtendunt, quae ad annum ante *Chriſtum* 1182. diſputauimus.

1139. *Finis* hic eſt *Aſcanii*, *initium* autem *Siluii*. Annus ſcilicet ab Excidio *Troiae* XLV. Numerum enim illum conficiunt anni ab ea clade ad mortem *Aeneae* VII. adiectis praeterea annis ipſius *Aſcanii* XXXVIII. Numeri autem illi ambo *Dionyſii* ſunt.

1110. Mors *Siluii* et initium *Aeneae* II. qui *Siluii* filius erat, pro mente *Dionyſii*, anno *Siluii* XXIX.

1079. *Aeneae* II. exitus, anno *Aeneae* XXXI. Succedit *Latinus*.

1028. Exceſſit *Latinus* anno Regni LI. Poſt quem *Alba*.

989. Periit *Alba* ann. Regni XXXIX. quem excepit *Capetus*.

963. Defuncto *Capeto* ann. Regn. XXVI. regnat *Capys*.

935. Ex-

935. Exſtinctus *Capys* poſt ann. Regni XXVIII. Tum *Calpetus*.

922. Sublatus *Calpetus* ann. Regni XIII. Proximus *Tiberinus*.

914. Merſus *Tiberinus*, cum annos tenuiſſet VIII. Locum ſuppleuit *Agrippas*.

873. *Agrippae* (poſt annos Regni XLI.) vicem ſuſcepit *Allades*.

854. *Allades* defunctus anno Regni XIX. Poſtea Regnum capeſſit *Auentinus*.

817. *Auentinus* ann. XXXVII. mortuus. Incipit *Procas*.

794. *Procae* exitus anno Regni XXIII. introitus *Amulii*.

776. Poſt annos ab *Ilii* excidio 408. incipit prima *Olympias*, pro mente *Dionyſii*, cum *Hecatombaeone* anni Periodi *Metonicae* 113. Si quidem ab *Hecatombaeonis* die I. coepit ille die *Iulii* Iuliani VIII. pro noſtris *Tabulis*. Haec probauimus in *Apparatu*. Sic annus *V. C.* I. ab Excidio *Ilii* 433. erat, vt ibi probamus.

774. *Quarto* ante *conceptionem Romuli* et *Remi* anno, *Virgo Veſtalis* facta *Romuli* mater *Ilia*. *Dionyſ.* I. cap. 77.

770. *Romuli* et *Remi* conceptio *Iun.* XXIV. pro hypotheſibus *Dionyſii*, ſi *conceptionis* diem a *Tarrutio* poſitam in Epocha *Varroniana* ille ſimiliter ad Epocham ſuam traduxerit *Catonianam*, vt fecit in die vtriuſque *Natalitia*. Ex *Apparatu*.

769. *Romuli* et *Remi* Natalis *Mart.* XXIV. e mente *Dionyſii*, vt annum XVIII. *aetatis* in *Palilibus* V. C. *Catonianis* implerent, vt credidit *Dionyſius*. Hallucinatus tamen falſo *ratiocinio* a calculo, vt iam dixi, *Tarrutii*, ad Epocham *Catonianam* tradu&to, praeter mentem ipſius *Tarrutii*. vid. *Apparat.*

752. *Amulius* occiſus anno *Regni* XLII. *Numitor* autem, *Amulii* frater natu *maior*, auus autem *Romuli* et *Remi* maternus, *Albae Longae* in illius locum a nepotibus ſuffectus, pro rationibus *Dionyſii*.

751. Annus *ROMAE* natalitius, Romuli *Regni* I. *Aetat.* XIX. incipiens, pro rationibus *Dionyſii Catonianis*. Vt *Palilia* inciderent in *Olymp.* VII. 1. *exeuntem*, annumque *Numitoris* in Regno *Albano* I. annumque a *Troiae* clade 433. *Completo* nempe anno illius Epochae 432. Vid. *Apparat.* Tum *Romulus* ἐκτωκαιδεκαέτης, ὡς ἅπαντες ὁμολογοῦσιν οἱ τὰς περὶ αὐτῶ συγγράψαντες ἱστορίας. *Dionyſ.* L. II. p. 115.

748. *Romuli* Regni IV. *Aetat.* XXII. Raptus *Sabinarum*, ſententia veriſimillima, pro mente *Dionyſii*. Verba ſunt: ταῦτα δὲ γενέσθαι τινὲς μὲν γράφουσι κατὰ τὸν πρῶτον ἐνιαυτὸν τῆς Ῥωμύλου ἀρχῆς· Γναῖος δὲ Γέλλιος κατὰ τὸν τέταρτον· ᾧ καὶ μᾶλλον εἰκός. Prioribus ſuffragatur *Fabius*, teſte *Plutarcho* in *Romulo*, qui *menſe*

μετὰ τὴν κτίσιν IV. *raptum* fuiſſe ſtatuit. Is *Pictor* erat, ni fallor, Hiſtoricus *Romanorum* antiquiſſimus. Caeterum *ratione* fortaſſe non alia, quam quod *Conſualia* menſe a *Palilibus* XI. Kal. *Maias* IV. contigerint, nempe *Auguſti*, ſeu *Sextilis* die XVIII. eodem teſte *Plutarcho*. Sed *alterius anni* probabile eſt fuiſſe *Conſualia*, quibus raptae ſunt *Sabinae*. *Euſebius*, vel potius in Euſebiano Chronico *Hieronymus*, *tertio* poſt vrbem conditam *anno raptum* aſſignat. Non edito tamen, vti oportebat, vtque fecit *Dionyſius*, Auctoris *nomine*. Adhuc in viuis *Numitor*. p. 96. Fieri poteſt, vt vtrumque fuerit aliquatenus verum. Vt ſcilicet huius anni *Vere ineunte* conſilium captum fuerit de *inſidiis* in *Sabinas* ad ſequentia *Conſualia* venturis. Quae quidem *Conſualia* IV. fuerint ab *Vrbe condita* anni. Qua nempe annorum *V.C.* initia cenſentur a *Palilibus*, quae inſidiarum *conſilio* fuerint *recentiora*.

747. *Romuli* Regni V. XXIII. *Aetat.* inchoato, εἰς νέωτα, inquit *Dionyſius* p. 101. proximo nimirum poſt *raptum* anno, *Belli* in *Romanos Sabinorum*, duce *Tatio*, annus I. Ἔαρος ἀρχομένου. ib. Definit hoc anno annus *Belli* I. *Aug.* XVIII. ſi quidem *Belli* initium ab ipſis repetatur *Conſualibus*, quibus vis *Sabinis* illata eſt.

746. *Romuli* ann. VI. Regni, XXIV. *Aetat.* inchoat. *Belli* cum *Sabinis* II. pro mente *Dionyſii*.

745. *Romuli* ann. VII. Regni, XXV. *Aetat.* inchoat. *Belli* cum *Sabinis* III. exit ipſis *Conſualibus*. Poſtea *Pax* hoc eodem, vt videtur, anno, et initium Regni *Romani*, quod habuit *Tatium* cum *Romulo* commune.

744. *Romuli* ann. VIII. Regni, XXVI. *Aetat.* et *Tatii* ann. II. inchoati.

743. *Romuli* ann. IX. Regni, XXVII. *Aetat.* et *Tatii* ann. III. inchoati.

742. *Romuli* ann. X. Regni, XXVIII. *Aetat.* et *Tatii* ann. IV. inchoati.

741. *Romuli* ann. XI. Regni, XXIX. *Aetat.* et *Tatii* ann. V. inchoati.

740. *Romuli* ann. XII. Regni, XXX. *Aetat.* et *Tatii* ann. VI. inchoati. Hoc anno *caeſus Tatius*, pro rationibus *Dionyſii*, τρία μὲν ἔτη πολεμήσας (inquit) Ῥωμύλῳ, πέντε δὲ συνάρξας. p. 112.

739. *Romuli* ann. XIII. Regni, XXXI. *Aetat.* inchoatus. Hoc anno, vt videtur, commeatus *Romam* a *Cruſtuminis* miſſus, tum *fame* laborantem, a *Fidenatibus* interceptus.

738. *Romuli* ann. XIV. Regni, XXXII. *Aetat.* inchoatus. Hoc anno Expeditio *Romuli* in *Fidenates*, quos victos praeſidio occupauit, et agri parte multauit.

737. *Ro*

737. *Romuli* ann. XV. Regni, XXXIII. *Aetat.* inchoatus a *Palilibus*. Hoc autem anno Iuliano *Aprilis* XIII. nempe *veteris*, colonia *Fidenas* miſſa, teſte *Plutarcho*. Hoc nempe anno, cum illos *ſuperiori* anno viciſſet *Romulus*. Proinde *colonia* ipſa anno *Romuli* XIV. ad *exitum* vergente. Haec geſta inter mortem *Tatii* et victos *Camerinos*, ſic ego conſtituenda cenſui. Nec aliter, vt puto, quam volebat *Dionyſius*.

736. *Romuli* ann. XVI. Regni, XXXIV. *Aetat.* inchoatus. *Camerinos* vicit. Kalendis *Sextilibus* Cameriam *colonos* deduxit *Romulus*. Τοσοῦτον αὐτῷ περιῆν πολιτῶν, ἑκκαίδεκα ἔτη σχεδὸν οἰκοῦντι τὴν Ῥώμην, inquit *Plutarchus* in *Romulo*.

715. *Romuli* Regni XXXVII. *Aetat.* LV. mors. Nonis *Caprotinis*, nempe *Iulii* die VII. pro rationibus Dionyſii *Catonianis*. Perperam *Iulii* V. *Plutarchus* in *Numa*. Oblitus *Iulio* Nonas fuiſſe *ſeptimanas*. Hic annus erat *Romuli* XXXVII. L. I. p. 60. L. II. p. 115. *coeptus* tantummodo a *Palilibus*. Vid. *Apparat.* Aetatis annum egit LV. L. II. p. 115.

714. Τῷ ἑξῆς ἐνιαυτῷ μεσοβασίλειον. *Dionyſ.* L. II. p. 115. 118. Interregnum *pluſquam annuum*. Vid. *Apparat.*

713. *Numae* I. Regni, XL. *Aetat.* ἐνιαυτῷ τρίτῳ τῆς ἑκκαιδεκάτης Ὀλυμπιάδος. *Dionyſ.* L. II. p. 116. Sic et *Plutarchus* in *Numa*, quod tamen ille ab Auctore aliquo accepit *Catoniano*, nec interim obſeruauit, quam pugnaret cum hypotheſibus, quas ipſe frequentiſſime ſecutus eſt, pro ſeculi ſui more, *Varronianis*. Hinc conſtat, *priori* huius *anni* parte, quae *ſola* cum *Olymp.* XVI. 3. concurrebat, *coepiſſe*, pro Epocha *Catoniana*, *Numam*. Contigit haec electio *Numae* ἔτος ἤδη διατελοῦντι τεσσαρακοστόν, inquit *Plutarchus*. Sic loqui videtur, quaſi annum XL. accurate egerit, tum nuper initum. Id enim διατελεῖν, non autem διατετελεκέναι. Et quidem pro *mente* ipſius, ni fallor, *Plutarchi*. Sic enim ille paulo antea de huius Regis *Natali*: ἡμέρᾳ δὲ γενομένῳ (κατὰ δή τινα θείαν τύχην) ἐν ᾗ τὴν Ῥώμην ἔκτισαν οἱ περὶ Ῥωμύλον· αὕτη δέ ἐστι πρὸ δεκαμιᾶς καλανδῶν Μαΐων. Ipſis itaque *Palilibus* natus *Numa* annum vitae XL. ipſis etiam *Palilibus* inceperit. Hinc ergo *Regni initium*, ab illis nimirum ipſis *Palilibus*, quibus *vitae* annum iniuit XL. vt primus *Regni* cum *vitae* anno concurrerit eo, quem dixi, XL. Fieri poteſt, vt et in *aliis* quoque Regnis hanc eandem Regulam ſimiliter obſeruauerit, vt *annos* eorum *ſingulos* auſpicatus fuerit a *Palilibus*. Imo vix aliter ſupputare potuit, cum nullos haberet hoc ſeculo exploratos Regum Regnorumue *Natales*, vnde *ſingulorum annorum* calculi procederent, vt alibi[7] oſtendimus. *Annos* certe a *Vere* illum nouos inchoare, multa paſſim exempla habemus, quae Epocha erat rebus *militiae* gerendis

7 De *Cycl.* Diſſ. X. n. 25.

rendis aptissima. Sic itaque hi intelligendi erunt *Annales*, vt ab XI. Kal. *Maias* nouus procedat *annus*, qui dies erat *Aprilis veteris* XX. cum dies in *Aprili* XXIX. tantummodo numerarentur. Ita saltem hoc, quo versamur, Regno *Numae*. Ita a Nonis *Iuliis*, quibus fertur excessisse *Romulus*, ad *Numae* hoc *initium* in *Aprili* Interregnum fuerit annuo *nouem* fere *mensibus* auctius. Sic item *centum* Senatoribus obuenire potuit *Imperium*, quod *quinque dierum spatio finiebatur, ac per omnes in orbem ibat*, vt credidit saltem *Liuius* I. 17.

706. *Numae* VIII. Regni, XLVII. *Aetat.* ἔτος ὄγδοον αὐτῦ βασιλεύοντος, *peste* ingruente, sacrum *ancile* in sinum *Numae* delapsum, cuius in honorem et custodiam instituti *Salii*. Plutarch. *Num.*

671. *Numae* XLIII. Regni, LXXXII. *Aetat.* βιώσας μὲν ὑπὲρ ὀγδοήκοντα ἔτη, βασιλεύσας δὲ τρία καὶ τεττεράκοντα. *Dionys.* II. p. 130. 131. De *Regni* annis idem alibi: ἔπειτα Νομᾶς Πομπίλιος αἱρεθεὶς ὑπὸ τῦ δήμυ τρία καὶ τεττεράκοντα ἔτη βασιλεῦσεν. L. I. p. 60. Nec aliter alii. Nostrum autem est ostendere, quam sibi consentiat *Dionys.* In forma, qua vitae annos repraesentat *Dionysius*, suffragatur *Dionysio Lucianus*, qui etiam ipso numero *rotundo* contentus *Numam* ὑπὲρ ὀγδοήκοντα ἔτη vixisse refert. Similiter Plutarchus: ἐτελεύτησε δὲ χρόνον ὐ πολὺν τοῖς ὀγδοήκοντα προσβιώσας. Poterat autem *aetatem* accuratius designasse *Plutarchus*, si meminisset, iam antea Numam se, cum Regnum iniret, *quadragenarium* fuisse, vetere aliquo procul dubio Auctore praeeunte, tradidisse. Sic enim 82. annorum fuerit oportet *Numa*, cum decederet, quem annos in *Regno* 43. exegisse cognouerat ipse *Plutarchus*. Et *plenos* illos numeros esse necesse est, si a *Palilibus* calculus procedat ad *Palilia*, vt iam supra monuimus.

670. *Tulli Hostilii* annus I. ὁ δεύτερος ἐνιαυτὸς τῆς ἑβδόμης καὶ εἰκοστῆς Ὀλυμπιάδος, inquit *Dionysius* L. III. p. 131. 132. Incipit ab iisdem, in quibus annus *Numae* XLIII. desiit, *Palilibus*, quae hoc *Olympiadis* XXVII. anno 2. *exeunti* conueniebant, vt in nostris repraesentatur *Tabulis*.

667. *Tulli Hostilii* IV. *Horatiorum* et *Curiatiorum* certamen, quo *Romanis* obnoxii facti sunt *Albani*. Dictaturae *Metii Fufetii* a *Tullo Hostilio* acceptae annus I. *Albam Longam* iam ἐγγὺς ἐτῶν πεντακοσίων tenuerant *Albani*. Dionys. L. III. p. 140. Ὁμῶ πεντακόσια ἔτη τῦτο τὸ σχῆμα διαφυλάξαντες. Sic apud illum *Metius*, p. 157. erat enim annus *Albae Longae* 485. pro mente *Dionysii*, vt mox probabimus. Tum Roma *Albae Longae* colonia, ὐ πρὸ πολλῦ, sed τῇ τρίτῃ γενεᾷ πρὸ ταύτης, emissa, p. 140. 141. *Tertia* illa γενεὰ vtrobique numerus erat *Personarum* sibi inuicem in Principatu succedentium *ternarius*, apud *Romanos* nempe

Romuli

Romuli ipsius et *Numae* et *Tulli Hostilii*; apud *Albanos* vero *Numitoris*, *Cluilii* et *Metii Fufetii*. Apud *Albanos* erat ὀκτωκαιδεκάτη ἤδη γενεὰ p. 141. ea quoque *hominum* ab *Aenea* succedentium. Nam XV. ab *Aenea* numerabatur *Amulius*, quibus si *Numitorem*, *Cluilium*, ipsumque *Metium* addamus *Fufetium*; numerus ille γενεῶν satis accurate constabit. Frustra autem se torquent Viri eruditi, qui haec ad γενεῶν *Chronologiam* exigenda censent. Rudis erat illa omnis *Chronologia*, nec *Historicis* fulta monumentis, sed tantummodo *ratiociniis*, et proinde pro *vario* ratiocinantium *captu*, ipsa quoque *varia*. Proinde plane *importuna*, cum suppetunt *monumenta*. In *Dionysio* certe, qui γενεῶν frequentissime meminit, γενεῶν numeri iidem plane sunt cum numeris, quos dixi, *Personarum* sibi succedentium, etiam *fratrum*, etiam *nulla* sibi inuicem *necessitudine* iunctarum. Verba *Dionysii* ad I. precariam *Metii Fufetii* referenda Praefecturam haec sunt: καὶ τὸν ἄρχοντά γε αὐτῶν Φυφέτιον ἐπὶ τῆς ἀρχῆς καταστχὼν αὐτῆς. L. III. p. 152.

666. Verba *Dionysii*: ἐνιαύσιον διαλιπὼν χρόνον. L. III. p. 154. Hic annus est *Tulli Hostilii* V. *Longae Albae* 486. *Metii Fufetii* in precaria *Dictatura* II. *Medius* autem erat inter *Pacem* cum *Albanis* et rem gestam cum *Fidenatibus*, vt mox videbimus, totus *apparatui* insumtus. Hoc enim denotat vox διαλιπεῖν apud *Thucydidem*.

665. *Tulli Hostilii* VI. *Metii Fufetii* in precaria *Dictatura* III. Verba *Dionysii*: ἐπειδὴ τρίτον ἔτος ἐπὶ τῆς αὐτοκράτορος ἀρχῆς διέμεινε Τύλλυ κελεύσαντος. L. III. p. 154. Postea in persona ipsius *Metii*: καίτοι τιμηθεὶς ὑπὸ τῦ βασιλέως αὐτῶν τῇ αὐτοκράτορι ἀρχῇ, ἣν τρίτον ἔτος ἤδη τῦτο ἔχω. p. 155. *Annum* vero coloniae *Albanae*, quo translati sunt in Vrbem *Romanam Albani*, non numero, vt antea, *rotundo*, sed accurate, his verbis designauit *Dionysius*: ἔτη διαμείναντα μετὰ τὸν οἰκισμὸν πεντακόσια τριῶν ἐπὶ τοῖς δέκα δέοντα. L. III. p. 165. Erat ergo coloniae *Albanae* annus 487. vt in nostris legitur *Tabulis*. Hoc vni debemus *Dionysio*, vnde et *annum Tulli Hostilii* elicuimus, quo contigerit clades *Albana*, pro Epocha saltem *Dionysii Catoniana*. Biennio *antiquior* erat annus *Tulli* VI. pro situ Epochae *Varronianae*. Laxe nimis de hoc numero loquuntur Veteres alii ad vnum, vt opinor, omnes.

664. *Tulli Hostilii* VII. Βασιλεὺς δὲ Τύλλος τὸν ἐπιόντα χειμῶνα διαλιπὼν, ἔαρος ἀρχομένυ στρατὸν ἐπὶ Φιδηναίυς πάλιν ἐξάγει. *Dionys.* L. III. p. 165. Inde colligimus, anni superioris *Aestate* excisam esse *Albam Longam*. Hic autem annus a *Vere* incipit, pro supra datis rationibus, quibus annorum singulorum *initia* arcessuntur a *Palilibus*.

652. *Tulli Hoſtilii* XIX. Belli in *Sabinos* annus I. Ad verba *Dionyſii:* Μετὰ δὲ τοῦτον τὸν πόλεμον ἕτερος ἀνέστη Ῥωμαίοις ἐκ τῆ Σαβίνε ἔθνος. L. III. p. 166. Proelium *vnicum* victoria *ambigua*. Tum vtrique in fines ſuos rediere. Ante *Aeſtatem*, vt videtur, *elapſam*. Situs huius anni e duobus *ſequentibus* petendus eſt.

651. *Tulli Hoſtilii* XX. Belli in *Sabinos* annus II. Ad verba *Dionyſii:* καὶ διαλιπόντες τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον πάλιν ἐξήεσαν ἐπ' ἀλλήλων, μείζονας παρασκευασάμενοι δυνάμεις. L. III. p. 166. Hinc patet, ſuperioris anni *proelium* anni *initio* contigiſſe, vt pars anni *maxima* a *Bello* vacarit. Alium enim annum intelligi non patitur vox ἐκεῖνον. *Iterata* autem Expeditio noui *anni* fuerit oportet, diuerſique a *priori*. Sed et ipſius tantummodo nuper *ineuntis*.

650. *Tulli Hoſtilii* XXI. Belli in *Sabinos* annus III. poſt *Pacem* priori anno initam. *Sabinis* animus audendi acceſſit a *Latinis*, quos ſibi Belli *ſocios* ſperabant. Cauſa Belli cum *Latinis* erat, quod ſibi iunctis *Albanis*, iam ſibi Imperium in vrbes *Latinorum* XXX, quae *Longam Albam* Metropolim agnouerant, vendicarit *Hoſtilius*. Quod anno factum XV. ab excidio *Longae Albae* teſtatur *Dionyſius:* ἐτῶν διαγενομένων πεντεκαίδεκα μετὰ τὸν ἀφανισμὸν τῆς Ἄλβας. L. III. p. 168. Hic annus in *hunc*, quem dixi, annum *Hoſtilii* conuenit pro noſtris *Tabulis*. Sed *inducias* cum *Latinis* hoc anno factas docet *Dionyſius*. Ita factum, vt domandae *Sabinorum* perfidiae vacarit *Hoſtilius*.

649. *Tulli Hoſtilii* XXII. Belli cum *Latinis* I.

648. *Tulli Hoſtilii* XXIII. Belli cum *Latinis* II.

647. *Tulli Hoſtilii* XXIV. Belli cum *Latinis* III.

646. *Tulli Hoſtilii* XXV. Belli cum *Latinis* IV.

645. *Tulli Hoſtilii* XXVI. Belli cum *Latinis* V. πρῶβη δὲ ἄχρι πενταετοῦς χρόνου. *Dionyſ.* L. III. p. 168. πόλεμος ὁ ἔμβριος ἐν ὀλίγῳ καθαιρεθῆναι χρόνῳ. p. 167. Tum *longinquo morbo implicitus*, *Tunc fracti ſimul cum corpore ſpiritus illi feroces*. Liv. I. 31. Inde *poſtremorum* tot annorum Pax. *Tullus Hoſtilius* κάμνων ἐπὶ πολλοὺς χρόνους. *Dionyſ.* L. III. p. 170.

639. *Tulli Hoſtilii* XXXII. qui et *vltimus*. Τύλλος δὲ Ὁσίλιλιος μετὰ Νομᾶν, δύο καὶ τριάκοντα. *Dionyſ.* L. I. p. 60. ἔτη δὲ κατασχὼν τὴν ἀρχὴν δύο καὶ τριάκοντα τελευτᾷ τὸν βίον. L. III. p. 169.

638. *Anci Marcii* annus I. ἐνιαυτῷ δευτέρῳ τῆς τριακοστῆς καὶ πέμπτης Ὀλυμπιάδος. *Dionyſ.* L. III. p. 170. Ab illis nempe *Palilibus*, quae in annum *Olymp.* XXXV. 2. incidebant *deſinentem*. Hoc anno εὐθὺς ἅμα τῷ παρελθεῖν αὐτὸν ἐπὶ τὴν ἡγεμονίαν. *Dionyſ.* L. III. p. 171. *Pacem* cogitanti *Bellum* ortum cum *Latinis*, quo *Politorium* expugnat *Ancus Marcius*.

637. *Anci Marcii* ann. II. τῷ ἑξῆς ἐνιαυτῷ. *Dionyſ.* L. III. p. 171. *Politorium* vrbem expugnat τὸ δεύτερον. p. 171. diruitque.

636. *Anci Marcii* ann. III. τῷ ἑξῆς ἔτει. *Dionyſ.* L. III. p. 171. *Latini Medulliam* expugnant, coloniam *Romanam*. Hanc vrbem τριετῆ χρόνον ὑπὸ τοῖς Λατίνοις γενομένην τῷ τετάρτῳ κομίζεται πάλιν ἐνιαυτῷ πολλαῖς καὶ μεγάλαις παρασησάμενος μάχαις. *Dionyſ.* L. III. p. 172. Hic ergo I. annus eſt *Medulliae* penes *Latinos*. Κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον *Marcius Tellenem*, *Latinorum* vrbem, expugnat. *Dionyſ.* ib. Proinde *hoc* anno.

635. *Anci Marcii* annus IV. *Medulliae* a *Latinis* expugnatae II.

634. *Anci Marcii* ann. V. *Medulliae* a *Latinis* expugnatae III. Hoc anno, fortaſſe, *captae* ab *Anco Marcio Fidenae*, translatis *Romam* incolis *Fidenarum*.

633. *Anci Marcii* ann. VI. *Medulliae* a *Latinis* poſſeſſae IV. quo *iterum* a *Romanis Medullia* expugnata eſt, vt ſupra. *Colonia Fidenas* miſſa a *Latinis* hoc, vt videtur, anno, vel *ſuperiori*.

632. *Anci Marcii* ann. VII. quo iterum τὸ δεύτερον *Fidenas* in Populi *Romani* poteſtatem redegit, τρίτῳ πρότερον ἐνιαυτῷ λαβὼν καθ' ὁμολογίας. *Dionyſ.* L. III. p. 172. μετ' ὀ πολύ, quam *Medulliam* recepiſſet. *Dionyſ.* ib.

631. *Anci Marcii* ann. VIII. Tarquinii Priſci *Aetat.* XXVI. μετὰ τοῦτο, poſt receptas nempe *Fidenas*. *Dionyſ.* ib. p. 172. duo cum *Latinis* proelia ingentia, quorum priori *pares*, poſteriori *victores* diſceſſere *Romani*. Hoc tandem anno *Marcii* VIII. *Romam* veniſſe dicitur *Tarquinius Priſcus*, pro ſententia *Dionyſii*, Auctore *Licinio Macro*. Sic enim *Dionyſius* L. IV. p. 203. de aduentu *Tarquinii Priſci:* Παραγίνεται δ' εἰς Ῥώμην, Ἄγκε Μαρκίε βασιλεύοντος, ὡς μὲν Γέλλιος ἱστορεῖ, κατὰ τὸν πρῶτον ἐνιαυτὸν τῆς βασιλείας· ὡς δὲ Λικίνιος γράφει, κατὰ τὸν ὄγδοον. Sed *Licinii Macri* ſententiam potius amplectitur, vt anno *ſequenti* oſtendemus. Tum annum egit, pro ſententia *Dionyſii*, XXV. ſic ergo poſtea: Εἰ δὴ παρεγένετο μὲν εἰς Ῥώμην οὐ πλείω τῶν πέντε καὶ εἴκοσι γεγονὼς ἐτῶν, Ἄγκῳ δὲ βασιλεῖ κατὰ τὸν ὄγδοον τῆς ἀρχῆς ἐνιαυτὸν φίλος γενόμενος: p. 203.

630. *Anci Marcii* IX. Tarquinii Priſci *Aetat.* XXVII. ad verba *Dionyſii:* Μετὰ δὲ ταύτας τὰς μάχας ἀγὼν ἐκ παρατάξεως ἐδόθη αὐτοῖς πρὸς ἀλλήλους συνέχης, καταδρομαὶ δὲ τῆς ὁμόρου χώρας ὑπ' ἀμφοτέρων ἐγίνοντο συνεχεῖς, καὶ συμπλοκαὶ τῶν περιπόλων τῆς γῆς ἱππέων τε καὶ ψιλῶν, ἐν αἷς ἐπεκράτησαν ὡς τὰ πολλὰ Ῥωμαῖοι, δύναμιν ὑπαίθρον ἔχοντες ἐν τοῖς ἐπικαίροις φρυρίοις ἐπικαθημένην, ἧς ὁ Τυρρηνὸς Ταρκύνιος ἡγεῖτο. L. III. p. 172. Haec prima mentio eſt *Tarquinii Priſci* in rebus a *Marcio* militia geſtis. Conferantur cum his eiusdem *Dionyſii* verba L. IV. p. 203. de eodem *Tarquinio Priſco:* κατὰ τὸν ἔννατον ἐνιαυτὸν τῆς Ἄγκε δυναστείας ἱππέων ἡγούμενος ἐπὶ τὸν πρὸς Λατίνους πόλεμον ὑπὸ τῷ βασιλέως πέμπτῳ, ὡς ἀμφότεροι λέγουσιν οἱ συγ-

οἱ συγγραφεῖς. Hic sane manifestum est, qui de *anno* dissentiebant, quo venerit ad *Ancum Marcium Tarquinius Priscus*, in eo tamen inuicem *consentire*, IX. fuisse *Anci Marcii* annum, quo praefidiis *equestribus* praefectus est *Tarquinius Priscus*, quod *hoc* demum *anno* factum docet hoc in loco *Dionysius*, quo ratio *Belli* vniuersa mutata est a *iustis* vtrarumque partium *aciebus* ad *velitationes* inter *finium* praefidiarios. Itaque in hoc anno suffragantur inuicem tam *Licinius Macer*, quam *Gellius*. Et ex *huius anni* situ verisimilis etiam redditur dispositio nostra in *annis* etiam *praecedentibus*.

629. *Anci Marcii* X. Tarquinii Prisci *Aetat.* XXVIII. ad verba *Dionysii*: Ἀπέσησαν δὲ καὶ Φιδηναῖοι Ῥωμαίων κατὰ τὰς αὐτὰς χρόνες. Non certe *ante* hunc annum, vt *vno* saltem *anno*, pro *noui* Belli cum *Latinis* modo, praefidiis *limitaribus* praeesset *Tarquinius Priscus*, qui hoc *nouo* Bello *Anco Marcio* aderat rem gerenti in *Fidenates*. Antea tamen, quam Bello *Latino finis* imponeretur, vt e *sequentibus* constabit. Captis enim *Fidenis* victisque *Sabinis*, *induciarum* necessitatem illam fuisse tradit *Dionysius*, vt *Latinis* vacarent: ἔτι γὰρ ὁ πρὸς Λατίνων πόλεις ἀνεσηκὼς τοῖς Ῥωμαίοις πόλεμος ἀναγκαίας ἐποίει τὰς πρὸς τὰς ἄλλας ἐχθρὰς ἀνοχάς τε καὶ διαλύσεις. Vox ἔτι iam *antea* coeptum fuisse innuit *nouum* illum Belli cum *Latinis* gerendi *modum* per praefidiorum *limitaneorum* velitationes. Sic ergo intelligendae voces κατὰ τὰς αὐτὰς χρόνες, vt *tempus* quidem Belli *Latini* designent, non autem temporis, quo Bellum *illud* exarserit, *initium*.

628. *Anci Marcii* XI. Tarquinii Prisci *Aetat.* XXIX. post Bellum cum *Fidenatibus* et *Sabinis* I.

627. *Anci Marcii* XII. Tarquinii Prisci *Aetat.* XXX. post Bellum cum *Fidenatibus* et *Sabinis* II.

626. *Anci Marcii* XIII. Tarquinii Prisci *Aetat.* XXXI. post Bellum cum *Fidenatibus* et *Sabinis* III. Hoc anno occasio data *noui* cum *Veientibus* Belli, quod anno *sequenti* erupit. Verba *Dionysii*: Ἐκεῖνοι δ' ἤρξαντο ἐνιαυτῷ πρότερον εἰς τὴν Ῥωμαίων γῆν ἐμβαλόντες, καὶ πολλὰς ἁρπαγὰς χρημάτων, πολὺν δὲ ὄλεθρον ἀνθρώπων ποιήσαντες. L. III. p. 173.

625. *Anci Marcii* XIV. Tarquinii Prisci *Aetat.* XXXII. Novum erupit cum *Veientibus* Bellum (cuius tamen *occasio* anno iam *superiori* data fuerat) τετάρτῳ δὲ μάλιστα μετὰ τόνδε τὸν πόλεμον ἐνιαυτῷ. *Dionys.* L. III. p. 181. Bellum intelligit, non cum *Latinis*, sed cum *Fidenatibus* et *Sabinis*, quo fuerit *quadriennio* recentius Bellum cum *Veientibus*. Victi hoc anno *Veientes*, et ad *inducias* adacti.

624. *Anci Marcii* XV. Tarquinii Prisci *Aetat.* XXXIII. *induciarum* cum *Veientibus* annus I.

623. *Anci*

623. *Anci Marcii* XVI. Tarquinii Prisci *Aetat.* XXXIV. *induciarum* cum *Veientibus* annus II. Δευτέρῳ δ' ὕστερον ἔτει πάλιν τῶν Οὐϊεντανῶν καταλυσάντων ἃς ἐποιήσαντο πρὸς αὐτὸν ἀνοχάς, *Dionys.* L. III. p. 174. repetunt *Veientes* ciuitates, quas *Romulo* per pacta concesserant. Inde *nouum* Bellum, quo victi iterum *Veientes*, et fortitudinis praemium reportauit *Tarquinius Priscus*, tum *Patricius* factus, deinde *Senator*.

Post annum hunc res gessit *Ancus* primum in *Volscos*, tum denique in *Sabinos*. Sed *annis* admodum *incertis*.

615. *Anci Marcii* XXIV. qui et *vltimus*. Tarquinii Prisci *Aetat.* XLII. Ὁ δ' ἐπὶ τούτῳ βασιλεύσας Ἄγκος Μάρκιος, τέτταρα πρὸς τοῖς εἴκοσι. *Dionys.* L. I. p. 60. ἐπὶ τέτταρα πρὸς τοῖς εἴκοσιν ἔτη τὴν βασιλείαν κατασχὼν ἀποθνήσκει. L. III. p. 176.

614. *Tarquinii Prisci* annus I. Regni, XLIII. *Aetatis*. ἐνιαυτῷ, δευτέρῳ μάλιστα τῆς μιᾶς καὶ τετταρακοστῆς Ὀλυμπιάδος. *Dionys.* L. III. p. 176. Nec sane id incommode, pro *aetate Tarquinii Prisci*, quam tribuit illi *Dionysius*, cum *Romam* veniret. Annum agebat VIII. *Anci Marcii* anno, pro coniectura *Dionysii*, XXV. Lib. IV. p. 203. Quae certe *coniectura* longe a vero aberrare non potuit. Sic enim egerit, cum *moreretur*, LXXX. Lib. IV. p. 203. Nec multo minor esse potuit, vt *par* esset rebus, quas sub *Anco Marcio* maximas gessit, gerendis, ab anno *Marcii* saltem IX. Sed vero ab anni VIII. *initio*, vel VII. fortasse *fine*, procedit ille calculus. Nec enim potuit aliter *Dionysius* annos *Tarquinii Prisci* sub *Anco Marcio* XVII. numerare. Proinde in *Olymp.* XXXVII. 1. *exeuntem* inciderit *Tarquinii Prisci natalis*. Itaque vt tum ageret annum *aetatis* XXV. *natus* fuerit oportet *Olymp.* XXX. 4. similiter *desinente*. Nec multo *citius* nasci potuit. Nam *Cypseli* motu, tum *nuper*, pulsis *Corinthio Bacchiadis*, tyrannidem adepti, e *Graecia* in *Italiam* migrasse *Tarquinii* patrem *Demaratum Corinthium*, testantur omnes. Nempe propter *seditiones* ea occasione *Corinthi* ortas, quae ipso tyrannidis *initio* contigerunt. Sed vero *initium Cypseli* ex *initio* filii successorisque *Periandri* colligendum est. *Periandri finem* anno ante *Croesi* finem XLI. assignat *Sosicrates* apud *Laërtium*. Sic tamen locus hodie concipitur, quasi *vno ante Olymp.* XLIX. *anno*, et proinde anno *Ol.* XLVIII. 4. finem *Periandri* statuisset *Sosicrates*. Caeterum *Periandro* annos XL, et *Olympiades* proinde *decem*, concedit Auctor omnium fide dignissimus, [8] *Aristoteles*. Ita coeperit *Olymp.* XXXVIII. 4. *Periander*, et *mortuus* fuerit eodem *Periandri* pater, *Cypselus*. Porro *Cypselo* annos XXX. (qui *Olympiades septem* sunt, et *anni* praeterea *duo*) tribuit

[8] *Arist.* Polit. IV.

buit idem *Aristoteles*. Ita *Olymp.* XXXI. 2. inierit *Cypselus Corinthi*, cum annum *aetatis* saltem 2. ageret *Tarquinius Priscus*, quod omnium *consensu* constat esse falsissimum. Nam et natum *Tarquiniis Lucumonem*, qui postea *Tarquinius Priscus* appellabatur, hac ipsa de *causa*, quod inde fuerit oriundus; et *matre* editum, quae *ciuis* fuerit *Tarquiniensis*, omnes consentiunt. Proinde antea *Demaratus* in *Italiam* venerit, quam vel *matrem* filii Lucumonis *vxorem* duxerit. Sic *vno* saltem ante *Tarquinii* natalem *anno* patrem *Demaratum Tarquinios* venisse necesse erit. Nec sufficiet, vt annos *Cypselo* XXVIII. tantummodo concedamus, quod facit *Eusebius*. Longe *melius* haec inuicem conciliabimus, si *captas* cum *Croeso Sardes Olymp.* LVIII. 1. statuamus cum optimis Auctoribus. Sic annus XLI. retro supputatus in annum desinet *Olymp.* XLVII. 4. et *Periander Olymp.* XXXVII. 4. inierit. Ipse vero *Cypselus Olymp.* XXX. 2. *duobus*, ante *Tarquinii* natalem, *annis*. Ita quidem, pro rationibus *Dionysii Catonianis*. Verae autem *Varronis* rationes VIII. *Anci Marcii*, et proinde *Tarquinii Prisci* natalem, *biennio* facient antiquiores. Et ipso illo anno natalem *Tarquinii Prisci* statuent, quo *Corinthi* tyrannidem adeptus est *Cypselus*. Sed vel ita quoque fati commode procedet calculus, si VIII. *Anci Marcii* desinente annum XXV. impleuerit *Tarquinius*, quod certe maluisse *Dionysii* videntur *Auctores*, qui *aduentum Tarquinii* ad annum *Marcii* referunt VIII. vt male propterea annos illius sub *Marcio* numerarit XVII. cum XVI. tantummodo fuerint reuera numerandi. Et certe *Cypseli* initium ad *Olymp.* XXX. 1. retulit *Eusebius*. Ita hi calculi in arctum contrahuntur, vt vel exinde colligamus errorem insignem nullum subesse potuisse. Annus erat *post centesimum fere annum, quam Romulus Deo prognatus, Deus ipse retinuerit Regnum.* Liv. I. 40. Mors *Romuli* anno V. C. 37. Successio *Tarquinii* ann. V. C. 138. Itaque *fere*. Eaedem enim sunt *Liuii*, quae et *Dionysii*, rationes. Nempe *Catonianae*.

Hoc etiam eodem anno *Regni* I. victos *Apiolanos* in Populi *Romani* potestatem redegit. Id innuunt verba: ἐπειδὴ δὲ παρέλαβε τὴν ἀρχήν. L. III. p. 178. Innuit et *ratio* defectionis, quod *Anci Marcii* obitu solutos se a foederis cum *Marcio* initi conditionibus arbitrarentur. Mox itaque audito *Marcii* decessu latrociniis et incursionibus *Romanos* fines infestarunt. Mox *Latinarum* auxiliis accitis, Belli aleam cum *Tarquinio* experiuntur. Bis victi *obsidione* clauduntur. Expugnati partim *interfecti*, partim in *seruitutem* abducti, excisis patriae non *moenibus* duntaxat, verum etiam *aedificiis*. Denique de *Romano* Rege subiungit *Dionysius*: ἀπῆγε τὴν δύναμιν ἐπ' οἴκου. Vnius anni haec sunt gesta perpetua, nec alterius, quam quem I. habuit *Tarquinius* in *Regno*. Idque adhuc manifestius constabit e rebus anni sequentis, in quibus *secundi* anni notam obseruabimus. Erant autem, qui hoc I. *Tarquinii Prisci* anno etiam *Ocriculum* expugnatum arbitrabantur. Fauent verba *Liuii*, qui *Seruii Tullii* aetatem, qui *Ocriculo* expugnato *natus* est, ab hoc I. *Tarquinii* anno arcessere videtur. *Duodequadragesimo* (inquit) *anno, ex quo regnare coeperat Tarquinius, non apud Regem modo, sed apud Patres Plebemque, longe maximo honore Seruius Tullius erat.* L. I. c. 40. Nescio, annon *Lucianus*, in *Macrobiis*, qui *octogenario* superiorem facit eundem *Tullium*. *Dionysius* autem ab anno *Tarquinii* VIII. vt mox videbimus. Non certe *primo*, vt mox etiam constabit. Et tamen, si vel *vno anno* maiorem octogenario *Seruium* fecerit *Lucianus*, primum hunc *Tarquinii Prisci* annum pro *Seruii natalitio* habuerit oportet.

613. *Tarquinii Prisci* annus II. ad verba *Dionysii*: Μετὰ τοῦθ' ἑτέραν στρατιὰν ἀπῆγεν ἐπὶ τὴν Κορυσομεριτῶν. L. III. p. 179. Alterius *anni* a priori nota est ἑτέρα στρατιά. Militum scilicet de *nouo* conscriptorum e *matricula* Ciuitatis, et *nouae* adeo *Expeditionis*, nouique *Veris*, e nouis arcessendi *Patribus*. Huius *anni* ambitu, non *Crustumerinos* tantummodo et *Nomentanos* et *Collatinos*, sed etiam *Corniculanos* expugnauit *Tarquinius*. Vnius *Expeditionis* has omnes fuisse victorias exinde colligimus, quod hucusque *tarda Latinorum* auxilia pro causa habeat *Dionysius*, cur *Tarquinius* eousque fuerit progressus, vix adeo futura *tarda*, si plusquam *vnius anni* opera tot potitus fuisset vrbibus. Sed nec spatium aliquod *interpositum* legimus, nec *receptum Tarquinii*, quo tot prosperos successus interpolarit. Nedum in *hiberna*. Sed vero hunc *secundum Tarquinii* annum numerabant, ni fallor, qui *Seruium Tullium* octogenario *maiorem* arbitrabantur. Is enim numerus est *annorum*, si ab hoc anno ante *Christum* 613. procedat calculus ad annum *Seruii Tullii* vltimum, qui fuit ante *Christum* 533. pro rationibus *Catonianis*. Nam *ante* hunc *annum* ne quidem nasci *Seruius* potuit, quo captum est *Corniculum*, qui *matre* editus est *Corniculana*, et quidem iure Belli *ancilla*, quae *libertatem* cum *vrbe* patria amiserit. Hanc *Seruii* aetatem fuisse scribit *Lucianus* in *Macrobiis*, veteri aliquo, qui *Luciano* praeiuerit, procul dubio Auctore. Sed *series* ipsa rerum gestarum *anno* hoc, in quo versamur, *exeunte Corniculum* expugnatum esse docet. Vel inde intelligimus, hoc anno nasci ne quidem potuisse *Seruium Tullium*, qui non *natus* modo, verum etiam *genitus* est, capite matris per captiuitatem deminuto. Proinde *ratiociniis* potius, quam disertis *testimoniis*, illam *Seruii Tullii* aetatem collectam fuisse verisimillimum est. Hoc nempe potissimum, vt videtur, *ratiocinio*, quod hoc demum *Tarquinii Prisci*

buit idem *Aristoteles*. Ita *Olymp.* XXXI. 2. inierit *Cypselus Corinthi*, cum annum *aetatis* saltem 2. ageret *Tarquinius Priscus*, quod omnium *consensu* constat esse falsissimum. Nam et natum *Tarquiniis Lucumonem*, qui postea *Tarquinius Priscus* appellabatur, hac ipsa de *causa*, quod inde fuerit oriundus; et *matre* editum, quae *ciuis* fuerit *Tarquiniensis*, omnes consentiunt. Proinde antea *Demaratus* in *Italiam* venerit, quam vel *matrem* filii Lucumonis *vxorem* duxerit. Sic *vno* saltem ante *Tarquinii* natalem *anno* patrem *Demaratum Tarquinios* venisse necesse erit. Nec sufficiet, vt annos *Cypselo* XXVIII. tantummodo concedamus, quod facit *Eusebius*. Longe *melius* haec inuicem conciliabimus, si *captas* cum *Croeso Sardes Olymp.* LVIII. 1. statuamus cum optimis Auctoribus. Sic annus XLI. retro supputatus in annum desinet *Olymp.* XLVII. 4. et *Periander Olymp.* XXXVII. 4. inierit. Ipse vero *Cypselus Olymp.* XXX. 2. *duobus*, ante *Tarquinii* natalem, *annis*. Ita quidem, pro rationibus *Dionysii Catonianis*. Verae autem *Varronis* rationes VIII. *Anci Marcii*, et proinde *Tarquinii Prisci* natalem, *biennio* facient antiquiores. Et ipso illo anno natalem *Tarquinii Prisci* statuent, quo *Corinthi* tyrannidem adeptus est *Cypselus*. Sed vel ita quoque satis commode procedet calculus, si VIII. *Anci Marcii* desinente anno XXV. impleuerit *Tarquinius*, quod certe maluisse *Dionysii* videntur *Auctores*, qui *aduentum Tarquinii* ad annum *Marcii* referunt VIII. vt male propterea annos illius sub *Marcio* numerarit XVII. cum XVI. tantummodo fuerint reuera numerandi. Et certe *Cypseli* initium ad *Olymp.* XXX. 1. retulit *Eusebius*. Ita hi calculi in arctum contrahuntur, vt vel exinde colligamus, errorem insignem nullum subesse potuisse. Annus erat *post centesimum fere annum, quam Romulus Deo prognatus, Deus ipse, tenuerit Regnum.* Liv. I. 40. Mors *Romuli* anno V. C. 37. Successio *Tarquinii* ann. V. C. 138. Itaque *fere*. Eaedem enim sunt *Liuii*, quae et *Dionysii*, rationes. Nempe *Catonianae*.

Hoc etiam eodem anno *Regni* I. victos *Apiolanos* in Populi *Romani* potestatem redegit. Id innuunt verba: ἐπειδὴ δὲ παρέλαβε τὴν ἀρχήν. L. III. p. 178. Innuit et *ratio* defectionis, quod *Anci Marcii* obitu solutos se a foederis cum *Marcio* initi conditionibus arbitrarentur. Mox itaque audito *Marcii* decessu latrociniis et incursionibus *Romanos* fines infestarunt. Mox *Latinorum* auxiliis accitis, Belli aleam cum *Tarquinio* experiuntur. Bis victi *obsidione* clauduntur. Expugnati partim *interfecti*, partim in *seruitutem* abducti, excisis patriae non *moenibus* duntaxat, verum etiam *aedificiis*. Denique de *Romano* Rege subiungit *Dionysius*: ἀπῆγε τὴν δύναμιν ἐπ' οἴκου. Vnius anni haec sunt gesta perpetua, nec alterius, quam quem I. habuit *Tarquinius*

quinius in *Regno*. Idque adhuc manifestius constabit e rebus anni sequentis, in quibus *secundi* anni notam obseruabimus. Erant autem, qui hoc I. *Tarquinii Prisci* anno etiam *Ocriculum* expugnatum arbitrabantur. Fauent verba *Liuii*, qui *Seruii Tullii* aetatem, qui *Ocriculo* expugnato *natus* est, ab hoc I. *Tarquinii* anno arcessere videtur. *Duodequadragesimo* (inquit) *anno, ex quo regnare coeperat Tarquinius, non apud Regem modo, sed apud Patres Plebemque, longe maximo honore Seruius Tullius erat.* L. I. c. 40. Nescio, annon *Lucianus*, in *Macrobiis*, qui *octogenario* superiorem facit eundem *Tullium*. *Dionysius* autem ab anno *Tarquinii* VIII. vt mox videbimus. Non certe *primo*, vt mox etiam constabit. Et tamen, si vel *vno anno* maiorem octogenario *Seruium* fecerit *Lucianus*, primum hunc *Tarquinii Prisci* annum pro *Seruii natalitio* habuerit oportet.

613. *Tarquinii Prisci* annus II. ad verba *Dionysii*: Μετὰ τοῦθ' ἑτέραν στρατιὰν ἀπῆγεν ἐπὶ τὴν Κρυστομερινῶν. L. III. p. 179. Alterius *anni* a priori nota est ἑτέρα στρατιά. Militum scilicet de *nouo* conscriptorum e *matricula* Ciuitatis, et *nouae* adeo *Expeditionis*, nouique *Veris*, e nouis arcessendi *Palilibus*. Huius *anni* ambitu, non *Crustumerinos* tantummodo et *Nomentanos* et *Collatinos*, sed etiam *Corniculanos* expugnauit *Tarquinius*. Vnius *Expeditionis* has omnes fuisse victorias exinde colligimus, quod hucusque *tarda Latinorum* auxilia pro causa habeat *Dionysius*, cur *Tarquinius* eousque fuerit progressus, vix adeo futura *tarda*, si plusquam *vnius anni* opera tot potitus fuisset vrbibus. Sed nec spatium aliquod *interpositum* legimus, nec *recessum Tarquinii*, quo tot prosperos successus interpolarit. Nedum in *hiberna*. Sed vero hunc *secundum Tarquinii* annum numerabant, ni fallor, qui *Seruium Tullium* octogenario *maiorem* arbitrabantur. Is enim numerus est *annorum*, si ab hoc anno ante *Christum* 613. procedat calculus ad annum *Seruii Tullii* vltimum, qui fuit ante *Christum* 533. pro rationibus *Catonianis*. Nam *ante* hunc *annum* ne quidem nasci *Seruius* potuit, quo captum est *Corniculum*, qui *matre* editus est *Corniculana*, et quidem iure Belli *ancilla*, quae *libertatem* cum *vrbe* patria amiserit. Hanc *Seruii* aetatem fuisse scribit *Lucianus* in *Macrobiis*, veteri aliquo, qui *Luciano* praeiuerit, procul dubio Auctore. Sed *series* ipsa rerum gestarum *anno* hoc, in quo versamur, *exeunte Corniculum* expugnatum esse docet. Vel inde intelligimus, hoc anno nasci ne quidem potuisse *Seruium Tullium*, qui non *natus* modo, verum etiam *genitus* est, capite matris per captiuitatem deminuto. Proinde *ratiociniis* potius, quam disertis *testimoniis*, illam *Seruii Tullii* aetatem collectam fuisse verisimillimum est. Hoc nempe potissimum, vt videtur, *ratiocinio*, quod hoc demum *Tarquinii Prisci*

anno *Corniculum* in fidem Populi *Romani* veniſſe Hiſtoriae docuiſſent, vnde ad mortem *Seruii Tullii* is numerus conſtaret annorum *octogenarius*. Itaque, vt minus verum fuiſſet, quod *ratiocinia* docuerant, tantam illam fuiſſe *Seruii Tullii*, cum interficeretur, aetatem; non tamen id obſtabat, quo minus verum fuerit, quod aliunde, quam ex *Hiſtoricis* monumentis, diſcere vix potuerant, hoc ſaltem *Tarquinii Priſci* anno *ſecundo* Romanorum iugo ſubditum eſſe *Corniculum*. Sed qui e *matre* natus erat iam patriae excidio *haſtae* ſubdita, non tamen neceſſe erat, vt *mox* natus ex eadem fuerit, quum libertatem amiſiſſet, quo tamen *Liuium* magis propendere fateor, qui *viri* in excidio *Corniculano* occiſi *filium Tullium* arbitratur, et *prohibitam ſeruitio a Romana Regina Seruii Tullii* matrem *Ocriſiam*. Et viri *Corniculani filium* fuiſſe *Tullium*, qui *Tullii* etiam *nomen* a patre acceperit *Corniculano*, ſuſpicatur potius *Dionyſius*. Proinde a recepto *Corniculo* aetas *Seruii Tullii* arceſſenda eſt, etiam pro ſententia *Dionyſii*. Itaque de *anno* cladis *Corniculanae* varias fuiſſe veriſimile eſt Hiſtoricorum ſententias, quales fuiſſe iam vidimus de *anno* raptarum virginum *Sabinarum*. Nec enim *ſecundo Tarquinii* anno natum *Tullium*, aut proinde captum *Corniculum*, mox probabimus.

607. *Tarquinii Priſci* annus VIII. ad verba eadem *Dionyſii*, pro ſententia ipſius *Dionyſii*. Natus *Seruius Tullius* ex *Ocriſia*, ciue *Ocriculana*. *Natus* ἐκ τῆς Ὀκρισίας ἔτι δηλευούσης. *Dionyſ.* IV. p. 198. Inde *Seruii* nomen. ibid. Nonis *menſis* incerti. Vid. *Diſſ.* X. de Cycl. n. 25. Sed *anni* certe ad exitum *vergentis*. Hoc autem potius, quam *ſuperiori*, anno, pro mente *Dionyſii*. Ait enim, *Seruium Tullium Tarquinio Superbo* tribus duntaxat annis natu fuiſſe maiorem. Verba illa ſunt: ὅτε ἡλικίας ἀξιώματι παρὰ πολὺ διήλλατλεν, ἀλλὰ τρισὶ μόνον ἔτεσι θατέρᾳ πρεσβύτερος ἦν. L. IV. p. 204. Maiorem autem fratrum *Tarquiniorum*, *Superbum*, non minus XXVII. fuiſſe, cum *Priſcus* occideretur, ſi quidem *Priſcus* fuiſſet illius pater. Sic enim paulo antea: ὁ δὲ Λεύκιος ὁ πρεσβύτερος ὢ μείων ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν ἐτῶν. Ita annum, cum interficeretur *Tarquinius Priſcus*, XXX. duntaxat egerit *Seruius Tullius*. Anni illi ex annis XXXVIII. quibus in vniuerſum regnauit *Priſcus*, deducti, VIII. *Tarquinii Priſci* annum reliquum facient, quo *natus* fuerit *Seruius Tullius*, et quo proinde in *Tarquinii* poteſtatem venerit *Ocriculum*. Sic egerit *Seruius Tullius*, cum etiam ipſe a *Tarquinio Superbo* occideretur, annum *aetatis* LXXIV. quae aetas ipſa ſatis erat, vt *Tarquinio Superbo* percuſſore viribus fuerit inferior, cum tanto fuerit corporis vigore *Tarquinius*, vt aetatis annum attigerit XC. vt mox obſervabimus. Neque vero verba *Dionyſii*: Μετὰ τοῦθ' etc. annum neceſſario

neceſſario deſignant, qui captos *Apiolanos* proxime exceperit. Poſſunt autem etiam ad illum ſatis commode referri, qui, multis demum annis interpoſitis, exceperit.

606. *Tarquinii Priſci* annus IX. *Seruii Tullii* Aetatis I. ad verba *Dionyſii*: Ἐφ' οἷς οἱ Λατῖνοι χαλεπῶς φέροντες ἐψηφίσαντο κοινῇ στρατιὰν ἐπὶ Ῥωμαίους ἐξαγαγεῖν. L. III. p. 180. *Noui anni* notam exiſtimo, quo iam *Latini* nominis *communi* decreto Bellum fuerit in *Romanos* denunciatum. Nec tamen a *geſtis* ſupra memoratis, quae *noui* Belli *cauſam* dederant, *longe* diſſiti. Nempe vt *proditis* ſuperioris anni *mora* tam *diutina* ciuitatibus rem gratam facerent, *aliiſque*, hoc etiam anno, ſi negligerentur, earundem exemplo, defecturis. Vrgebat enim victorias *Tarquinius*, nec patiebatur, vt impune ferrent tantam illam in ſociis iuuandis ſegnitiem. Agrum *Romanum* praedabantur *Latini*, quibus τὴν εὔζωνόν τε καὶ ἐν ἑτοίμῳ δύναμιν oppoſuit *Tarquinius*, qui antea coactum exercitum non habebat. Et cum illos non fuiſſet aſſecutus, in agrum etiam ipſe viciſſim *Latinorum* impetum fecit. Haec *veris ineuntis* geſta videntur, cum nec *foris* exercitus haberent, nec *iuſſi* adeſſent ex vtrauis parte *exercitus*.

605. *Tarquinii Priſci* ann. X. etc. *Seruii Tullii* Aetat. II. etc. Τοιαῦτα συνέβαινε πολλὰ παραλλάξ ἑκατέροις ἐπὶ τὰς ὁμόρους χώρας ἐκστρατευομένοις ἐλατ]ώματά τε καὶ πλεονεκτήματα. *Dionyſ.* L. III. p. 180. *Multorum* annorum has *velitationes* fuiſſe crediderim, *Latinis* periculum de re ſumma *detrectantibus*.

604. *Tarquinii Priſci* ann. XI. *Seruii Tullii* Aetat. III.
603. *Tarquinii Priſci* ann. XII. *Seruii Tullii* Aetat. IV.
602. *Tarquinii Priſci* ann. XIII. *Seruii Tullii* Aetat. V.
601. *Tarquinii Priſci* ann. XIV. *Seruii Tullii* Aetat. VI.
600. *Tarquinii Priſci* ann. XV. *Seruii Tullii* Aetat. VII.
599. *Tarquinii Priſci* ann. XVI. *Seruii Tullii* Aetat. VIII.
598. *Tarquinii Priſci* ann. XVII. *Seruii Tullii* Aetat. IX.
597. *Tarquinii Priſci* ann. XVIII. *Seruii Tullii* Aetat. X. Μία δὲ αὐτῶν ἐκ παρατάξεως ἐγένετο μάχη, Φιδήνης πόλεως πλησίον etc. *Dionyſ.* L. III. p. 180. Victoria hac *Romanorum* ad *Fidenas* dediderunt ſe *Romanis* vrbes *Fidenatium* primo, deinde *Camerinorum*, earumque exemplo ἄλλαι τινὲς πολίχναι μικραὶ, καὶ φρούρια ἐχυρά. ib.

596. *Tarquinii Priſci* ann. XIX. *Seruii Tullii* Aetat. XI. Ἐφ' οἷς παραχθέντες οἱ λοιποὶ Λατῖνοι in conuentu *Ferentino* delectus oppidatim in *Romanos* habendos eſſe decernunt, *Etruſcis* etiam et *Sabinis*, per legatos, in auxilium adſcitis. *Dionyſ.* L. III. p. 181. *Tarquinius* ipſe ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ apparatum facit. Tum impreſſionem faciunt in agrum *Romanum* iuncti cum *Etruſcis Latini*. *Sabini* ſeorſim κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, in agrum *Romanum* ſibi

conterminum, p. 181. Sequuntur velitationes, vtrisque proelium *decretorium* detrectantibus. Tandem χρόνῳ ὕστερον, proelio ingenti ex *aequo* discedunt, proelium tamen die postera recusantibus *Latinis*. Ταῖς δ' ἑξῆς ἡμέραις nouis *Etruscorum* auxiliis freti *Latini* proelium de nouo redintegrant, vincunturque, captis etiam *castris*. Hac victoria cum *Latinis* debellatum est, *reliquis* iam eorum *ciuitatibus* vltro se dedentibus. Ὁ μὲν δὴ πρὸς Λατίνους Ῥωμαίοις πόλεμος εἰς τοῦτο τὸ τέλος κατέσκηψε· καὶ βασιλεὺς Ταρκύνιος τὸν ἐπινίκιον ἐκ τοῦ πολέμου τούτου κατήγαγε θρίαμβον. *Dionys.* L. III. p. 183.

595. *Tarquinii Prisci* XX. *Seruii Tullii* Aetat. XII. Belli cum *Sabinis* I. Τῷ δ' ἑξῆς ἔτει παραλαβὼν τὴν δύναμιν, ἐπὶ Σαβίνους ἦγεν. *Dionys.* Lib. III. p. 183. Proelium initur, neutro inclinante victoria. Hunc annum superiori *continuum* fuisse verba ipsa satis manifeste docent. Post proelium vtrique ἀπήεσαν ἐπ' οἴκου. Γνώμῃ δ' ἀμφοτέρων ἦν ὁμοία, μείζονα δύναμιν ἑτέραν ἐπὶ τὴν ἀλλήλων χώραν ἐξάγειν ἔαρος ἀρχομένου. Hinc intelligimus, *noui* esse *anni*, quae sequuntur, et quidem, pro *more*, a *Vere*, et forte a *Palilibus*, inchoandi.

594. *Tarquinii Prisci* XXI. *Seruii Tullii* Aetat. XIII. Belli cum *Sabinis* II. Ἐπεὶ δὲ παρεσκεύασο αὐτοῖς, πρότερον μὲν ἦλθον, Τυβρηνῶν ἔχοντες δύναμιν ἱκανὴν πρὸς συμμαχίαν. *Dionys.* L. III. p. 183. Victi proelio ingenti *Sabini* impetrant a *Romanis* inducias *sexennes*, ab huius anni *fine* vtique numerandas. Σαβῖνοι μὲν οὖν ἐγωσιμάχησαν ἀπὸ τῆς τότε συμφορᾶς βιασθέντες, καὶ πρεσβευτὰς ἀποστείλαντες, ἀνοχὰς ἐποιήσαντο τῷ πολέμῳ σπονδὰς ἑξαετεῖς. *Dionys.* III. p. 184. Hoc anno *Fidenas* expugnant *Etrusci*, communi iam omnium vrbium *Etruscarum* concilio Bellum in *Romanos* administrantes. Belli cum *Etruscis* ann. I.

593. *Tarquinii Prisci* XXII. *Seruii Tullii* Aetat. XIV. *Induciarum* cum *Sabinis* I. Βασιλεὺς δὲ Ταρκύνιος εἰς τὴν ἑπιοῦσαν ἔτος Ῥωμαίους τε σύμπαντας καθοπλίσας, καὶ παρὰ τῶν συμμάχων ὅσους ἐδύνατο πλείστους παραλαβών, ἐξῆγεν ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἔαρος ἀρχομένου, περὶ ἐκείνους συνεχθέντας ἐξ ἁπασῶν πόλεων ἐπ' αὐτῶν, ὡς πρότερον, ἐλθεῖν. *Dionys.* III. p. 185. Anni *noui* initium ab initio *Veris* censetur. Estque haec Expeditio *secunda* quidem *Etruscorum* in *Romanos*, qui *superiori* iam anno *Fidenas* occupauerant, accepti tum a *Tarquinio* in agro *Romano*. Prima vero expeditio est *Tarquinii Prisci* in agrum *Sabinum*. Eadem procul dubio, de qua loquitur alibi, vbi sermo est de *Seruio Tullio*. His nimirum verbis: Ἅπαις μὲν οὖν ἔτι τῇ πρώτῃ στρατιᾷ, ἣν ἐπὶ Τυβρηνοὺς ὁ Ταρκύνιος ἐστράτευσεν, ἐν τοῖς ὁπλίταις τεταγμένος, ὅτως ἔδοξεν ἀγωνίσασθαι καλῶς, ὥστε περιβόητος εὐθὺς γενέσθαι, καὶ τὰ ἀριστεῖα πρῶτος ἁπάντων λαβεῖν. *Dionys.* L. IV. p. 199. Aetas *Puerilis* vetustissima ad annum pertigit

tigit XVII. pro ipsius *Seruii Tullii* censu, vt nos docet *Gellius* Noct. Attic. X. 28. Similia habemus exempla in *Olympiorum* disciplina, quae *octodecennes* arcebat ab agonibus *Puerorum*. Et in *Lacedaemoniorum* εἴρεσιν. Apud iuniores *Pueritiae* limes erat in hoc ipso anno, quem tum agebat *Tullius*, aetatis XIV. Sed maior esse potuit pro recepto illius seculi *Pueritiae* modo, si tamen annum non *superasset* XVII. Sufficiet vel nota illa, vt calculum *Dionysii* de aetate *Seruii Tullii* propius ad veritatem accedere videamus, quam eorum, qui *Natalem* illius a *Tarquinii Prisci* initio repetendum existimabant. Est tamen certe, cur hunc ipsum annum *Seruii* tunc fuisse credamus XIV. Non video, quo commodius retulerimus verba *Macrobii*, de *filio*, vti censet, Tarquinii: *Tarquinius*, (inquit) *Demarati, exsulis Corinthii, filius, Priscus*, (*quem quidam Lucumonem vocitatum ferunt*) *Rex tertius ab Hostilio, quintus a Romulo, de Sabinis egit triumphum, quo Bello filium suum annos quatuordecim natum, quod hostem manu percusserat, et pro concione laudauit, et bulla aurea praetextaque donauit, insigniens puerum vltra annos fortem praemiis virilitatis et honoris.* Saturn. I. 6. Similia habet de eodem Auctor de *Viris illustribus* in *Tarquinio Prisco*. Hoc tamen discrimine, quod annos *Pueri* tantummodo *tredecim* agnoscat, quos *quatuordecim* numerauerat *Macrobius*. Vtrouis modo numeremus, ratio numerandi, in nostris hypothesibus, satis accurate constabit. Nam et *decimum tertium* absoluerat, et *decimum quartum* agebat hoc in proelio *Seruius*. Honorem praeterea illum *Puerilem*, qualiscunque demum fuerit, πρῶτος retulisse dicitur, *Dionysio* teste, *Seruius*, quem *nouo* exemplo reportasse volunt alium illum, quem arbitrantur, *Tarquinii Prisci filium*. Facilis autem erat error, vt *Sabinos* pro *Etruscis* reposuerit *Macrobius*, cum *Sabinis* primum deficientibus *socii* accesserint *Etrusci*. Nomen certe *Pueri* nullum habent Auctores, quo a *Seruio* possit internosci. Et *gener Tarquinii*, accepta in matrimonium *filia*, erat *Seruius*. Imo illum, consilio *Tanaquilis* rerum Diuinarum conscias, *liberum loco coeptum haberi, erudirique artibus, quibus ingenia ad magnae fortunae cultum excitantur*, docet *Liuius* I. 39. Sic Auctor de *Vir. Illustr.* in *Seruio Tullio*: *Coniugi suasit, vt ita eum, vt liberos suos, educaret.* Sic item apud nostrum *Dionysium* ipsa *Tanaquil*: τραφεὶς τε ὑφ' ἡμῶν καὶ παιδευθεὶς, καὶ πάντων μετεσχηκὼς ἀγαθῶν, ὅσων παρὰ μητρός τε καὶ πατρὸς υἱοὶ μεταλαμβάνουσι, καὶ θυγατρὶ συνοικῶν ἡμετέρᾳ. L. IV. p. 210. Sic de se *Tullius* οὐδὲν ἐνδεέστερον ἄγων τῶν αὐτῷ τέκνων. L. IV. p. 202. Postea: καὶ παρὰ τὸν τῷ βίῳ χρόνον ὡς ἐξ αὐτῷ γεγονότα τιμῶν καὶ φιλῶν. *Filiae maritum*, communi cum *filiis* educatione *Regia* imbutum, in quem tot *Parentalis* affectus atque indulgentiae con-

ſtabant officia; cum certe non erat, cur miraremur, ſi Hiſtorici pro *filio* haberent. Imo *filii* nomen in *Seruio* agnoſcit vxor *Tarquinii Tanaquil*. Sic enim illa apud *Dionyſium*: Ἐγὼ προελθοῦσα εἰς τὰμφανὲς ἐρῶ πρὸς τὸν ὄχλον, ὡς δὴ Ταρκυνίῳ μὲν ταῦτα ἐπισκήψαντος, ὅτι πάντων ἐπιδείκνυσιν ἐπιμελητὴν καὶ φύλακα τῶν ἰδίων καὶ τῶν κοινῶν, ἕως ἂν αὐτὸς ὑγιὴς ἐκ τῶν τραυμάτων γένηται, τὸν ἕτερον τῶν ἑαυτῆ υἱῶν, τὸν σὸν εἰποῦσα ὄνομα, ὦ Τύλλιε. L. IV. p. 210. Hinc autem mirifice confirmatur noſtra haec de *Seruio Tullio* Chronologia, quod in illum ipſum *Aetatis* annum conueniat prima haec *Tarquinii* in *Etruſcos* Expeditio, quae *Seruio Tullio* ἀριστεῖα ſingularis exempli pepererit, quo *Tarquinii* filium *bulla aurea* et *praetexta* donatum eſſe volunt Hiſtorici in praemium *fortitudinis* pluſquam *Puerilis*, τελευτῶντος ἤδη τῆ θέρους οἰκαδε ἀπῆει. *Dionyſ.* L. III. p. 185. Victi hoc anno ad *Fidenas Romani*, duce *Tarquinio Egerio*, Regis fratre. Vincunt vice verſa *Etruſcos* in agro *Veiente*, duce ipſo Rege, cum quo erat *Seruius Tullius*. Belli cum *Etruſcis* ann. II.

592. *Tarquinii Priſci* ann. XXIII. *Seruii Tullii* Aetat. XV. *Induciarum* cum *Sabinis* ann. II. Βασιλεὺς δὲ Ταρκύνιος τρισὶν εἰσβαλὰῖς χρησάμενος, καὶ τριετῆ χρόνον ἀποσερήσας τὰς Οὐϊεντανὰς τῶν ἐκ τῆς ἑφετέρας γῆς ἐπικαρπιῶν, ὡς ἔρημον ἐποίησε τὴν πλείσην. *Dionyſ.* III. p. 193. *Triennis* Hiſtoriae haec ſumma eſt. Eſtque hic annus I. praedationis in *Veientes*. Belli cum *Etruſcis* III.

591. *Tarquinii Priſci* ann. XXIV. *Seruii Tullii* Aetat. XVI. *Induciarum* cum *Sabinis* ann. III. Praedationis in *Veientes* II. Belli cum *Etruſcis* IV.

590. *Tarquinii Priſci* ann. XXV. *Seruii Tullii* Aetat. XVII. *Induciarum* cum *Sabinis* ann. IV. Praedationis in *Veientes* III. Belli cum *Etruſcis* V.

589. *Tarquinii Priſci* ann. XXVI. *Seruii Tullii* Aetat. XVIII. *Induciarum* cum *Sabinis* ann. V. Expeditio *Tarquinii* in *Caere*, ſiue *Agyllam*, et victoria. Anni initium verbis illis: Καὶ ὡς ἤδὲν αὐτὴν ἔτι βλάπλειν εἶχεν, ἐπὶ τὴν Καιρητανῶν πόλιν ἦγε τὴν δύναμιν etc. *Dionyſ.* L. III. p. 185. Finis ibi: Καὶ ἐπειδὴ καιρὸς ἀπάρτεως ἦν, ἄγοντες, ὅσας εἶοί τε ἦσαν, ὠφελείας ἀπῆεσαν ἐπ' οἶκ. p. 185. Καιρὸς ἀπάρσεως tempus eſt, quo ad *hiberna* ſeſe recipere oportebat. Proinde *finis* anni *militaris*, qualem deſcripſimus, a *Vere* ineuntis. Belli cum *Etruſcis* VI.

588. *Tarquinii Priſci* ann. XXVII. *Seruii Tullii* Aetat. XIX. *Induciarum* cum *Sabinis* VI. expletarum. *Fidenae* a *Tarquinio* receptae. Initium ibi: Ταρκύνιος δ' ἐπεὶ τὰ πρὸς Οὐϊεντανὰς ἐχώρησεν αὐτῶ κατὰ νῦν, ἐπὶ τὰς ἐν Φιδήνῃ πολεμίας ἐξάγει τὴν στρατιὰν etc. *Dionyſ.* L. III. p. 186. *Noua* illa copiarum ex *hibernis* eductio, vt iam ſuperiori anno obſeruatum eſt, noui *anni* nota eſt. Belli cum *Etruſcis* VII.

587. *Tar-*

587. *Tarquinii Priſci* ann. XXVIII. *Seruii Tullii* Aetat. XX. quo *victi* ſunt, et in fidem *Tarquinii* redacti *Etruſci* ingenti proelio ad *Eretum*, in agro *Sabino*. Spem fecerat *Etruſcis* fines *Romanorum* per *Sabinos* impetendi, quod *elapſae* tum fuiſſent *ſexennes* cum *Sabinis inducine*. Αἱ γὰρ ἐξαετεῖς αὐτοῖς περὶ τῆς εἰρήνης πρὸς Ταρκύνιον ἀνοχαὶ διεληλύθεισαν ἤδη. *Dionyſ.* III. p. 186. Huc referenda verba eius alibi de *Seruio Tullio*: Ἔπειθ' ἑτέρας γενομένης ἐπὶ τῷ αὐτῷ ἔθνει στρατιᾶς καὶ μάχης καρτερᾶς περὶ πόλιν Ἤρητον, ἀνδρειότατος ἁπάντων φανεὶς, τεφάνοις αὖθις ἀριστείοις ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἐκοσμεῖτο. Ἔτη δὲ γεγονὼς εἴκοσι μάλιστα, τῆς συμμαχικῆς στρατηγὸς ἀπεδείχθη δυνάμεως, ἣν Λατῖνοι ἔπεμψαν, καὶ συγκατεκλήσατο βασιλεῖ Ταρκυνίῳ τὴν τῶν Τυβρηνῶν ἀρχήν. *Dionyſ.* L. IV. p. 199. Ex hoc iterum *nexu* anni *Seruii Tullii* XX. cum proelio ad *Eretum*, rurſus intelligimus, quam accurate reſpondeant noſtrae horum temporum rationes, pro mente *Dionyſii*. Hoc enim ipſo proelio, huius Belli vltimo, *Etruſcorum* Imperium adeptus eſt *Tarquinius*. Proximo enim anno cum nouas copias eduxiſſet in illos *Tarquinius*, Pacem petebant *Etruſci* atque impetrabant. Eſt ergo annus hic Belli *nouennis* cum *Etruſcis* VIII. Sic enim *Dionyſius*: Ὁ μὲν δὴ πρὸς Τυβρηνὸς συσὰς Ταρκυνίῳ πόλεμος ἔτη κατασχὼν ἐννέα, τοιαύτην ἔσχε συντέλειαν. L. III. p. 188. Sed annus proximus, quo, licet *proelium* nullum, *Expeditio* tamen erat in *Etruſcos*, quae illos ad deditionem adegit, *Belli* IX. habendus potius. I. enim anno cum *Sabinis* res geſta ſolis. Nec vlla *Etruſcorum* auxilia ante annum *Belli* II. Incipit annus hic illis *Dionyſii* verbis: τελευταία δ' ἡ Ῥωμαίων μάχη καὶ Τυβρηνῶν ἐγένετο πόλεως Ἤρέτου πλησίον, ἐν τῆ Σαβίνων γῆ. *Dionyſ.* III. p. 186. Quibus verbis illud ſaltem conſtat, *vltimum* huius *Belli* proelium illud haberi, quo depugnatum fuerat ad *Eretum*.

586. *Tarquinii Priſci* XXIX. *Seruii Tullii* Aetat. XXI. ad verba *Dionyſii*: ἑτέραν γὰρ στρατιὰν ἐξαγαγόντος ἐπ' αὐτὰς Ταρκυνίς, συναχθέντες εἰς μίαν ἀγορὰν, περὶ καταλύσεως τοῦ πολέμου διελέγεσθαι πρὸς αὐτὸν ἐψηφίσαντο. L. III. p. 186. Hic quoque noua στρατιὰ noui *anni* nota eſt. Vel inde intelligimus, *hyemem* in cauſa fuiſſe, cur decretoriam ſuperioris anni victoriam non fuerit proſecutus. Non eſſet alioqui, cur domum rediret, aut *ſpatium* hoſtibus concederet, nouis *animis* colligendis, aut nouis *copiis ſociisue* Belli adſciſcendis. Dedunt ergo ſe *Etruſci*, mittuntque *Tarquinio*, quae rogauerat, *Imperii* ſui corporis inſignia. Nunc etiam vtilem fuiſſe illi *Seruii Tullii* operam in hoc *Imperio* vendicando, praedicta *Dionyſii* verba docent. Huius autem anni *fine* verba de *nouenni* cum *Etruſcis* Bello habet *Dionyſius*. Inde conſtat, hunc huius *Belli* IX. vltimumque cenſeri. Nam et *exercitum* parabat, et ἐκεχειρίαν indulſit, dum Reſponſum ſuis poſtulatis reddidiſſent.

585. *Tarquinii Prisci* ann. XXX. *Seruii Tullii* Aetat. XXII. Noui cum *Sabinis* Belli I. Denunciauerat *Tarquinius* superioris anni fortasse fine, mox a *Pace* cum *Etruscis*. Hoc tamen anno coepit *ipse*, vel potius *Sabini*. Incipit, ni fallor, ad verba *Dionysii*, de *Sabinis*: πρὶν ἀφικέσθαι Ῥωμαίων δύναμιν ἐπὶ σφᾶς, αὐτοὶ στρατὸν ἐξάγουσιν ἐπὶ τὴν ἐκείνων. L. III. p. 188. Tum muro lapideo circumdare vrbem parabat *Tarquinius*. Liv. I. 36. Proximus autem hic annus est *superiori*, quo Principatum *Etruscorum* adeptus est *Tarquinius*. Ansam dedit *noui* Belli, quod *Etruscis*, in agrum *Romanum* venientibus, clam animos addiderint ciues *Sabini*, induciis suis antea *elapsis*. p. 188. Quae sane causa non erat in multos *annos* differenda. Erat praeterea *Latini* nominis sociis praefectus hoc quoque Bello *Sabino Seruius Tullius*. L. III. p. 190. Nempe vt fuerat in Bello *Etrusco*. L. IV. p. 200. Et quidem in hoc πολέμῳ τῷ πρώτῳ συσάντι. Sic enim ibi loquitur. Non potest hoc intelligi de *primo* sub *Tarquinio Prisco* Bello *Sabino*. Illud *antiquius* erat, quam vt rebus *Bello* gerendis par esse per *aetatem* posset *Seruius Tullius*. Primum itaque huius Belli *proelium* nuper commoti intellexit *huius*, in quo versamur, *anni*, quo *nouis* auctus est victoriae *praemiis*. Porro Equitum Magistratum *Seruium* agnoscit *Dionysius*, cum hostium *Equitatum Seruius* in *fugam* verteret. L. IV. p. 200. Idem *Dionysius* fugam *Sabinorum* hoc primo Belli *Sabini* proelio *Equitatui* acceptam refert. L. III. p. 189. Vel inde intelligimus, quam arcta fuerit inter Belli *Etrusci* finem et *Sabini* principium connexio, cum vno eodemque *munere* vtrobique defungeretur *Seruius*. Intelligimus praeterea, *Antemnam* versus fugisse, cum illos persequeretur *Seruius*, *Etruscos*, quod L. IV. p. 200. testatur *Dionysius*. Non item L. III. p. 189. quo *proelium* ipsum ex professo describit.

584. *Tarquinii Prisci* annus XXXI. *Seruii Tullii* Aetat. XXIII. Noui cum *Sabinis* Belli II. ad verba *Dionysii* de *Sabinis*: μείζονας αὖθις ἀποστέλλειν δυνάμεις παρεσκευάζοντο, καὶ στρατηγὸν ἐμπειρότατον. L. III. p. 189. De *Seruio Tullio Dionysius*: ἑτέρας τε πολλὰς πρὸς τὸ αὐτὸ ἔθνος [*Sabinos*] ἀγωνισάμενος μάχας, τοτὲ μὲν ἱππέων ἡγούμενος, τοτὲ δὲ πεζῶν, ἐν ἁπάσαις ἐφάνη ψυχὴν ἄριστος, καὶ πρῶτος ἐσεφανώθη τῶν ἄλλων. L. IV. p. 199. De *huius* et *sequentis* anni gestis intelligenda.

583. *Tarquinii Prisci* ann. XXXII. *Seruii Tullii* Aetat. XXIV. Noui cum *Sabinis* Belli III.

582. *Tarquinii Prisci* ann. XXXIII. *Seruii Tullii* Aetat. XXV. Noui cum *Sabinis* Belli IV. τελευταίᾳ μάχῃ τέλος ἔλαβεν ὁλοσχερές. Tum sociis nominis *Latini* praeerat *Seruius*. Dionys. L. III. p. 190. δυναστείας in *Sabinos* αἰτιώτατος. L. IV. p. 200. ἐπειδὴ τὸ θέ-

τὸ θέρος ἐτελεύτα, λύσαντες τὰς παρεμβολὰς, ἀπῆεσαν ἐπ' οἴκου. L. III. p. 190. *Triumphus* III. ib. Idib. *Sext.* Fast. *Cap.* si fides *Pighio* et *Onuphrio*. Id. *Sept.* si fides *Sigonio*. Post *Aestatem*.

581. *Tarquinii Prisci* ann. XXXIV. *Seruii Tullii* Aetat. XXVI. Noui cum *Sabinis* Belli V. Οὗτος ὁ πόλεμος ἔτη πέντε διέμεινε συνεχῶς πολεμούμενος. *Dionys.* L. III. p. 198. Huius anni *initium* ad verba *Dionysii* illa: τῷ δ' ἑξῆς ἐνιαυτῷ παρασκευαζομένῳ πάλιν στρατὸν τὸ βασιλέως ἐπὶ τὰς πόλεις τῶν Σαβίνων ἐξάγειν, καὶ πολιορκίαις αὐτὰς προσάγεσθαι διεγνωκότος etc. L. III. p. 190. *Pacem* impetrant *Sabinorum* legati, obuiam facti *Tarquinio* ἐξεληλυθότι μετὰ πάσης ἤδη δυνάμεως. Hic Belli *annus*, quia nihil *Bello* gestum complectebatur, *omissus* in causa esse potuit, cur *Tarquinio Prisco* nonnulli annos *Regni* duntaxat XXXVII. concederent in vniuersum, quorum praecipuus erat Auctor Fastorum *Capitolinorum*. Et *alia* tamen causa esse potuit, de qua infra, cum agemus de Epochis *Regifugii*. Caeterum annus ante *Tarquinii* caedem IV. is idem fuit *huius* Belli *vltimus*, pro mente *Dionysii*. Verba sunt illius in hanc sententiam diserta, de ea caede sermonem facientis: χρόνον ἐπιβιώσας μετὰ τὴν κατάλυσιν τῶ πολέμω τετραετῆ. L. III. p. 194. Hoc Bello, vt videtur, *expleto*, filiam *Tarquinii* vxorem duxit *Seruius*. L. IV. p. 200.

580. *Tarquinii Prisci* ann. XXXV. *Seruii Tullii* Aetat. XXVII. *Tarquinium* Regem de caede *Neuii Attii* (sic nomen *Auguris* concipit *Dionysius*) accusant filii *Anci Marcii*, Regis causam tuente genero illius, *Seruio Tullio*. Causa victi ἔμειναν ἔτη τρία ἐν τῇ προσποιήσει τῆς φιλίας. *Dionys.* L. III. p. 196. Proinde annus hic *triennio* caedem praecessit ipsius *Tarquinii*.

577. *Tarquinii Prisci* ann. XXXVIII. *Dionys.* L. I. p. 59. L. III. p. 198. L. IV. p. 203. 204. Tum *interfectus* est a filiis *Anci Marcii*. Anno post *Actionem* de caede *Neuii Attii* III. L. III. p. 196. Anno post κατάλυσιν τῶ πολέμω, *Sabini* scilicet, IV. L. III. p. 192. Anno *Aetatis* LXXX. L. III. p. 195. L. IV. p. 203. 204. Ita *natus* fuerit anno ante *Chr.* 657. Vrbis autem conditae anno *Catoniano* 95. Vt annum ageret XXV. sub *initium* anni *Anci Marcii* VIII. Tum *Seruius Tullius* annum agebat XXX. ταύτην γε τὴν ἡλικίαν ἔχων καὶ σὺ τόν τε οἶκον τὸν ἡμέτερον ἐπιτροπεύειν ἤρξω, καὶ τῆς βασιλείας ἐπιμελεῖσθαι. *Tarquin. Sup.* Oration. ad *Tullium* ap. *Dionys.* L. IV. p. 227. v. 2. Loquitur autem de aetate eadem *sua* annorum XXX. cum *vxorem* duceret *Tullii filiam*.

576. *Seruii Tullii* annus Regni I. Aetatis XXXI. ἐνιαυτῷ τετάρτῳ τῆς πεντηκοστῆς Ὀλυμπιάδος. *Dionys.* L. IV. p. 198. Μετὰ τὴν τῆ Ταρκυνίᾳ τελευτὴν etc. defectio *Veientium*, *Caeretanorum* et *Tarquiniensium*, denique *Etrusci* nominis *vniuersi*. Innuunt haec verba, non *multo* post mortem *Tarquinii Prisci* illam fuisse defectionem,

fectionem. Nec enim differri potuit *Imperii* in *Etruſcos* ſub deceſſore agniti vendicatio, ne Regiae Maieſtatis dignitatem videretur imminuiſſe *Seruius*. Nec diu etiam *latere* licuit, quo animo eſſent *Etruſci* in *Imperio* agnoſcendo *noui* Principis. Et tamen ſpatium aliquod inter mortem *Tarquinii* defectionemque *Etruſcorum* interceſſiſſe veriſimillimum eſt, quo Regnum ſibi firmarit *Tullius*. Antea ergo accuſandi pellendique in exſilium filii *Anci Marcii*, defuncti Regis *Tarquinii* inſidiatores. Tum *Tarquinii* nepotum *Tullio* erat aſſerenda tutela. Inde, Patribus inconſultis, *Plebiſcito* Regis titulus *Seruio* concedendus, et *conſilia* proinde *Plebi* captandae apta ineunda, et ad exitum perducenda. Nec enim antea potuit honorem deceſſori conceſſum ſibi vendicare, quam eundem conſecutus eſſet, quem deceſſor, in *Republica* locum. *Regis* nempe, non *Tutoris*; nec *iure* tantummodo *alieno*, ſed *ſuo*. Hucuſque progreſſus, εὐθὺς ἅμα τῷ παραλαβεῖν τὴν ἀρχήν, L. IV. p. 209. l. 43. agrum publicum *Plebi* diuiſit. ταῦτα καταγησάμενος p. 212. l. 8. *cenſum* inſtituit, Populumque in *claſſes* partitus eſt, *Luſtrumque* condidit. Tum nominis *Latini* ſecum inuicem, et cum *Romanis* confoederatio, qua effectum, ne ſpem ab illis aliquam fouerent *Etruſci*. Hae certe *Pacis* artes erant, nondum flagrante *Bello*. Neglectae autem hoſtibus occaſiones ſuppeditaſſent, minime ſane negligendas. Etiam ad *Etruſcos* emanarit oportet, quam fuerint Patres, *Regni* nomine ſuo *iniuſſu* ſibi vendicati, animo in *Tullium* infenſo. Hanc enim cauſam *Etruſcis* fuiſſe, cur conceſſam antea *Tarquinio* dignitatem *Tullio* negarint, agnoſcit ipſe *Dionyſius*. Noui praeterea *Veientium* apparatus *Romam* delati *Tullium* impulerint ad legationem *Veientibus* mittendam. Denique et *aliae* acceſſerint oportet *morae* antea, quam *Bellum* denunciaretur, pro iure *Romanorum faeciali*. Rectius ergo, ni fallor, ad *ſecunda* ſaltem *Tullii Palilia*, et *ſecundum* adeo eiusdem *Ver*, quo ſuſcipi ſolebant *Expeditiones*, Belli *Etruſci* initium retulerimus. Conuenit porro, quod ait Liuius: *iam enim induciae exierint*. L. I. 42. *Pacem* enim cum *Veientibus*, reliquisque eiuſdem nominis *Etruſcis*, anno *Tarquinii Priſci* XXIX. initam iam ſupra probauimus. Annus erat Epochae *Catonianae* (quae eadem *Dionyſiana* eſt) 166. Inde iuſtum eſt *decennium* ad annum, de quo agimus, *Seruii Tullii* I. *labentem*, qui Epochae *Catonianae* eſt 176. Quot fuerint *annorum* induciae *illae*, nemo veterum docuit, cum induciarum *ipſarum*, vno excepto *Liuio*, nemo (quod ſciam) veterum meminerit. Sed iuſtum illud ſpatium tam accurate reſpondens facit, vt ſuſpicemur, fuiſſe *decennes*. Hoc ſi verum, id quoque conſequetur, non in *Tarquinii Priſci* temporibus deeſſe *annum*, quo deficit ab

ab Epocha *Varroniana* Epocha *Capitolina*. Iam ſupra vidimus, quot locis annos *Tarquinii Priſci* XXXVIII. agnouerit *Dionyſius*. Plus dicit L. IV. p. 203. . . 30. ἔτη δὲ ὅλῳ καὶ τριάκοντα τὴν βασιλείαν κατέσχεν, ὡς ἅπαντες ὁμολογοῦσιν. Multo autem *Dionyſio* iuniores ſunt, multoque *minus* accurati, qui *vno* pauciores *Priſci* annos numerant. Vtcunque tamen numerum, (qualis fuerit pro mente *Dionyſii*) firmat *ſitus*, quo hunc I. *Seruii Tullii* annum commiſit cum Epocha *Olympiadum*. *Tullium* enim ait ſucceſſiſſe ἐνιαυτῷ τετάρτῳ τῆς πεντηκοστῆς Ὀλυμπιάδος. L. IV. p. 198. Nam in illum ipſum illius *Olympiadis* annum conueniunt prima *Seruii Tullii Palilia*, in noſtris *Tabulis* pro *Dionyſii* mente confectis. Haec obiter.

Caeterum, vt redeamus ad *initium* Belli cum *Etruſcis*, e *decennio* induciarum elapſo hoc I. *Seruii* anno illud tantummodo colligimus, hoc *primo* ſaltem anno, quo *ineunte* nondum *exierant* induciae, nondum *coepiſſe* Bellum. Num autem vel *ſecundo* coeperit, nondum hinc conſtare arbitramur. *Vicennale* autem fuiſſe *Bellum* bis aſſerit *Dionyſius*. οὗτος, inquit, ὁ πόλεμος εἴκοσι διέμεινεν ἔτη συνεχῶς πολεμούμενος. L. IV. p. 222. Poſtea: εἰκοσῷ δ' αὖ ἔτει συνελθοῦσαι πάλιν αἱ δώδεκα πόλεις, etc. Vtrobique verbis diſertis, non autem literis numeralibus. Ne qua poſſit ſubeſſe ſuſpicio de errore Librarii. Inde certum eſt, ante annum *Seruii Tullii* ſaltem XX. Pacem cum *Etruſcis* nullam fuiſſe, cum *continuum* illud *Bellum* agnoſcat *Dionyſius*. Et ne quidem *Triumphum*, quem *tertium* agnoſcit idem *Dionyſius*, quo denique debellatum eſt. Et tamen ipſum illum *Triumphum* tertium *Seruii Tullii* vltimum, quem proxime excipiunt res geſtae a *Tarquinio Superbo*, ad annum Epochae ſuae CXXC. . . . reponunt Faſti *Capitolini*. Numerus, qui deeſt, *vltimus*, medius ſit oportet inter CXXCVI. (quo *ſecundus* refertur illius *Triumphus*) et CXXCIX. Suppleatur ergo numerus *maximus*. Ne quidem ita *Belli*, vel *Regni*, XX. attinget. Nec anno Belli *vltimo* Triumphum *vltimum* antiquiorem fuiſſe veriſimile eſt. Atqui nulla prorſus eſt in *Tabulis* noſtris Epocha, quae annum *Tullii* XX, quae anno *Vrbis*, qui ſit CXC minor, committat, nedum *Capitolina*. Niſi forte *Fabianam* fuiſſe ſuſpicemur, in qua annum *Tullii* (pro mente ipſius *Fabii*) tantummodo XV, cum anno *Vrbis* 189 commiſſum legimus, qui idem anno *Tullii* XX reſpondet, in aliis tamen Epochis, *Varroniana* ſcilicet atque *Capitolina*. Sic itaque neceſſe erit, vt rationes *alienas ſuis* rationibus immiſcuerit, hac tam breui annorum recenſione Auctor *Capitolinus*. Id quoque obſeruauimus alios feciſſe Auctores *veteres*. Hoc certe niſi dicamus, nihil video, quo *Archetypi* error excuſetur, niſi forte communi aliquo *Apographorum* omnium

errore.

errore. Consentiunt enim in illo numero omnes, quos quidem sciam, lapidum *Capitolinorum* descriptores, *Robortellus*, *Sigonius*, *Onuphrius*, ne dicam *Pighius*. Sed ne quidem XX. *Tullii* anno *Triumphum* tribui posse facile iam ostendi, si XX. *Belli* anno *exacto* fuerit *Triumphus*. Sed *penultimo* Belli in *Etruscos novennis* anno exeunte *Triumphum* de *Etruscis* narrat *Dionysius* L. III. p. 186. l. 31. cum tamen *sequentis* anni initio *finis* Bello fuerit impositus. Si hoc exemplo triumpharit *Seruius*, potuit etiam ipse anno *suo* XX. (qui tamen *Belli* fuerit tantummodo XIX.) *triumphare*, nec tamen *ante* annum *sequentem* XXI. (qui idem *Belli* fuerit XX.) Bello *finem* imponere. Quo enim fuerit *Triumphus*, mense non docent monumenta *Capitolina*, an scilicet anni *desinentis*, an potius *incipientis*. Sed vero annus *Seruii Tullii* XX. in Epocha *Capitolina* erat 194. Vt annus proinde 195. *Belli* fuerit *vltimus*, si quidem *Bellum*, anno *Seruii Tullii* I. *expleto*, coeperit. Sic itaque annus CXCIV. marmori inscribendus fuisset. Ita infra *quinquennium* concludetur *Triumphus*, qui locum post annum 199 *nullum* habere potuit. In Epocha autem *Dionysii Catoniana* annus *Seruii* XX. Vrbis *conditae* erit 195. *Belli* autem XX. *vltimusque* Epochae *Catonianae* fuerit 196. *Annusque* adeo Aerae *Catonianae* 177. *Belli* numerabitur primus. Ab illo quintus est annus eiusdem Epochae 182. Caeterum annus *Capitolinus* 182. (cui primus assignatur *Triumphus*) cum anno *Seruii Tullii* concurrit VIII. si quidem *Tarquinio Prisco* anni tantummodo XXXVII. concedantur, pro rationibus Auctoris *Capitolini*, vt nos fecimus in nostro Epochae *Capitolinae laterculo*, et quidem ducibus maximis Chronologiae *Romanae* restauratoribus. Idem *Seruii Tullii* annus VIII. in Epocha *Catoniana* V. C. est 183. limitibus, quam antea, *laxioribus*. Et tamen I. saltem *Belli* annus non cum *Etruscorum* Corpore actus est, sed cum tribus illis, quas dixi, Ciuitatibus *Veientium*, *Caeretanorum* et *Tarquiniensium*. Secernit inuicem *Dionysius* certamina, κατὰ πόλιν et πρὸς ὅλον τὸ ἔθνος. Libro IV. p. 222. Et tamen *Triumphum* vel I. de toto *Corpore* fuisse testantur Fasti *Capitolini*. Ita necesse erit, vt ante annum *Belli* II. ne quidem *potuerit* primus ille fuisse *Triumphus*. Imo *tres* Belli *gradus* agnoscit *Dionysius*: primum cum *Veientibus*; tum deinde ἀρξάντων τούτων, cum *Caeretanis* et *Tarquiniensibus*, qui ἠκολούθησαν, secundum; tertium denique vltimumque cum Corpore *Etruscorum*. Hos *gradus* trium annorum ad minimum (si tamen *vnico* anno *triumphatum* existimemus de vniuerso *nomine Etrusco*) fuisse consentaneum est. Ita *tertius* fuerit oportet saltem *Belli* annus, quo primum *Tullius* egerit *Triumphum*. Plures potius fuisse verisimile est, si e *prioris* Belli *Etruscis* progressi-

progressibus sub *Tarquinio Prisco* sententiam feramus. Secundo *Belli* cum *Sabinis* anno in Belli *societatem* veniebant *Etrusci*. Nondum tamen nomen *Etruscum vniuersum* ante anni *finem*. Hic mora *alia* concedenda est, qua *Caeretani* et *Tarquinienses* in *foedus* venerint, nondum aliis accedentibus *Etruscis*. Tum et alia, qua vim *Romanam* sustinuerint *Etrusci* antea, quam a *Romanis* triumpharetur. Hae plurium esse poterant, quam diximus, annorum; aegre pauciorum. Itaque non longe, vt opinor, aberrabimus, si a II. *Tullii* anno *Bellum* arcessamus; *Triumphos* autem ad *Belli* potius, quam *Regni*, annos accommodemus, quos hausit e monumentis *Dionysius*, non item, cum quibus *Regni* annis essent committendi. Inde factum, vt illos inuicem *confuderit* Auctor alioqui grauissimus Fastorum *Capitolinorum*. Sic ergo erunt, pro his rationibus, inuicem committendi.

575. *Seruii Tullii* annus *Regni* II. Aetatis XXXII. Epochae *Capitolinae* 176. Belli *Etrusci* I. Hoc tamen anno cum *Solis*, vt existimo, *Veientibus*.

574. *Seruii Tullii* annus *Regni* III. Aetatis XXXIII. Epochae *Capitolinae* 177. Belli *Etrusci* II. accedentibus ad *Belli* cum *Veientibus* societatem *Caeretanis* et *Tarquinienſibus*.

573. *Seruii Tullii* ann. *Regni* IV. Aetat. XXXIV. Epochae *Capitolinae* 178. Belli *Etrusci* III. iam forte *tres* praedictas *ciuitates* fouentibus vniuersis *Etruscis*.

572. *Seruii Tullii* annus Regni V. Aetat. XXXV. Epochae *Capitolinae* 179. Belli *Etrusci* IV.

571. *Seruii Tullii* annus *Regni* VI. Aetatis XXXVI. Epochae *Capitolinae* 180. Belli *Etrusci* V.

570. *Seruii Tullii* annus *Regni* VII. Aetatis XXXVII. Epochae *Capitolinae* 181. Belli *Etrusci* VI.

569. *Seruii Tullii* annus *Regni* VIII. Aetatis XXXVIII. Epoch. *Capit.* CXXCII. Belli *Etrusci* VII. Posuimus hic Epochae *Capitolinae* numeros *maiusculos*, quales sunt in Marmoribus *Capitolinis*, quia hic numerus ibi legitur.

568. *Seruii Tullii* ann. *Regni* IX. Aetat. XXXIX. Epoch. *Capit.* 183. Belli *Etrusci* VIII. Hoc *Belli* anno *Triumphum* I. fuisse arbitror VI. Kal. *Dec.* DE ETRVSCEIS. Sed male *Belli* annum, per *Regni* annum 8. designauit Auctor *Fastorum*. Nam *Regni*, non *Belli*, anno 8. respondet numerus 182. pro Epocha *Capitolina*. Est autem hic annus V. C. 184. pro Epocha *Dionysii Catoniana*.

567. *Seruii Tullii* annus *Regni* X. Aetatis XL. Epoch. *Capit.* 184. Belli *Etrusci* IX. Epoch. *Cat.* 185.

566. *Seruii Tullii* annus *Regni* XI. Aetat. XLI. Epoch. *Cap.* 185. Belli *Etrusci* X. Epoch. *Caton.* 186.

565. *Seruii*

565. *Seruii Tullii* annus *Regni* XII. Aetat. XLII. Epoch. *Capit.* CXXCVI. Belli *Etrusci* XI. Ep. *Cat.* 187.

564. *Seruii Tullii* annus *Regni* XIII. Aetat. XLIII. Epoch. *Cap.* 187. Belli *Etrusci* XII. Epoch. *Cat.* 188. VIII. Kal. *Iun. Triumph.* II. DE ETRVSCEIS.

563. *Seruii Tullii* annus *Regni* XIV. Aetat. XLIV. Epoch. *Cap.* 188. Belli *Etrusci* XIII. Epoch. *Cat.* 189.

562. *Seruii Tullii* ann. *Regni* XV. Aetat. XLV. Epoch. *Cap.* 189. Belli *Etrusci* XIV. Epoch. *Catonianae* 190.

561. *Seruii Tullii* ann. *Regni* XVI. Aetat. XLVI. Epoch. *Cap.* 190. Belli *Etrusci* XV. Epoch. *Cat.* 191.

560. *Seruii Tullii* ann. *Regni* XVII. Aetat. XLVII. Epoch. *Cap.* 191. Belli *Etrusci* XVI. Epoch. *Cat.* 192.

559. *Seruii Tullii* ann. *Regni* XVIII. Aetat. XLVIII. Epoch. *Cap.* 192. Belli *Etrusci* XVII. Epoch. *Cat.* 193.

558. *Seruii Tullii* ann. *Regni* XIX. Aetat. XLIX. Epoch. *Cap.* 193. Belli *Etrusci* XVIII. Epoch. *Cat.* 194.

557. *Seruii Tullii* annus *Regni* XX. Aetat. L. Epoch. *Cap.* CXXC. . . . Sed CXCIV. Belli *Etrusci* XIX. Epoch. *Cat.* 195.

556. *Seruii Tullii* ann. *Regni* XXI. Aetat. LI. Epoch. *Cap.* 195. Belli *Etrusci* XX. Epoch. *Cat.* 196. *Triumph.* III. IV. NON. . . DE ETRVSCEIS.

553. *Seruii Tullii* ann. *Regni* XXIV. Aetat. LIV. *Tarquinii Superbi* Aetat. XXX. qui hoc anno maiorem natu mitioremque *Tulliam* vxorem duxit. Verba ipsius *Tarquinii*: ὅτε εἰς τὴν κρατίστην παρεγενόμην τῶ σώματος καὶ τῆς φρονήσεως ἀκμὴν, τριάκοντα γεγονὼς ἐτῶν, μετὰ τὴ γάμυ τῆς θυγατρὸς ἔδει καὶ τὰ τῆς πόλεως ἐγχειρῆσαι πράγματα. *Dionys.* L. IV. p. 227. Anno nempe eodem *aetatis* cum eo, quem egerat ipse *Tullius* sub mortem *Tarquinii Prisci* aui, cum horum *Tarquiniorum* tutelam in se susciperet, vt ibidem monet ipse iunior *Tarquinius*. Hoc autem *Seruii* anno haec erat aetas *Tarquinii Superbi*. Idem enim *Superbus* anno *Seruii* vltimo, qui erat *Regni* XLIV. paulo se minorem *quinquagenario* asserit: ὃ πολὺ ἀπέχω, inquit, πεντηκονταετίας. L. IV. p. 226. Nec aliter ad illum ferox *Tullia*: ὃς ὃ πολὺ ἀποδεὴ πεντηκονταέτης εἶναι. L. IV. p. 224. Vtrobique *minor* agnoscitur *quinquagenario*, licet ὃ πολύ. Annum autem tum fuisse *Seruii* XLIV. in *Regno*, cum se *quinquagenarium* profitetur *Superbus*, docent eiusdem *Tarquinii* verba ad *Seruium* in eadem Oratione: vbi *Seruio* ait, se τέταρτον ἤδη καὶ τεσσαρακοστὸν ἔτος ἀποστερεῖν με τῶν ἐμῶν. L. IV. p. 227. Numerus ergo *rotundus* est, cum in Responsione Seruius se τετταρακονταετῆ duntaxat venditat. Conuenit, quod mortem huius *Tarquinii* anno illius XC. imputat *Dionysius*. Ἄνδρα ἐννενήκοντα ἔτεσι προσάγοντα. L. VI. p. 335. Loquitur de *proelio* anni

anni V. C. 258. Aliter ita: ὁμῶ τι γεγονὼς ἐννενήκοντα ἔτη. L. VI. p. 343. Quod de *morte* illius verissimum erat, pro hisce rationibus. Illam enim Coss. anni V. C. 259. tribuit *Liuius* L. II. cap. 21. Accuratius pro *Dionysii* hypothesibus, quam vel ipse *Dionysius*, si XIV. post *exsilium anno* illum periisse crediderit. L. IV. p. 205. 206. L. VI. p. 344. Non tamen est necesse, vt *eodem anno*, quo est victus ad *Regillum Tarquinius*, mortuum *Dionysius* existimarit. Tollantur ergo ex ann. V. C. 259. anni *Tarquinii* XC. et in annum eiusdem Epochae 169. *natalis* eiusdem erit conferendus. Concurrit ille cum anno aui illius, *Tarquinii Prisci* XXXII. Et sane illo anno *natum* oportet, qui anno *Seruii* XLIV. nondum annum vitae *quinquagesimum* expleuerit. Sic omnia satis accurate conuenient. Egerit ipse annum, cum auus interficeretur, VI. frater autem IV. quem *Superbo* iuniorem facit *biennio Dionysius* L. IV. 203, 204. Hac aetate recte νηπίως ambos saepe vocat. L. IV. p. 197. 198. 201. 202. 203. 204. 225. 226. 227. Et sub cura τροφῶν fuisse testatur p. 200. 201. Sed νηπίων aetatem vsque ad *septennium* censet *Solon* celeberrimis de hominum varia aetate carminibus. Proinde bene habet, quod septennium non attigerit maior ille *Tarquinius*, quod tamen illum fecisse oportebat, si anno aliquo superiori fuisset natus. A cura autem Nutritiorum Nutritiarumque transibat puer ad curam Paedagogorum, cui impar erat puer septennio minor. Conuenit praeterea aetas *Tulliae* vtriusque huic *Tarquinio* nuptae. *Tarquinii* filiam Bello *Sabino* debellato duxerat vxorem ipse *Tullius*. Dionys. L. IV. p. 199. 200. Proinde anno V. C. ad minimum 171. Ita ante annum 172. ne quidem nasci potuit *Tullia* illa maior. Sic fuerit illa marito *triennio* minor; soror autem illius, ad minimum, *quadriennio*, quae *fratri* autem nupserat *Arunti* biennio *minori*. Aetas erat *vtrique* satis commoda suo cuiusque matrimonio, ne ita quidem incommoda, si paulo fuisset minor. Conuenit *aetas* liberorum e maioris *Tulliae* matrimonio procreatorum. Ex illa enim meliori *Tullia* liberos fuisse testatur *Brutus*: Οὗτος ὁ τὴν γαμετὴν, γυναῖκα σώφρονα καὶ τέκνων κοινωνὸν γεγουυῖαν, etc. ἀποκλείσας. *Dionys.* L. IV. p. 259. 260. Eam sustulit anno *Tullii* XL. vt mox ostendemus. Medio ergo spatio *natus* fuerit oportet *Sextus*, *Tarquinii Superbi* filius, inter annum *Tullii* XXIV. eiusdemque XL. potuitque *par* fuisse rebus quantumuis *magnis* Patre *regnante* gerendis. Nec illud etiam accidit incommode, quod, Bello demum *Etrusco* profligato, hae contigerint *nuptiae*.

537. *Seruii Tullii* ann. *Regni* XL. Aetat. LXX. *Tarquinii Superbi* Aetat. XLVI. qui hoc anno maiorem melioremque *Tulliam* sustulit. Nupsit autem illi *Tullia* minor et ferocior, quae

ARCHEOLOGIA IN DOMO FOSCARI

etiam ipsa virum *Aruntem*, *Superbi* fratrem, hoc eodem anno, ex pacto, interfecerat. ἐν ταῖς ἐνιαυσίαις ἀναγραφαῖς κατὰ τὸν τεσσαρακοστὸν ἐνιαυτὸν τῆς Τυλλίου ἀρχῆς τὸν Ἀρούνταν τετελευτηκότα παρειλήφαμεν. *Dionys.* L. IV. p. 225. Hos Annales *L. Pisonis Frugi*, gentis nempe *Calpurniae*, fuisse puto. Sic enim alibi *Dionysius* de his *Tarquiniis*: οὐχ υἱὸς εἶναι Ταρκυνίᾳ γράφω τὸς παῖδας, ἀλλ' υἱωνὸς, Λευκίᾳ Πίσωνι τῷ φρυγὶ συγκατατιθέμενος. Ἐκεῖνος γὰρ ἐν ταῖς ἐνιαυσίοις πραγματείαις τῶν ἱστόρηκε μόνος. L. IV. p. 204. Alibi rursus eiusdem meminit hunc in modum: ὡς δὲ Πείσων Λεύκιος ἐν τῇ πρώτῃ ἐνιαυσίων ἀναγράφει ἱστορίᾳ. p. 211. Erant ergo Annales illi, vt ἐνιαύσιοι, sic etiam ἀναγραφαί. Alios tamen *Annales* fateor adhibuisse *Dionysium*. In quibus locum habere poterant *Annales Aciliani* a *Liuio* memorati, quos *Acilio*, ipsi quoque *Pisoni*, tribuere videtur Auctor antiquus Anonymus *de Orig. gent. Rom.* Vix tamen ita rem se habuisse puto. Nam *Calpurnium* Historicum agnoscit *Dionysius*. L. I. p. 6. Et *Calpurnium Pisonem*. L. I. p. 63. Et *Lucium Pisonem Censorium*. L. II. p. 102. 103. quem *Censorem* Lustri anni *Capitolini* 633. agnoscunt *Sigonius* et *Pighius*. Hoc igitur, ni fallor, Auctore, hunc annum fuisse, quo melior periit *Tarquinius*, noster didicit *Dionysius*.

533. *Seruii Tullii* annus *Regni* XLIV. Aetat. LXXIV. Occiditur a *Tarquinio Superbo*. Τέτον δὲ διαδεξάμενος Σερβίος Τύλλιος τετταράκοντα καὶ τέτταρα. *Dionys.* L. I. p. 60. Sic etiam alibi *Seruium* accusat *Tarquinius*: τέταρτον ἤδη καὶ τεσσαρακοστὸν ἔτος ἀποσερεῖν με τῶν ἐμῶν. L. IV. p. 227. Hinc intelligendus *Seruius*, dum in *sua* ad illam *Tarquinii* Accusationem Responsione χρόνον Regni sui agnoscit duntaxat τετταρακονταετῆ. p. 229. Nempe de numero illum loqui *rotundo*, non autem *accurato*. Habet, fateor, et alibi in eandem sententiam verba alia: τὴν βασιλείαν Τύλλιος ἐπ' ἔτη τετταράκοντα κατέσχεν. p. 203. 204. Non tamen propterea de *numero*, quem dixi, dubitandum est, vt e verbis eiusdem liquet, illo ipso in loco proxime sequentibus. Nam, ex eorum sententia, qui filium *Tarquinii Prisci* potius, quam nepotem, *Tarquinium Superbum* statuebant, iam antea probauerat, ita fore, vt annum egerit XXVII. *Superbus*, cum auus ab *Anci Marcii* filiis interficeretur. Inde praeterea colligit, ipsum ὑπὲρ ἑβδομήκοντα ἔτη futurum, cum et ipse *Seruium Tullium* interficeret. Is enim numerus non conficietur, nisi ad annum (quem in caede *Prisci* egerit) XXVII. alii praeterea accederent anni XLIV. sub *Tullii* Regno transigendi. Vel inde suspicio est, *defectum* illum, qui hoc in loco occurrit, quadriennii, *Librario* potius, quam *Dionysio*, esse imputandum. Addendum esse etiam ex initio *Superbi* constat, vt sequenti anno probabimus. Caeterum de

de anni *tempestate*, qua caedem *Tullii* peregit *Tarquinius*, obseruanda sunt verba *Dionysii* illa: τὸν οἰκεῖον καιρὸν ἔλαβε, διεσκεδασμένου τοῦ δήμου κατὰ τὰς ἀγρὰς ἐπὶ τὴν τῶν καρπῶν συλλογήν. L. IV. p. 231. Haec enim si vera, mense *Iulio Iuliano*, quo *feriae* erant *messiuae*, *Tullium* interfecerit *Tarquinius*. Pro *Parapegmatis* Solaris ratione, quam etiam in Cyclo Ciuili *Lunari* (si quis tamen tum fuerit sub initium *Superbi* Cyclus) obseruandam curabant Pontifices. Inde ergo reuera processerint anni *Tarquinii*. Ab illo nempe *mense*, qui *Attico* respondet *Hecatombaeoni*. Hoc autem anno paulo minorem *quinquagenario* fuisse *Tarquinium*, supra iam ad annum ante *Christum* 553. pro mente *Dionysii* ostendimus.

532. *Tarquinii Superbi* ann. *Regni* I. Aetat. LI. κατὰ τὸν τέταρτον ἐνιαυτὸν τῆς ἑξηκοστῆς καὶ πρώτης Ὀλυμπιάδος. *Dionys.* L. IV. p. 234. Sed anno *Olympiaco* ineunte, annoque adeo *Iuliano* superiori, si quidem, ciuibus *messem* curantibus, occasionem *caedis* peragendae sumserit *Tarquinius*. Sic ab anni *superioris messe* procedent anni XXV. quibus *regnarit* ipse *Tarquinius*. Quod sane verisimillimum, vt postea probabimus.

Caeterum in huius *Tyranni* gestis *paucae* admodum occurrunt *temporum* notationes, et *nexus* admodum *incerti*, quibus ad *certos* Regni *annos* redigantur. Bellum cum *Gabinis septennе* fuisse verbis disertissimis agnoscit noster *Dionysius*: ἔτη γὰρ ἑπτὰ συνεχῶς (inquit) ἐπολεμήθη. L. IV. p. 242. Quotis autem concurrerint anni illi annis *Tarquinii*, de eo nihil ille, nec Veterum quispiam, quos habemus, opinor, alius. Sed *fini* propiores fuisse, exinde colligemus, quod proditione *Sexti* in patris potestatem venerint *Gabini*. *Tricenarium* certe, vel non multo minorem, *Sextum* fuisse consentaneum est, cum illum rei summae praeficerent *Gabini*. Hunc certe *annum* fuisse patriis *honoribus* capessendis receptum docet *Dionysius* L. IV. p. 202. 203. in causa *Tarquinii Prisci*. Nempe apud *Etruscos*, quorum ciuis ille fuerat *Tarquinius*. Nec aliter se rem habuisse apud *Romanos*, ex Oratione *Superbi* colligitur, qua *hoc* saltem *anno* sese ad Reipublicae gubernacula admouendum esse contendit, quo etiam *Seruii Tullii* filiam maiorem duxit vxorem. L. IV. p. 227. Nec enim est, cur *Peregrinum minorennem* suis ciuibus itidem *minorennibus* anteferendum existimarent. Nedum vbi de re *summa* periclitaretur Respublica. Nec tamen vltimo *Tarquinii* anno terminari illud potuit *septennium*, quem Nos annum V. C. 244. *labentem* fuisse ostendemus, pro Epocha *Dionysii Catoniana*. Tum enim *nouum* erat *Superbi* Bellum cum *Ardeatibus* exspectatione protractius. Imo Bello *Gabino* ad *exitum* perducto, totum se *Templo*, quod moliebatur, *Capitolino* exstruendo addixit *Tarquinius*.

nius. p. 246. Et *Bellum* vltimum cum *Ardeatibus* ea potiſſimum cauſa ſuſcepit, ne deeſſent ad *Templum* abſoluendum impenſae. *Liv.* I. c. 57. *Dionyſ.* L. IV. p. 250. Proinde *vno* ſaltem anno V. C. 243. *aedificio* vacarit, vt *manubias Sueſſanas* exhauriret huic *aedificio* dicatas. Proinde vltra annum V. C. 242. Bellum *Gabinum* exire non potuit. Nihil autem obſtat, quo minus *citius* aliquanto abſolui potuerit. Detrahamus ergo annos XXX. Sic anno V. C. *Catoniano* 212. *natus* fuerit *Tarquinius*. Nec tamen ante annum *Tullii* XL. V. C. *Catonianum* 215. ferocem *Tulliam Superbo* nupſiſſe iam probauimus, quam *Sexti* matrem credidit *Liuius*. Eſto ergo, *primogenitus* fuerit ex illo matrimonio *Sextus*. Ne quidem ita naſci *potuit* ante V. C. ann. 216. nec annum egiſſe, cum *Gabii* expugnarentur, pluſquam XXVI. Sed *trium* liberorum *minimum* credidit *Liuius* I. 53. et qui *Liuium* ſequuntur. Sic annum XXIV. ſuperare non potuit, cum falleret *Gabinos*. Id porro ſi fuiſſet verum, ex *alia*, quam feroci illa *Tullia*, matre edi non potuit. Eam enim matrem agnoſcebant *Titus* et *Aruns*, cum *illam* ex Oraculi praecepto oſculandam arbitrarentur, vt Regno potirentur. Imo *Sextum* eiuſdem *filium* agnoſcebant, cum operam darent, ne de Oraculo quidpiam reſciſceret *Sextus* frater, ſi quidem *Liuium* audiamus I. 56. Sed rectius, ni fallor, *maximum* natu *Sextum* agnoſcit *Dionyſius*. Sed *Sexti* meminit Oraculi occaſione *Dionyſius*. Potuit ergo *maioris melioriſque Tulliae* filius fuiſſe *Sextus*. Habuit enim etiam *ipſa communes* cum tyranno *liberos*, vt docet *Brutus* inſigni in *Tyrannum* Oratione. L. IV. p. 260. Sed nec *illa Superbo* iuncta eſt ante annum *Patris* XXIV. *Catonianum* 199. Sic naſci ante annum V. C. 200. nec ante annum V. C. 230. annum aetatis XXX. expleuiſſe, non potuerit *Sextus*. Inde etiam colligimus, Bellum illud a *Superbi initio* remouendum eſſe. Non tamen dicit *Brutus* vllum eorum, qui tum ſuperſtites erant, filiorum e *maiori* ſorore natum. Nec ſane veriſimile eſt, paſſuram eſſe ſuorum filiorum *aemulum*, filiam vxoremque tam impiam, quae nec *patri*, nec *viro* pepercerit; ne iam dicam, *nouercam*. *Patri* etiam *tyranno* ſuſpectus fuiſſet *aui matriſque* vindex. Certe fratribus ex *alio matrimonio* natis ſuſpectus fuiſſet, pro nouo *Patris exemplo*, Regni manifeſtus *haeres*, cum tamen nulla inter illos diſſidia legamus. Proinde potius e ſecundo illo impioque matrimonio natum *Sextum* arbitror, et paucos forte annos in fauorem *Sexti* eſſe minuendos, pro *exemplo* ipſius *Dionyſii*, qui *quinquennio* minorem ait *Tarquinium Priſcum*, cum *Romam* veniret, quam poſcebat annus *Magiſtratui* legitimus. Sunt enim, ſemperque fuerunt gratiae illae penes Rempublicam. Sic tamen etiam conſtabit, ab anno illo, quem dixi, 242.

longe

longe abeſſe ne quidem *potuiſſe* annum, de quo loquimur, Belli *Gabini* vltimum. Nec enim poſtulant res a *tyranno* poſtea geſtae *moram* admodum *diutinam*. Coeptum fuerat illud ipſum *Templum* ſub *auo* tyranni, *Priſco*. Nec magna erat, nec plusquam vnius anni, *mora* neceſſaria ad manubias *Sueſſanas* exhauriendas. His exhauſtis, nouas quaerebat e Bello cum *Ardeatibus* expenſas. Nec tamen magnos progreſſus feciſſe, exinde intelligimus, quod ſub *Conſulibus* manus Operi *vltima* acceſſerit, vt alii volunt, *primis*; vt *Dionyſius*, *tertiis*.

Proxime *hoc* Bellum praeceſſit aliud cum *Volſcis*. Moram nullam mediam *inſignem* fuiſſe, innuunt, ni fallor, verba *Dionyſii* illa de Bello *Gabino*: ἤδη τῶν πλείστων αὐτῷ κατὰ νῶν χωρώντων, πόλεμος ἐκ τῶν ὁμόρων ἀνέστη. L. IV. p. 242. Idem indicat Belli *occaſio* a profugis *Sueſſanis Romaniſque* nata. Praeſertim συμπροθυμηθέντων καὶ οὐολούσκων, teſte ibidem *Dionyſio*, p. 243. Quae enim *morae* cauſa eſſe potuit in recenti iniuriarum memoria *Sueſſanorum*, promtisque *Volſcorum*, ad Bellum ſuſcipiendum, animis? Idem inde colligimus, quod ab expugnatis *Sueſſis* ad *finem* vſque Belli *Gabini* nondum tamen dicatas Templo *Capitolino* manubias expenderit *Tarquinius*. Inde enim eſt, cur ſuſpicemur, vt *mediae* aliquae interceſſerint *induciae*, nullam tamen toto hoc ſpatio *firmam* fuiſſe *Pacem*. Inducias certe aliquas fuiſſe, exinde diſcimus, quod de Belli *Gabini ſeptennio* obſeruauit, illud fuiſſe συνεχῶς. Id nempe innuens, Bella, quae *praeceſſerunt*, huius Regni omnia *induciis* fuiſſe interpolata. *Initium* arceſſit vterque ab expugnata *Sueſſa Pometia*. De quo initio ita Liuius: *Is primus Volſcis Bellum in ducentos amplius poſt ſuam aetatem annos mouit: Sueſſamque Pometiam ex his vi cepit*. I. 53. Verba obſcura ſunt. Id tamen vult, ni fallor, *Sueſſam Pometiam*, quam primus expugnauit *Tarquinius Superbus*, poſt annos ab illius *Tarquinii* aetate *pluſquam ducentos*, iterum in *Romanorum* poteſtatem veniſſe, factamque *Romanam* exinde *coloniam*. Quid ſi huc retulerimus alia eiuſdem *Liuii* in hanc ſententiam verba, vbi ita ſcribit: *Sueſſa et Pontia eodem anno coloniae deductae ſunt. Sueſſa Auruncorum fuerat*. L. IX. c. 28? Non multum, vt exiſtimo, ab illius ſententia aberrabimus. *Coſſ.* ibi ſunt: *Papyrius Curſor* V. et *C. Iunius Bubulcus*, V. C. ann. 441. pro Epocha vtraque, tam *Varroniana*, quam *Catoniana*. Interuallum eſt *amplius*, quam *ducentorum annorum*, ab hoc *initio*, quod Bellum *Gabinum* praeceſſerit. Venit autem in *Auruncorum* poteſtatem *Pometia Colonia* ann. V. C. 252. *Liv.* II. 17. Nec multum diſcedit *Velleius*, qui poſt *Coſſ.* anni 433. primo *triennium*, tum annum *vnum*, deinde *triennium*, poſtea *quadriennium* ſupputat. Tum ſubiungit: *ac deinde interiecto triennio, Sueſſa*

Aurunca. L. I. c. 14. Loquitur de eadem, de qua *Liuius*, colonia. Nec adeo a *Liuio* discreparet, arbitror; certe melius ipse *secum* conueniret, si quidem licuisset per *librarios*. Vtcunque tamen de *anno* captae *Suessae* nihil inde constat. Variorum autem annorum fuisse censeo illa quoque Bella. Primi anni nota est ad verba *Dionysii*: στρατὸν ἐξάγειν ἐπὶ Σαβίνους ἔγνω. L. IV. p. 240. Illo *Suessam* expugnarit, et *Sabinos* in fidem receperit, et priorem illum *Triumphum* de *Sabinis* egerit, cuius in Marmoribus *Capitolinis* vestigia duntaxat habemus, nec *gentis triumphatae*, nec *mensis* nomine, et ne quidem *anni* numero seruato. Caeterum in illis *Dionysii* verbis plurium annorum Expeditiones contineri puto: Ἐποιήσατο δὲ καὶ μετὰ ταῦτα πολλὰς ἐξόδους ἐπὶ τὴν Οὐολούσκων χώραν, τοτὲ μὲν ἁπάσῃ τῇ δυνάμει, τοτὲ δὲ μέρει τινὶ καὶ λείας πολλῆς ἐγένετο κύριος. L. IV. p. 242. Certe Expeditiones illae, quae copias *omnes* ducebant, vix aliae esse poterant, quam *annuae*. Itaque si *illae* plures fuerint, etiam *annos* plures praedationum fuisse consentaneum est. *Poterant* et illae quoque *annuae* fuisse, quibus *partes* tantummodo copiarum hosticam populabantur. Si nempe vtiles *Bello* menses *induciae* fecissent inutiles. Et sane *alibi* Bella illa *praedatoria* multis fuisse *annis* obseruauit ipse *Dionysius*. Sed Bellum *Gabinum septenne* χρόνῳ dicit fuisse μακρῷ. ib. p. 242. Inde fortasse sequetur, prae illo *breuia* fuisse Bella *praecedentia*. Nisi forte prae eo, quod exspectabatur, *diuturnum* μακρὸν censuerit *Dionysius*, (quod *spe lentius* appellat *Liuius*) et quod nullis interpolatum fuerit *induciis*. Quod si *pauciores* fuerint Belli *prioris* anni, quam Belli *Gabini*, at saltem pauciores *quinquennio* esse vix poterant. Illae certe Expeditiones, quae copiis omnibus instruebantur, singulorum *annorum singulae* fuisse videntur. Nec enim ad *hiberna* rediisse verisimile est, nisi *hostibus* sese ad *hiberna* similiter conferentibus. Nec anno iam *affecto* copias *vniuersas* ex *hibernis* fuisse reuocatas. Et tamen πολλὰς istiusmodi ἐξόδους agnoscit, *binis* saltem, vt videtur, *plures*. Tres ergo fuerunt istiusmodi Expeditionum anni, quae cum copiis prodierint *vniuersis*. Vnicus ergo saltem *annus* fuerit rerum gestarum per copias *partiarias*. Sic *quadriennio* cum *Volscis* conflixerit *Tarquinius*, quo *exeunte secundum* de illis *triumphum* duxerit, cuius rudera habemus in marmoribus *Capitolinis*. Hunc tamen numerum iusto *contractiorem* esse suspicor, et *plures* adeo *annos*, quam fecimus, huic, in *Volscos*, Bello esse concedendos, vt *initium* illius propius ad *Tarquinii* ipsius *initium* admoueretur. Quod quidem facile fieri potuit, si et copiarum partiariarum Expeditiones fuerint *frequentiores*, et *induciae* fuerint *annuae* proeliorum *intermediae*. Foedus autem cum *Latinis* proxime praecessit primum cum *Sabinis*

Sabinis Bellum, annumque illum, quo expugnata est *Suessa Pometia*. Sic ergo se habebit huius Regni Chronologia, pro nostris hisce rationibus.

524. Ἐπὶ τῆς ἑξηκοστῆς καὶ τετάρτης Ὀλυμπιάδος, victi a *Cumanis Etrusci*, duce *Cumanorum Aristodemo*. Nempe ann. XX. ante 504. vbi vide. *Tarquinii* ann. *Regni* IX. *Aetat.* LIX.

522. *Tarquinii Superbi* ann. *Regni* XI. *Aetat.* LXI. Foedus cum *Latinis*. Vel propius *initio Tarquinii*. Vnde fiet, vt *initium* Belli cum *Volscis* propius ad *initium Tarquinii* admouendum sit.

521. *Tarquinii Superbi* ann. *Regni* XII. *Aetat.* LXII. *Suessa Pometia* capta. Victi *Sabini*, deque illis *Triumphus* I. Tum *coloniam* duxit *Tarquinius Circaeam*: κατὰ λογισμόν, ὅτι τῶ Πωμεντίνων πεδίῳ μεγίστῳ τῶν περὶ τὴν Λατίνην, καὶ τῆς συναπτούσης αὐτὴν θαλάσσης, ἔκειτο ἐν καλῷ. *Dionys.* L. IV. p. 250. Hoc tempore quia ex agro *Pometino*. οἰκιστὴ titulum detulit filio *Arunti*. ib.

520. *Tarquinii Superbi* ann. *Regni* XIII. *Aetat.* LXIII. Belli cum *Volscis* ann. I.

519. *Tarquinii Superbi* ann. *Regni* XIV. *Aetat.* LXIV. Belli cum *Volscis* ann. II.

518. *Tarquinii Superbi* ann. *Regni* XV. *Aetat.* LXV. Belli cum *Volscis* ann. III.

517. *Tarquinii Superbi* ann. *Regni* XVI. *Aetat.* LXVI. Belli cum *Volscis* ann. IV. Huius anni fine *Triumphus* II. de *Volscis*.

516. *Tarquinii Superbi* ann. *Regni* XVII. *Aetat.* LXVII. Belli cum *Gabinis* ann. I.

515. *Tarquinii Superbi* ann. *Regni* XVIII. *Aetat.* LXVIII. Belli cum *Gabinis* ann. II.

514. *Tarquinii Superbi* ann. *Regni* XIX. *Aetat.* LXIX. Belli cum *Gabinis* ann. III.

513. *Tarquinii Superbi* ann. *Regni* XX. *Aetat.* LXX. Belli cum *Gabinis* ann. IV.

512. *Tarquinii Superbi* ann. *Regni* XXI. *Aetat.* LXXI. Belli cum *Gabinis* ann. V.

511. *Tarquinii Superbi* ann. *Regni* XXII. *Aetat.* LXXII. Belli cum *Gabinis* ann. VI.

510. *Tarquinii Superbi* ann. *Regni* XXIII. *Aetat.* LXXIII. Belli cum *Gabinis* ann. VII. *Gabiis receptis, Tarquinius pacem cum Aequorum gente fecit, foedus cum Tuscis renouauit. Inde ad negotia Vrbana animum conuertit.* Liv. I. 55.

509. Templum *Iouis Capitolini* aedificari coepit e manubiis *Suessae Pometiae*, ann. *Regni* XXIV. *Aetat.* LXXIV. *Hoc*, ni fallor, anno, *Sexto* Rege *Gabiorum* constituto, coloniam *Circaeam* deduxit in honorem filii *Aruntis*, et *Signiam* in honorem *Titi*, tanquam οἰκιστῶν, *Tarquinius*. Hoc certe anno manubias *Pometi-*

nas expendit, tot *antea* annis captas. *Signia* autem, *hibernorum* munia, ſuperiori Bello praeſtiterat, ita proinde *munita*, vt facile in *Vrbem* migrauerit.

508. *Tarquinii Superbi* ann. *Regni* XXV. *Aetat.* LXXV. Bellum cum *Ardeatibus*. Inde pellitur in *exſilium*. Tenuit vſque ad annum *Regni* XXV. ἕως εἰκοστῷ καὶ πέμπτῳ προαγαγεῖν τὴν ἀρχήν. *Dionyſ.* L. I. p. 56. ἥ τε ἐκ τῆς ἀρχῆς αὐτῷ ἔκπλωσις γίνεται πέμπτῳ καὶ εἰκοστῷ μετὰ ταῦτα [poſt caedem *Seruii Tullii*] ἔτει. Καὶ τότε τῷ ἔτει στρατευόμενος ἐν τῷ πρὸς Ἀρδεάτας εἰσάγεται πολέμῳ, καὶ πάντα τὰ ἔργα. L. IV. p. 204. *Iunius Brutus* in Oratione: ἦκε γὰρ ὁ καιρὸς, ὃν εὐχόμην τε καὶ προσεδεχόμην· πέμπτον ἤδη τοῦτο καὶ εἰκοστὸν ἔτος φυλάξας. p. 259. Iterum: ὧν Ταρκύνιος ὁ μίαν ἡμέραν, ἀλλὰ πέμπτον καὶ εἰκοστὸν ἔτος, ἤδη τυραννῶν. p. 263. ἡλικίαν ἤδη πολιὸς, ἔτη δὲ πέντε καὶ εἴκοσι τὴν βασιλείαν κατασχών. p. 265. Annum ſcilicet abſoluerat huius anni *meſſe*, qui meſſe *Seruium Tullium* interfecerat. Quod ſupererat, ad annum ſpectabat reuera *Regni* XXVI. Nec tamen quemquam Veterum habemus, qui *Superbo* annos plus quam XXV. conceſſerit, vnum ſi exceperis *Euſebium*, qui *decennium* integrum demtum *Tullio* ſucceſſori *Tullii*, *Superbo*, aſſignavit. *Dionyſii* autem numerum non alium eſſe, quam XXV aliunde conſtat, quod hic numerus, ſuperioribus additus, Regum omnium annos in vniuerſum conficiat 244. Omnino pro mente *Dionyſii*. Ἀπό γε τῆς ἐκβολῆς τῶν βασιλέων ἐπὶ τὸν πρῶτον ἄρξαντα τῆς πόλεως ἀναβιβασθεὶς Ῥωμύλον ὁ χρόνος, ἔτη τέτταρα πρὸς τετταράκοντα καὶ διακοσίοις ἀποτελεῖ. L. I. p. 60. Mox ibidem: τεττάρων δὲ καὶ τετταράκοντα καὶ διακοσίων ἀναπολημένων, ἃ κατέσχον οἱ βασιλεῖς etc. Iterum in fine Libri IV. Ἡ μὲν δὴ βασιλικὴ πολιτεία διαμείνασα μετὰ τὸν οἰκισμὸν τῆς Ῥώμης ἐτῶν τεττάρων καὶ τετταράκοντα καὶ διακοσίων ἀριθμὸν, ἐπὶ δὲ τῷ τελευταίῳ βασιλέως τυραννὶς γενομένη, διὰ ταύτας τὰς προφάσεις καὶ ὑπὸ τούτων κατελύθη τῶν ἀνδρῶν. Eademque etiam verba fere numerat initio Libri V. Haec ergo manifeſta eſſe puto, ſaltem pro ſententia *Dionyſii*. Idem tamen *Dionyſius* obſeruauit, cum *primi* inirent *Conſules*, *quatuor* deſuiſſe ad finem anni *menſes*: Οἱ πρῶτοι τὴν βασιλικὴν ἀρχὴν παραλαβόντες ὕπατοι τετταράκοντα μηνῶν εἰς τὸν ἐκείνου ὑπολειπομένων. L. V. p. 266. Intelligi procul dubio ad *finem* anni 244. illos pertigiſſe *menſes*. Reſpondent illi *menſes* ſatis accurate pro *initio* anni, de quo iam antea monuimus, ducendo a *Palilibus*. *Aprili* enim *exeunte* erant *Palilia*. Ita quidem rectiſſime, ſi eodem *ſitu* tum fuiſſet *Ianuarius*, quo *ineunte* primos *Conſules* Magiſtratum docet iniuiſſe *Plutarchus*. Sed alium *Ianuarii* ſitum Diſſ. X. de *Cyclis*, eumdemque cum ſitu *Martii* probauimus, illo ſeculo, quod tamen fugit *Dionyſium*. Satis autem hinc apparet, annorum horum initia a *Palilibus* cenſere *Dionyſium*, etiam in annis Regum *ſin-*

gulis.

Inde factum, vt XXV. *Superbi* anno ſpatium *quadrimeſtre* deeſſe crediderit, quod ad proxima poſt annum 244 *Palilia* deeſſe viderentur. Hinc ergo ſequitur, anno 244 *labente*, pro his rationibus, fuiſſe *Regifugium*, ſi tot *menſibus* ante anni 244 *finem primi* etiam inierint *Conſules*. Nec ſane aliter, quam a *Palilibus*, calculum *Dionyſii* procedere oportebat, cum ab *Vrbe condita* annos numeraret, vt hoc in loco illum ſaltem feciſſe vidimus. Sic ergo ad finem *Regum* anni fuerint *integri* tantummodo 243. Multo autem magis, ſi ad *finem* anni *Tarquinii* XXV. duntaxat ſupputaſſet. Expleuit enim *illum annum* huius anni *Aeſtate Tarquinius*, nec multis adeo poſt anni 244 ineuntis *Palilia menſibus*, vt e *Seruii Tullii* caede probauimus. Ita pars longe *maxima* anni ab *Vrbe condita* 244 primis *Conſulibus*, non autem *Tarquinio Superbo*, fuiſſet imputanda. Hanc ego *cauſam* fuiſſe puto, anni in Faſtis *Capitolinis* deficientis, vti etiam in aliis *minorum gentium* veteribus Auctoribus. Nec enim hic audiendos exiſtimarim *quarti* a *Chriſto* ſeculi Auctores, qui annum *Tarquinii Priſci* XXXVII. eiuſdem *vltimum* exiſtimant. Iam vidimus, *Dionyſium* negare, *vllos* fuiſſe Veteres Auctores, qui pauciores XXXVIII annos *Priſco* tribuerint. Huius ego *negantis* teſtimonium *iuniorum* teſtimoniis omnibus anteferendum exiſtimo *pauciores* numerantibus.

Caeterum obſidio *Ardeatium*, quacunque demum anni *parte* coeperit, eam tamen πολυχρόνιον fuiſſe teſtatur *Dionyſius*, L. III. p. 250. Pertigit certe ad *initium* anni *Iuliani* ſequentis, vt mox oſtendemus.

De *vſu* Tabularum ſequentium.

„*Meminerit Lector*, *his noſtris Tabulis pro* norma *haberi Epocham* Catonianam, *quae duobus annis* ſerius *incipit*, *quam* Varroniana. *Inde factum*, *vt numeris* Catonianis *reſpondeant* anni Magiſtratus *anniſque* Olympiadum Catonianis, *non autem numeris* Varronianis, *qui cum* Catonianis *in eadem ſerie leguntur*. *Ex. gr. primi* Coſſ. *anni* Catoniani 245. *anno* Varroniano *reſpondent* 247. *qui idem eſt cum anno* Catoniano 245. Verus *tamen eorundem* ſitus, *pro ſententia* Varronianorum, *eſt anno* Varroniano 245. *qui idem erat cum* Catoniano 243. *Idque facillime intelligetur ex annis* Olympiadum, *qui numeris* Varronianis *in eadem columella apponuntur*. *Sub anno enim* Varroniano *appoſuimus* Olymp. 67$\frac{3}{4}$. *qui anno* Olympiadum *cum anno Epochae* Varronianae *concurrunt* 245. *Is ergo* verus *eſt Conſulum* eorundem *ſitus*, *pro ſententia* Varronianorum. *Itaque ex* Olympiadum *annis appoſitis*, *tam* ſitus *Conſulum* eorundem *conſtabit pro vtriusque*

Epochae hypotheſibus, Catonianae *ac* Varronianae, *quam et* ſpatium, *quo ab inuicem* diſcedunt *pro iiſdem rationibus.*„

„*Caeterum in* Regum *annis* nihil *prorſus diſcrepant inuicem* Catoniani *et* Varroniani. *Sed ne quidem in annis Magiſtratibus* annorum *Eponymis vſque ad annum* Decemuirorum tertium, *quem interponunt* Catoniani *a* Varronianis *prorſus omiſſum. Inde factum, vt iiſdem ab* Vrbe condita *numeris* iidem *reſpondeant vtrobique* Conſules, *qui tamen hoc ipſo ſpatio perpetuo* biennii *diſcrimine a ſe inuicem diſſita ſunt, vt e fixa* Olympiadum *Epocha manifeſtum eſt. Ab illo autem tertio* Decemuirorum *anno* vno anno *auctiores ſunt numeri ab Vrbe condita* Catoniani *in eorundem* Conſulum *deſignatione, vt multis probauimus exemplis* X. *noſtra de* Cyclis *Diſſertatione. Inde ergo* triennio *integro* verum ſitum *praecedunt Conſules* Catoniani, *qui tandem in eum locum recedunt, quo* biennio *breuioribus numeris reſpondent in Epocha* Catoniana. *Hunc locum denique aſſequuntur Faſti* Catoniani, *omiſſa triplici* Dictatura *annorum* Varr. 430. 445. *et* 453. *quam* annuam *credebant* Varroniani. *Et ab eo vſque* anno *biennio* breviores *ſunt eorundem* Conſulum *numeri* Catoniani, *quam ſupputantur in Epocha* Varroniana.„

„*Sed vero annos* Cycli veteris Lunaris *non ad* normam, *vt alia,* Catonianam *accommodauimus; ſed ad* Varronianam, *quam* vero *propiorem exiſtimamus. Id nempe illo conſilio fecimus, vt,* quales *fuerint* anni *Conſulum, oſtenderemus, non quidem, pro illo* ſitu, *quem* reuera *tenebant in Epocha* Varroniana *pro ſententia* Varronianorum; *ſed pro illo potius, qui illis a* Catonianis *aſſignatus eſt. Sic itaque intelligendi erunt, vt numeri* Varroniani Catonianis *appoſiti non illum deſignent annum, quo* Varro *ipſe* Conſules *Magiſtratum* geſſiſſe *credidit, ſed illum rectius, qui anno* Catoniano *reſpondebat, pro calculo ducto ab* initio *Conſulum* Varroniano, *quod anni erat* Varroniani 245. *non, vt hic legitur,* 247. *Caeterum, vt annorum* Cyclicorum *loci recte deſignarentur in Epocha* Varroniana, *plane neceſſarium erat, vt vnus idemque annus* Cyclicus *tertio* Decemuiratui, *primiſque,* poſt *Decemuiros,* Conſulibus *concederetur, vt pro* vno *anno* Catonianum *illud* biennium, *cenſebant* Varroniani. *Et vice verſa* tres *annuae* Dictaturae, *cum alios conſtituant, pro mente* Varronis, *annos a* Conſulibus, *quibus adiiciuntur a* Catonianis, *proinde* alios *ſortiantur oportet, pro eiuſdem ſententia* Varronis, *annos* Cyclicos, *qui locum* ambo *habere non poſſunt in annis* Conſularium collegiorum *ſingulorum ſingulis* Catonianis. *Prior ergo annus* Conſulum Cyclicus, *pro anni* Lunaris *modo, quo* Conſulatum *tenuerunt* Conſules, *agnoſcendus eſt. Poſterior* Dictatoris *nullus eſt* Catonianis, *qui* alium *non agnoſcunt* annum Dictatorium *in ſuo anno* Conſulari.„

„*Sed*

„*Sed et illud obſeruandum,* biennio *illa* Conſulum Dictatorumque *Varroniana, vt* ſingulos *in Epocha* Catoniana *deſignant* annos, *ſolorum nempe, ſine Dictatoribus,* Conſulum: *Sic et in columella* Varroniana, *qua* Conſulum Catonianorum *verus tantummodo deſcribitur* ſitus *in Epocha* Varroniana, *ſinguli illi anni, non* bini, *numerandi ſunt. Hic ita certe rem habere ſe neceſſe eſt, quia annus* Catonianorum *Conſulum* primus, *idem* tertius *numeratur in columella* Varroniana, *non ſcilicet* Vrbis (*vt in laterculo ſupputatur* Catoniano) 245. *ſed* 247. *Fieri hoc ne quidem potuit, niſi, interpolatis poſtea* annis Dictatoriis, *fieret, vt* primi *quoque* Varroniani *Coſſ.* biennio *ſolido in interiora protruderentur. Itaque cum* duarum *Dictaturarum* annuarum *ratio in columella* Varroniana, *etiam ab* initio *habita fuerit,* bis *profecto numerarentur, ſi* ſuo *quaeque* loco *iterum ſupputaretur.* Singuli *ergo cum habeantur anni* duarum *primarum cum ſuis Conſulibus* Dictaturarum; *ne quidem fieri poteſt, vt anni* Cyclici *ſingulis* plures *aſſignentur. Haec cauſa eſt, cur* bis *annos Cyclicos* eoſdem *in illis legis. Idque recte ſe habere e* Tab. *noſtra ad* Diſſ. *de* Cyclis X. *quae* IX. *numeratur in* Appendice, *conſtabit. Sic enim fiet, vt* reſpondeant *anni* Cyclici *annis* Varronianis, *cum quibus in illa* Tabula *committuntur, aliter profecto minime reſponſuri. Hoc monere neceſſe erat, ne* Facti *ratio* Lectorem *lateret. Non ita fecimus in* Dictatura tertia, *cuius ratio nulla in primis Conſulum numeris praeceſſerat. Huic annum* Cyclicum *a* Conſulum *anno Cyclico* diuerſum *ſubiecimus. Nempe, vt anni* Catoniani *Decemvirorum* tertii *lucrum in Epocha* Catoniana *noua hac* Varroniana Dictatura *compenſaretur.*„

„Olympiadum *tamen annos, qui cum* Dictaturis *concurrebant, ſubiecimus. Id quod plane neceſſarium erat, vt intelligeretur, non temere nos toto* biennio *auctiores feciſſe numeros in columella* Varroniana, *quam fuerint in* Catoniana. *Primae enim* Dictaturae, *cum nihil habeant, quo* compenſentur *in Epocha* Catoniana; *totam proinde Epocham* Varronianam *ad ipſam vſque Vrbis* originem *biennio* locupletiorem *fecerunt. Non item* tertia, *quae* hiatum *tantummodo ſupplet* tertii *in Epocha Catoniana* Decemuiratus.„

„*Id porro operam dedimus, vt* Magiſtratuum *anni* Eponymorum *initia, quam potuimus, accurate deſignaremus. Plane vtique neceſſarium, vt cum* Graecorum Olympiadibus, *aliarumque gentium* Epochis, *geſta* Romanorum *Annalia committerentur. Ipſosque* Magiſtratus, *qua licuit, ex* optimis *monumentis deſcripſimus. Cum illa non occurrerent, e* minorum *gentium Faſtis* Siculis, Caſſiodori, Idatii, Cuſpiniani, Mariani Scoti, *et ſimilibus (tacitis nominibus) ſuppleuimus.* Triumphos *item dedimus, ea potiſſimum*

de cauſa,

Epochae hypotheſibus, Catonianae *ac* Varronianae, *quam et* ſpatium, *quo ab inuicem* diſcedunt *pro iiſdem rationibus.*„

„*Caeterum in* Regum *annis* nihil *prorſus diſcrepant inuicem* Catoniani *et* Varroniani. *Sed ne quidem in annis Magiſtratibus* annorum *Eponymis vſque ad annum* Decemuirorum tertium, *quem interponunt* Catoniani *a* Varronianis *prorſus omiſſum. Inde factum, vt iiſdem ab* Vrbe condita *numeris* iidem *reſpondeant vtrobique* Conſules, *qui tamen hoc ipſo ſpatio perpetuo* biennii *diſcrimine a ſe inuicem diſſita ſunt, vt e fixa* Olympiadum *Epocha manifeſtum eſt. Ab illo autem tertio* Decemuirorum *anno* vno anno *auctiores ſunt numeri ab Vrbe condita* Catoniani *in eorundem* Conſulum *deſignatione, vt multis probauimus exemplis* X. *noſtra de* Cyclis *Diſſertatione. Inde ergo* triennio *integro* verum ſitum *praecedunt Conſules* Catoniani, *qui tandem in eum locum recedunt, quo* biennio *breuioribus numeris reſpondent in Epocha* Catoniana. *Hunc locum denique aſſequuntur Faſti* Catoniani, *omiſſa triplici* Dictatura *annorum* Varr. 430. 445. *et* 453. *quam* annuam *credebant* Varroniani. *Et ab eo vſque* anno *biennio* breviores *ſunt eorundem* Conſulum *numeri* Catoniani, *quam ſupputantur in Epocha* Varroniana.„

„*Sed vero annos* Cycli veteris Lunaris *non ad* normam, *vt alia,* Catonianam *accommodauimus; ſed ad* Varronianam, *quam* vero *propiorem exiſtimamus. Id nempe illo conſilio fecimus, vt,* quales *fuerint* anni *Conſulum, oſtenderemus, non quidem, pro illo* ſitu, *quem* reuera *tenebant in Epocha* Varroniana *pro ſententia* Varronianorum; *ſed pro illo potius, qui illis a* Catonianis *aſſignatus eſt. Sic itaque intelligendi erunt, vt numeri* Varroniani Catonianis *appoſiti non illum deſignent annum, quo* Varro *ipſe* Conſules *Magiſtratum* geſſiſſe *credidit, ſed illum rectius, qui anno* Catoniano *reſpondebat, pro calculo ducto ab* initio *Conſulum* Varroniano, *quod anni erat* Varroniani 245. *non, vt hic legitur,* 247. *Caeterum, vt annorum* Cyclicorum *loci recte deſignarentur in Epocha* Varroniana, *plane neceſſarium erat, vt vnus idemque annus* Cyclicus *tertio* Decemuiratui, *primiſque,* poſt *Decemuiros,* Conſulibus *concederetur, vt pro* vno *anno* Catonianum *illud* biennium, *cenſebant* Varroniani. *Et vice verſa* tres *annuae* Dictaturae, *cum alios conſtituant, pro mente* Varronis, *annos a* Conſulibus, *quibus adiiciuntur a* Catonianis, *proinde* alios *ſortiantur oportet, pro eiuſdem ſententia* Varronis, *annos* Cyclicos, *qui locum* ambo *habere non poſſunt in annis* Conſularium collegiorum *ſingulorum ſingulis* Catonianis. *Prior ergo annus* Conſulum Cyclicus, *pro anni* Lunaris *modo, quo* Conſulatum *tenuerunt* Conſules, *agnoſcendus eſt. Poſterior* Dictatoris *nullus eſt* Catonianis, *qui* alium *non agnoſcunt* annum Dictatorium *in ſuo anno* Conſulari.„

„*Sed*

„*Sed et illud obſeruandum,* biennio *illa* Conſulum Dictatorumque *Varroniana, vt* ſingulos *in Epocha* Catoniana *deſignant* annos, *ſolorum nempe, ſine Dictatoribus,* Conſulum: *Sic et in columella* Varroniana, *qua* Conſulum Catonianorum *verus tantummodo deſcribitur* ſitus *in Epocha* Varroniana, *ſinguli illi anni, non* bini, *numerandi ſunt. Hic ita certe rem habere ſe neceſſe eſt, quia annus* Catonianorum *Conſulum* primus, *idem* tertius *numeratur in columella* Varroniana, *non ſcilicet* Vrbis (*vt in laterculo ſupputatur* Catoniano) 245. *ſed* 247. *Fieri hoc ne quidem potuit, niſi, interpolatis poſtea* annis Dictatoriis, *fieret, vt* primi *quoque* Varroniani *Coſſ.* biennio *ſolido in interiora protruderentur. Itaque cum* duarum *Dictaturarum* annuarum *ratio in columella* Varroniana, *etiam ab* initio *habita fuerit,* bis *profecto numerarentur, ſi* ſuo *quaeque* loco *iterum ſupputaretur.* Singuli *ergo cum habeantur anni* duarum *primarum cum ſuis Conſulibus* Dictaturarum; *ne quidem fieri poteſt, vt anni* Cyclici *ſingulis* plures *aſſignentur. Haec cauſa eſt, cur* bis *annos Cyclicos* eoſdem *in illis legis. Idque recte ſe habere e* Tab. *noſtra ad* Diſſ. *de* Cyclis X. *quae* IX. *numeratur in* Appendice, *conſtabit. Sic enim fiet, vt* reſpondeant *anni* Cyclici *annis* Varronianis, *cum quibus in illa* Tabula *committuntur, aliter profecto minime reſponſuri. Hoc monere neceſſe erat, ne* Facti *ratio* Lectorem *lateret. Non ita fecimus in* Dictatura tertia, *cuius ratio nulla in primis Conſulum numeris praeceſſerat. Huic annum* Cyclicum *a* Conſulum *anno Cyclico* diuerſum *ſubiecimus. Nempe, vt anni* Catoniani *Decemvirorum* tertii *lucrum in Epocha* Catoniana *noua hac* Varroniana Dictatura *compenſaretur.*„

„Olympiadum *tamen annos, qui cum* Dictaturis *concurrebant, ſubiecimus. Id quod plane neceſſarium erat, vt intelligeretur, non temere nos toto* biennio *auctiores feciſſe numeros in columella* Varroniana, *quam fuerint in* Catoniana. *Primae enim* Dictaturae, *cum nihil habeant, quo* compenſentur *in Epocha* Catoniana; *totam proinde Epocham* Varronianam *ad ipſam vſque Vrbis* originem *biennio* locupletiorem *fecerunt. Non item* tertia, *quae* hiatum *tantummodo ſupplet* tertii *in Epocha Catoniana* Decemuiratus.„

„*Id porro operam dedimus, vt* Magiſtratuum *anni* Eponymorum *initia, quam potuimus, accurate deſignaremus. Plane vtique neceſſarium, vt cum* Graecorum Olympiadibus, *aliarumque gentium* Epochis, *geſta* Romanorum *Annalia committerentur. Ipſosque* Magiſtratus, *qua licuit, ex* optimis *monumentis deſcripſimus. Cum illa non occurrerent, e* minorum *gentium Faſtis* Siculis, Caſſiodori, Idatii, Cuſpiniani, Mariani Scoti, *et ſimilibus (tacitis nominibus) ſuppleuimus.* Triumphos *item dedimus, ea potiſſimum de cauſa,*

de cauſa, vt de anni, *quo triumphatum fuerit, forma inde ſtatueretur. Sed quos dedimus anni* Iuliani *dies, qui menſium* Lunarium *diebus reſponderint, ita intelligendi ſunt, ſi nullae fuiſſent per menſium dierumue* intercalationes *Anomaliae. De his enim, quae a* Pontificum *arbitrio pendebant, norma nulla* certa *ſtatui poteſt. Nos autem, quid de illis ſtatuamus, Diſſ.* X. *de* Cyclis *ſententiam noſtram explicuimus.*„

507. *Tarquinii Superbi* ann. *Exſilii* I. *Aetatis* LXXVI. *Regifugium* VII. Kal. *Martias.* Intelligo de *die*, quo *Exſilium* decretum eſt in Comitiis *Tarquinio Superbo*, eiuſque *filiis*. Menſemque *Martium* pro huius ſeculi *Ianuario* habeo, anni illius *principio*, cuius menſis *vltimus* erat *Februarius*. *Februarium* enim, (vt poſt *Decemuiros Martius*, ita) antea *Ianuarius*, proxime excepit, vt ſitum *Martii recentioris* tunc tenuerit *Ianuarius*. Haec probo Diſſ. X. de *Cycl.* n. 93. 98. 99. Itaque tantumdem valebat tum VII. Kal. *Ianuar.* quod poſtea VII. Kal. *Mart.* Hoc *Regifugium* erat, quod *Terminalibus* proximum erat. *Noui* ſcilicet anni *initium*, vt *ſuperiorem annum* terminabant *Terminalia*, in perpetuam huius *exſilii* memoriam. Anno Cycli I. VII. Kal. illius *Ianuarii*, ſiue *Martii*, in diem incurrebat *Februarii Iuliani* XXIII. Ita quidem pro *Regifugio* Epochae *Varronianae*. Haec autem *Dionyſii* Epocha *Catoniana* biennio *ſerior* eſt. *Primus* ergo illius annus biennio *ſerior* eſt. Proinde anni Cyclici tertii fine quaerere oportet illius *Regifugium*. Ibi autem reſpondet *Febr. Iul.* diei XIV. Hoc ergo *die* exſularit *Tarquinius*, et primi deſignati Conſules. Hoc certe anno *Iuliano*, pro hypotheſibus *Catonianis*. Suffragatur in die menſis *veteris Onuphrius*.

I *Ianuarii* Magiſtratum inibant primi Conſules, qui erat *Martii Iuliani* I. pro noſtris Cycli *Romani* Lunaris vetuſtiſſimi *Tabulis*, et pro Epocha *Varroniana*. Primus autem Epochae *Catonianae* idem annus eſt *Cycli* IV. quo in *Martii Iuliani* diem 2 incidit dies *veteris Ianuarii* I.

XXIV. *Maii*, IX Kal. *Iun.* male habetur pro *Regifugio*. E Vet. *Kalendario* hallucinatum de eo *Ouidium* obſeruauit *Onuphrius*. Idem *Feſtum*, de quo ita [9] Macrobius: *Nonnulli putauerunt, Iunium menſem a Iunio Bruto, qui primus Romae Conſul factus eſt, nominatum: quod hoc menſe, id eſt, Kalendis Iuniis* [deeſt Kalendarum *numerus* e praedicto veteri *Kalendario* ſupplendus] *pulſo Tarquinio ſacrum Carnae Deae in Coelio monte voti reus fecerit. Hanc Deam vitalibus humanis praeeſſe credunt. Ab ea denique petitur, vt iecinora et corda, quaeque ſunt intrinſecus viſcera, ſalua conſeruet. Et quia cordis beneficio, cuius diſſimulatione Brutus habebatur idoneus emendationi publici ſtatus, exſtitit,*

9 *Macrob. Cat.* I, 12.

rit, hanc Deam, quae vitalibus praeeſt, templo ſacrauit. Ob proſperum euentum bene mentitae *dementiae*, pulſique iam cum ſuis uliis *Tarquinii*, non *feciſſe* vota, ſed *ſoluiſſe* fertur *Brutus*. Proinde *poſt* initum *Conſulatum*, cum ſecura ſibi videretur aliquatenus a *Tarquinii* metu Reſpublica. Fateor equidem, in Kalendario *Auguſti* ſic literas Q. R. C. F. interpretari pleroſque, quaſi ita eſſent intelligendae: *QVANDO REX COMITIIS FVGIT.* Sed longe aliter e *Varrone* et *Feſto* intelligendas docuit *Onuphrius*. Hanc nimirum in ſententiam: *QVANDO REX COMITIAVIT, FAS.* Sic enim docuit, diem illum ex *parte* tantummodo *nefaſtum* eſſe. Quod ſcilicet, poſt *Comitia* a *Rege Sacrificulo* habita, deinceps *Faſtus* eſſet, idoneuſque ſententiis decretoriis a *Praetore* proferendis. Hic *fugae* ne mentio quidem. Et tamen, quia *vota* de *Regifugio* ſoluiſſe dicitur in eo *Brutus*, inde occaſio ſatis facilis eſt, cur ad *fugam* referretur. Mihi quidem ſuſpicio eſt, vota illa *ſoluta* pro detectis filiorum ſuorum aliorumque de *Tarquinii* reditu coniurantium inſidiis. Conuenit certe *tempeſtas* anni ſatis accurate. *Segetis* nimirum, ſuperiori anno a *Tarquinio* ſatae, maturae *meſſi*. Sic enim teſtatur *Liuius* II. 5. Habebat vetus ille Lunaris *Maius* totidem, ac noſter, dies, nempe XXXI. Proinde IX. Kalend. *Iun.* dies erat illius *Maii* XXIV. vt dixi, qui *primo* Cycli anno diei *Iunii Iuliani* XXI. reſpondebat, pro Epocha *Varroniana*, pro *Catoniana Iunii* XII. Et quidem, *detecta* illa coniuratione, negatae ſunt illae *Tarquinio* fruges, quae a *meſſe* longe abeſſe non poterant, pro more *Romanorum* ferias *meſſiuas Iulio Iuliano* celebrantium. Hucuſque ergo certum eſt ſuperfuiſſe *Brutum*; nec adeo *Martium*, quo perierit, ad anni Conſularis *initium*, ſed *finem* potius, eſſe referendum. Et ſane res ipſa clamat, partem vel *maximam* fuiſſe *Bruto* in bonorum e *Tarquiniis* repetitorum retentione. Bellum itaque, quo periit, ad annum *Iulianum* ſequentem differendum eſt. Et quidem pro ſententia *Dionyſii*, vt mox oſtendemus. Certe quod *maturum meſſi* dixit *Liuius*, id τεθερισμένον ἄρτι, καὶ κειμένων ἔτι τῶν δραγμάτων tranſtulit *Plutarchus*.

506. *Tarquinii Superbi* ann. *Exſilii* II. *Aetat.* LXXVII. Proelium, quo cecidit *Brutus* et *Aruns Tarquinius* περὶ μιᾶς Καλανδῶν Μαρτίας. *Plutarch.* Poplicol. Nempe anno *Cycli* 2. Martii Iuliani die XVIII. pro *Tabulis* noſtris Epochae *Varronianae*. Sed anno *Cycli* 4. (qua Epochae *Catonianae* accommodandae ſunt) *April.* Iul. 2. τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ a *Valerio* collega pro roſtris laudatus. *Dionyſ.* p. 279. Proinde *Martii* Iuliani die XIX. Reuera pro ſitu Epochae *Catonianae* intelligendus eſt *Dionyſius*. Hoc ergo anno *Iuliano*, ſi *Dionyſium* audiamus, qui *Olymp.* LXVIII $\frac{2}{3}$. reſpon-

respondebat, qui annus erat Epochae *Catonianae* 246. Ita necessario intelligendum esse Dionysium ex illis illius verbis discimus: ὑστερεῖ δὲ καὶ τὰ Μαραθώνια καὶ τῆς Βρύτου ταφῆς, εἰ ἐπὶ ἐκ τούτων πρῶτον ἤρξαντο οἱ ἔπαινοι λέγεσθαι τοῖς ἀπογενομένοις, ἑκκαίδεκα ἔτεσιν. L. V. p. 280. *Sedecim* anni quatuor sunt *Olympiades*, quae proinde desinent in annum illum *Iulianum*, qui cum *Ol.* LXXII $\frac{2}{3}$. conuenit, qui annus erat proelii *Marathonii*. Sed tamen, vt in partem anni *posteriorem Olymp.* LXXII. 3. inciderit proelium ipsum *Marathonium*. Sed *annus* horum temporum *Archonticus* vtriusque anni *Olympiadici* partem complectebatur, pariter ac *annus* ipse *Iulianus*. Qua scilicet inibat a *Gamelione*. Superior autem *Martius*, qui *Ianuarium*, quo iniuit *Brutus*, proxime excipiebat, partem nullam habebat in anno, qui XVI. a *Dionysio* numeratur a caede *Bruti*, cui victoriam assignat *Marathoniam*, qui a *priori* illo *Martio* reuera XVII. est. Ipso illo die, quo *Brutus* cecidit, triumphauit *Valerius Poplicola*: Ἐθριάμβευσε δ' ἀπ' αὐτῆς Οὐαλέριος, εἰσελάσας τεθρίππῳ πρῶτος ὑπάτων. *Plutarch.* Poplicol. Nempe in Vrbis εἰσελάσει. Tum post *laudatum* sequenti die collegam *Leges* tulit Populo acceptas, quibus nomen meruit *Poplicolae*. Et quidem post *Mart.* XIX. opportuni occurrunt his Legibus ferendis dies *Comitiales* duo, XX. et XXI. vti etiam sufficiendo *collegae*. Aegre tamen lata illa ipsa vel *bidui*, in *collega* sufficiendo, *mora*. Proinde *Martii* XXI. Iulian. pro calculo *Varronis*, vel (pro *Dionysii* calculo *Catoniano*) *Aprilis Iulian.* V. (*veteris* autem *Lunarisque Martii* die IV.) electus Cos. *Sp. Lucretius*, *Lucretiae* pater, vt nos docet *Plutarchus*. Hunc *paucis* admodum *diebus* tenuisse, apud omnes in confesso est, vt ne quidem nomen illius in quibusdam Fastis comparuerit, hac ipsa breuis morae causa, vt arbitratur *Liuius*. *Martio* ergo *veteri* non admodum *affecto* suffectus fuerit in illius locum *M. Horatius* ad anni *finem*, sequentia, vt puto, *Palilia*. Haec omnia huius anni *Iuliani* erant, quamuis ad annum *Consularem* pertinuerint anni *Iuliani* praecedentis, *annoque* adeo *praecedenti* accenseantur, pro more Chronologiae *Romanae*.

April. XX. qui XI. Kal. *Maias* pro eo *Kalendario*, quo dies erant in *Aprili* tantummodo XXIX. *Palilia* erant, vnde *nouus* coepit, ni fallor, *Consulatus*. Pro anni nimirum superioris exemplo, quo *Ianuarii* initium *quadrimestri* spatio, tempus ineundi noui anni legitimum praecedere censuit *Dionysius*. Anno *Cycli* II. idem est cum *Maii* Iuliani die VIII. pro mente *Varronis*, sed *Cycli* anno IV. (pro situ *Catonis*) *Maii Iulian.* XXIII. Scio quidem, saepissime *mutatum* esse tempus *ineundi* Consulatus. Nec multis post hunc ipsum, in quo versamur, annum annis, vt in nostro

nostro de *Cyclis* Opere obseruauimus. Et tamen *quarto* quoque *Consulatu*, quoties in *primos* Olympiadum annos incurrunt, *Olympiadum*, *Archontumque Atticorum*, qui *primis* Olympiadum annis responderint, meminit noster *Dionysius*. Et quidem ita, vt anni *Olympiadum* primi *exeuntes* intelligantur, qua scilicet cum *Vernis* concurrunt annorum *tempestatibus*, quae rerum gestarum *annuarum initia* maxime idonea sunt. Et quidem *Vere* inibant anni ipsi *Olympiadum*, cum etiam agones *Olympii* mense *Attico Thargelione* celebrarentur, si quidem recte docuit *Ioannes Tzetzes* suis ad Μεθοδικὰ Notis. Nec longe aberat a *Vernis* mensibus *Gamelion*, quo *annui* inibant *horum* temporum *Archontes*. Haec tamen adeo *paucis* nota vix crediderim in animo habuisse *Dionysium*. Illud vero potius, vt *Annales* Vrbis *conditae* ab ipso Vrbis *Natali* arcesseret, pro sua saltem, quam sequebatur, Epocha *Catoniana*. Vnum ergo annorum omnium et commune *initium* sibi proposuit in annis singulis *Dionysius*. Nec aliud illud in Historia saltem *Romana*, vt videtur, quam *Palilium*. Proinde non incommode *Palilia* annorum *singulorum* e nostris Cycli *Romani* Tabulis notanda duximus, pro sententia *Dionysii*. Et quidem ex *vtroque* illorum temporum *Kalendario* ad *dies* redacta etiam *Iulianos*. *Posterioris* autem *Kalendarii* rationes puto esse verisimillimas. Quod tamen e *nouis* discendum, si quae prodierint, experimentis. *Secundo anno iterum Tarquinius, vt reciperetur in Regnum, Bellum Romanis intulit, auxilium ei ferente Porsena, Tusciae Rege.* Eutrop.

505. *Tarquinii Superbi* ann. *Exsilii* III. *Aetat.* LXXVIII. Videantur, quae pro *Dionysianis* huius anni *Coss.* Diss. X. de *Cycl.* n. 76. disputauimus, deque dedicato, hoc demum anno, ab *Horatio* Consule Templo *Capitolino*. Succurrit iam et aliud Argumentum, quod tum memoriam meam fugerat. *Legem* vetustam agnoscit *Liuius* priscis literis verbisque scriptam, *vt, qui Praetor Maximus sit, Idibus Septembribus clauum pangat.* VII. 3. Loquitur de huius Aedis *Capitolinae* clauis annorum indicibus, quorum primus ab alio esse non potuit, quam Templi *Dedicatore*. Et quidem ipsis illis *Idibus Dedicationem* ab *Horatio* peractam, suffragatur *Liuio Plutarchus* in *Poplicola*: εἰδοῖς Σεπτεμβρίαις, ὃ συντυγχάνει περὶ τὴν παυσέληνον, μάλιστα τῷ Μεταγειτνιῶνος. Et quidem *Fastis* quibuscunque certior erat *Lex* a *Liuio* memorata, tot suae aetatis notis insignita. Magis autem in hac causa obseruanda, quod *Liuii* et *Plutarchi* sententiam de *Dedicatione primo Horatii Consulatu* facta, refellat; confirmet autem sententiam *Dionysii*, quae *secundo* potius eiusdem *Horatii Consulatui* Dedicationem assignandam censet. Iam enim

enim probauimus, *Martium*, cuius prid. Kal. perierit *Brutus*, posteriorem fuisse *Martium*, qui *Septembrem* secutus est, non autem *priorem*, qui Septembrem *praecesserit*. Sic nullus fuerit in *priori Horatii Consulatu September*, quo *clauum* ipsi figere licuerit. Suppetit et aliud Argumentum, pariter, ni fallor, inuictum. Aedem *Concordiae* dedicauit *Flauius* Scriba. Inciditque in tabella aerea eam aedem *centum quatuor annos post Capitolinam dedicatam*. Ita *Plinius* Nat. Hist. XXXIII. 1. In numero annorum vnum *centenarium* deesse manifestum est. Nam *dedicationem* illam *P. Sempronio Longo, Lucio Sulpitio* Coss. peractam agnoscit *Liuius* IX. 46. et ibidem *Plinius*. Perperam autem Coss. illos anno tribuit CCCCXLVIII. ab Vrbe *Condita*, qui Magistratum tenebant anno Epochae *Varronianae* reuera 450. vt e nostra constat *Tab.* XIII. ad Diss. de *Cyclis* X. Sic autem numerus constabit accuratissime, si annus Epochae *Varronianae* 247. (quo *tertii* erant in Epocha *Varroniana Consules*) primus numeretur Aedis *Capitolinae*. Ita enim fiet, vt annus *Varronianus* 450, idem Aedis *Capitolinae* fuerit, vt volebat *Flauius* Scriba, 204. Epocham autem *Polybianam* sequebatur illo in loco *Plinius*, vt alibi *Catonianam*, cum de aliorum Auctorum a se excerptorum sententia loquitur. Ipsum enim *Varronianum* fuisse probauimus. Hinc etiam obiter intelligimus, *Varronianam* Chronologiam omnium accuratissimam esse, ne quidem illa excepta, quam sequitur *Dionysius* ipse, *Catoniana*. *Tertio anno post Reges exactos Tarquinius, cum suscipi non posset in Regnum, neque ei Porsena, qui Pacem cum Romanis fecerat, auxilium praestaret, Tusculum se contulit, quae ciuitas non longe ab Vrbe est: atque ibi per quatuordecim annos priuatus cum vxore pernoctauit.* Eutrop.

504. *Tarquinii Superbi* ann. *Exsilii* IV. *Aetat.* LXXIX. Res gesta inter *Etruscos* et *Aricinos* sub huius anni *Coss.* in qua partem habuit *Aristodemus*, tyrannus *Cumanus*. *Aruntem* ille, *Porsenae* filium, interfecit, *Etruscis* in fugam versis. Ita hoc ipso anno *Dionysius*. L. V. p. 292. qui δεύτερον ἔτος censet Belli *Etruscorum* in *Aricinos*, quorum annus *prior* is ipse fuerat, quo *Pacem Romanis* concesserat *Porsena*. Ita etiam L. VII. p. 405. vbi XX. annum fuisse statuit ab *Olymp.* LXIV. p. 404. Intelligit, ni fallor, annum illum *Iulianum*, cuius medio illa iniuit *Olympias*. Proinde *Olymp.* $\frac{63}{64}$. $\frac{4}{1}$. qui cum anno *Tarquinii Superbi* IX, *Vrbisque* 228. concurrebat, pro Epocha scilicet *Catoniana*. Inde hic ipse, in quo versamur, XX. est *Caton.* 248. Ita verus comprobaretur situs Epochae *Catonianae*, si quidem constitisset, *nexum* aliquem fuisse inter *Consules* huius superioriisque anni *Romanos*, et *rem* gestam cum *Aristodemo Cumano*. Si nem-

Si nempe *veri* illi fuissent *anni* in Epocha *fixa Olympiadum*. Haec nostra erat obseruatio Diss. X. de *Cycl.* n. 102. Sed fieri potest, vt e *Coss. situ* pro Epocha *Catoniana* annos ipsos *Olympiadum* collegerint *Cumani*. Hinc tamen illud saltem apparet, *omissos* a *Liuio* huius anni *Coss.* reuera esse inferendos pro rationibus *Catonianis*. Caeterum de hac Chronologia *Cumana* plura vid. ann. 490. *Quarto anno post Reges exactos, cum Sabini Romanis Bellum intulissent, victi sunt, et de his est triumphatum.* Eutrop. Perperam.

503. *Tarquinii Superbi* ann. *Exsilii* V. *Aetat.* LXXX. Vid. *Tabul.* vbi annus *Exsilii* V. agnoscitur et *Olymp.* 69. Belli *Sabini* Consulatus I. *Quinto anno Valerius ille, Bruti collega, et* IV. *Consul, fataliter mortuus est.* Eutrop. Falso.

502. *Tarquinii Superbi* ann. *Exsilii* VI. *Aetat.* LXXXI. Belli *Sabini* Consulatus II.

501. *Tarquinii Superbi* ann. *Exsilii* VII. *Aetat.* LXXXII. Belli *Sabini* Consulatus III. E diebus *Triumphalibus* (qui III. Non. et Prid. Non. *April.* referuntur in Marmoribus *Capitolinis*) probabile est, adhuc *Palilia* ineundis *Consulatibus* legitima fuisse. Anno enim Consulari *exeunte triumphos* fuisse verisimillimum est.

500. *Tarquinii Superbi* ann. *Exsilii* VIII. *Aetat.* LXXXIII. Belli *Sabini* Consulatus IV. qui et vltimus.

499. *Tarquinii Superbi* ann. *Exsilii* IX. *Aetat.* LXXXIV.

498. *Tarquinii Superbi* ann. *Exsilii* X. *Aetatis* LXXXV.

497. *Tarquinii Superbi* ann. *Exsilii* XI. *Aetat.* LXXXVI. De re gesta sub huius anni *Coss.* ita Liuius: *Tarquinius Superbus, quanquam iam aetate et viribus erat grauior* etc. II. 19.

Hoc anno proelium de libertate omnium celeberrimum ad lacum *Regillum* ponit *Liuius* II. 19. Non tamen dissimulat, fuisse alios, qui ad *Coss. tertii anni* postea *sequentis* (qui ante *Christum* anno 494. Magistratum gesserunt) referendum potius existimarent. Sic enim rursus habet: *Hoc demum anno ad Regillum lacum pugnatum apud quosdam inuenio.* II. 21. Et paucis interpositis, addit: *Tanti errores implicant temporum, aliter apud alios ordinatis Magistratibus, vt nec qui Consules secundum quosdam, ne quid quoque anno actum sit, in tanta vetustate non rerum modo, sed etiam Auctorum, digerere possis.* Errorum illorum fontem, qua licet, explicare conemur. Annales *Romanorum* antiquissimos *Pontificum Maximorum*, non ad *annuos*, vt postea, *Magistratus*, sed ad clauos *Capitolinos*, Templi nimirum *Capitolini*, digestos (Diss. X. de *Cycl.* n. 74. 75. 76.) ostendimus. *Claui* autem *Capitolini* ab ipsa *Capitolii* origine arcessebantur. Haec enim Epocha erat Chronologiae *Romanae* post

Regifugium, quod non longe a *Regum exſilio Capitolii* exſtructionem diſtare exiſtimabant. Sed vero *duas* ibi tradidimus *Epochas* clauorum *Capitolinorum*, pro *duabus* diuerſorum Auctorum de Templi *Capitolini* fundatione ſententiis: Aliam eorum, qui *primo Horatii Conſulatu* (qui anni erat a *Regifugio* proximi, ſed *exeuntis*) dedicatum ab *Horatio* putabant. Sic ipſe *Liuius*. Aliam, qui 2. *Horatii Conſulatu*, quo *menſem* habuit in ſuo Conſulatu *Septembrem*, primum illum illius Templi *clauum* (a quo *primus* proceſſit Dedicationis *annus*) fixum ab *Horatio* veriſimilius exiſtimabant. His ſuffragatur ipſe *Dionyſius*, qui *tertio* proinde poſt *Liuium Conſulatu* proelium illud ad *Regillum* ſtatuit, cum aliis, quorum meminit *Liuius* Auctoribus. Sed et alias fuiſſe arbitror de eadem illa *Regifugii* Aera ſententias. Harum vna ab anno *Tarquinii penultimo*, vel etiam XXV. poſt *meſſem* labente, V. C. 243. *clauorum* vſum arceſſiuerit, propterea quod illo ipſo anno totus incubuerit *Templo Capitolino Tarquinius*. Potuit illa ſententia placuiſſe *Faſtorum Capitolinorum* conditori, aliiſque omnibus, qui *primis Conſulibus* illum *ipſum* annum tribuunt, qui numerabatur ab Vrbe *Condita* 244. Alia erat eorum, qui nouam *Regifugii* Aeram ab anno potius *Tarquinii vltimo* incipiendam videbant, quam a Templi *Capitolini Dedicatione*, quam intelligebant nexum vel nullum, vel admodum incertum, cum ipſo *Regifugio* habere. Haec procul dubio ſententia omnium veriſſima eſt, quam tamen non intelligebant, qui illam ſequebantur, ne quidem *Liuius* ipſe, vel *Dionyſius*. *Secundo Exſilii* anno *Tarquinium* deſeruit *Porſena*, nempe *exeunte*. Inde factum, vt *tertio* anno ſeſe ad *Mamilium* generum *Tuſculi* agentem contulerit. Ibi latuit per annos *quatuordecim* vſque ad proelium ad *Regillum*, proximo poſt proelium anno *mortuus*, qui erat a latebris in *Tuſculo* XV. Ita *Eutropius*, ex antiquiore procul dubio, et meliore, quam ipſe fuerit, Auctore. *Tertio* (inquit) *anno poſt Reges exactos Tarquinius, cum ſuſcipi non poſſet in Regnum, neque ei Porſena, qui Pacem cum Romanis fecerat, auxilium praeſtaret, Tuſculum ſe contulit, quae ciuitas non longe ab Vrbe eſt, atque ibi per quatuordecim annos priuatus cum vxore conſenuit.* Et certe poſt Pacem *Porſenae Tuſculi* fuiſſe *Tarquinium*, et quidem *tertiis* a *Regifugio Coſſ.* ſuffragatur *Liuius* his verbis: *Tarquinius, ſpe omni reditus inciſa, exſulatum ad generum Mamilium Octauium Tuſculum abiit.* II. 15. Incidit is annus *Exſilii* III. in annum *Dedicati* ab *Horatio Capitolii* V. C. 247. In illum nempe ipſum annum, quem pro *Regifugii* anno habebant, qui *Regifugii* Epocham a *clauis* arceſſebant *Capitolinis*. Inde ſupererant ad proelium *Regillenſe* anni tantummodo *quatuordecim*,

decim, *quindecim* vero ad *Tyranni mortem*, ſi quidem *vnius* duntaxat *anni* ſpatium inter illud *proelium* eiuſdemque *mortem* interceſſerit. Et quidem a XXV. *Superbi* anno, V. C. 244. illos numeros agnoſcit *Dionyſ. Halic.* et pro *Tarquinii morte* etiam *Liuius*. Ἐκπεσών τε τῆς ἀρχῆς ἔτι πολεμεῖ Ῥωμαίοις, ὢν ἔλαττον τεττάρων καὶ δέκα ἐτῶν, αὐτὸς ἐν τοῖς πράγμασιν ἐξεταζόμενος, ὥς φασιν. *Dionyſ.* L. IV. p. 204. Verba illa poſtrema, ὥς φασιν, in eo dubium illum fuiſſe vincunt, an *manu* rem in poſtremo illo proelio *Regillenſi* geſſerit *Tarquinius Superbus*, quod tamen proditum ab Auctoribus fuiſſe innuit. Imo hoc nomine *Licinnium Macrum* et *Gelliorum* alterum reprehendit, quod Regem ipſum *Superbum* pugnantem vulneratumque in eo proelio introduxiſſent, quas tamen ipſe partes *Tarquinii* potius filiis, *Tito Sextoque*, tribuendas exiſtimauit. L. VI. p. 335. Sed *proelii tempus* illud ipſum agnoſcit, quod diximus. Tunc enim ἐννεηκοντα ἔτεσι προσάγοντα, *Tarquinium* Regem teſtatur, quod recte *paene nonagenarium* vertit interpres p. 335. Innuit nimirum, tunc annum egiſſe LXXXIX. *nonagenario* proximum. Haec anni nota eſt 258. anni, vti etiam altera anni ab *Exſilio* Regum XIV. Repetit vtramque *Dionyſius* in anno ipſo, vbi ita habet: ὁ μὲν δὴ πρὸς τὴς τυράννυς ἐνεὰς πόλεμος, τετραακαιδεκαέτης ἀπὸ τῆς ἐκπλώσεως αὐτῶν γενόμενος, τοιαύτης ἔτυχε τελευτῆς. Ταρκύνιος δὲ ὁ βασιλεὺς, ἔτος γὰρ ἔτι λοιπὸς ἐκ τῦ γένους ἦν, ὁμῦ τι γεγονὼς ἐννενήκοντα ἔτη etc. p. 343. Nec *diu* poſtea ſuperſtitem fuiſſe *Superbum* ſequentia docent, pro ſententia ſaltem *Dionyſii*. Cum enim nec a *Latinis* reciperetur amplius, per conditiones *Pacis*, nec ab *Etruſcis*, nec a *Sabinis*, nec ab alia vlla *propinqua* et *libera* ciuitate; tandem in *Campaniae Cumam* illum ſeſe recepiſſe dicit, ad *Ariſtodemum* tyrannum, παρ' ᾧ βραχύν τινα ἡμερῶν ἀριθμὸν ἐπιβιὺς (inquit) ἀποθνήσκει, καὶ θάπλετοι ὑπ' αὐτῦ. Inde colligitur, anno ſequenti 259. *mortuum Tarquinium*, quem etiam eundem annum *Tarquinio* fatalem agnoſcit *Liuius* II. 21. Hic, cum inuicem conſentiant, alios tamen alioſque Auctores ſecuti; ſignum eſt, non vltra profecto proferendam eſſe *mortem Tarquinii*. Quomodo tamen haec conciliabimus cum eo, quod habet *triennio* poſtea idem *Dionyſius*, ſub *Coſſ.* nimirum anni V. C. 262? tum ſcilicet ad *Ariſtodemum Cumanum* ſeſe *Tarquinium* recepiſſe *Superbum*? Hoc ſi fuiſſet verum, tum annum egerit *Tarquinius*, cum moreretur, XCIII. contra ſententiam *Dionyſii*. Et tamen ita rem fuiſſe innuunt, in illo anno, verba *Dionyſii*. Eo venerunt, inquit, οἱ σὺν τῷ βασιλεῖ Ταρκυνίῳ διασωθέντες ἐκ τῆς τελευταίας μάχης φυγάδες. L. VII. p. 403. οἱ σὺν Ταρκυνίῳ φυγάδες καθισάμενοι. p. 411. Neutro quidem in loco *diſerta* mentio eſt *Tarquinii*, quaſi tum *ſuperſtitis*. Et probabile eſt, *tum* exceſſiſſe ipſum

Tarquinium, qui paucis admodum diebus ſuperſtes erat poſtea, quam *Cumam* appuliſſet. Imo *neceſſe* erat, tum defunctum eſſe, cum eo appellerent *Romanorum* de re *annonaria* legati, qui anno *exeunte* legationem obierunt. Sed hunc ipſum fuiſſe annum, quo *Cumam* venerint *Romani*, qui *Tarquinii* cauſa exſulabant, docent illa *Dionyſii* verba: ἐπὶ τοῦτον δὴ τὸν Ἀριστόδημον ἔτος ὁμοῦ τεσσαρεσκαιδέκατον ἤδη τυραννεύοντα Κύμης. etc. p. 411. Coepit enim illa *Ariſtodemi* tyrannis a victis ad *Ariciam Etruſcis*, quod *proximo* poſt *Pacem Romanorum* cum *Porſena* anno contigiſſe docet *Dionyſius*, vt iam ſupra obſeruauimus. Sic enim fiet, vt annus *Exſilii* XV. quem *Tarquinio* fatalem credidit tam *Liuius*, quam *Dionyſius*, idem cum *Ariſtodemi* in tyrannide *Cumana* anno concurrerit tantummodo XIV. Mox etiam a proelio *Regillenſi Cumam* ſeſe recepiſſe *Tarquinium*, agnoſcunt omnes. Nihil ergo eſt, cur dubitemus, eodem confugiſſe, qui illius cauſa exſulabant, nec mora aliqua *diutina* poſt proelium interpoſita. Alium enim receptum tutum nullum *illis* fuiſſe docuit *Dionyſius*, qui operam in proelio ipſo ſtrenuiſſimam nauauerant, et quos Pacis poſt proelium initae conditionibus fugauerant vndequaque *Romani*. Erat enim in procliui, vt *ducem* ſequerentur experti animum *Tarquinio* ſuo beneuolum *Ariſtodemi*. Sed facilis eſt de Ratiocinio coniectura, quo ſeſe ipſos noſtrumque *Dionyſium* fefellerint, qui *Dionyſio* in hoc errore praeibant, Auctores. Qui enim erant a vero *Regifugio* numerandi anni ad *Tarquinii mortem quindecim*, hos illi a *clauis Capitolinis* arceſſendos exiſtimabant, quos illi falſo pro Epocha ipſius *Regifugii* habebant. Plane idem ſentientes cum Auctoribus *Eutropii*. Contra neminem veterum ſcimus, qui ab ea ſententia ſciens ac volens deſciuerit, quae *mortem Tarquinii* in alium annum contulerit, quam qui fuerit *Exſilii* XV. *vrbis* autem 259. Qui *Regifugium* a *clauis* ſupputabant *Capitolinis*, proelium *Regillenſe* in anno illius Epochae ſtatuebant XI. Intelligebant enim, *proelium*, quod erat anni poſt Regum *Exſilium* XIV. a priori *Regifugio* (quod *triennio* clauos *Capitolinos* anteuertebat) annis tantummodo XI. diſtare potuiſſe. Non alios *Liuio* Auctores fuiſſe arbitror proelii *Regillenſis* in annum a vero *Regifugio* XI. (qui *vrbis* erat 255) conferendi. *Diſcordia* autem illius a certioribus *Auctoribus* inde oriebatur, quod qui *verus* erat a falſa *Regifugii* Epocha *numerus*, eum ille viciſſim falſo ad *veram Regifugii* Epocham retulerit. Inde enim factum, vt proelium illud *triennio*, quam oportebat, *antiquius* exiſtimaretur. Vt autem intelligamus, quantos fefellerit Auctores Epocha illa *Regifugii*, quae a *Clauis* ducebatur *Capitolinis*; erat certe in eorum numero *Polybius*, Auctor ſui Seculi accuratiſſimus. Sic enim ille de

de primis, quos putabat *Coſſ.* Λεύκιον Ἰούνιον Βροῦτον καὶ Μάρκον Ὡράτιον, τοὺς πρώτους καταλαθέντας ὑπάτους μετὰ τὴν τῶν βασιλέων κατάλυσιν· ὑφ' ὧν συνέβη καθιερωθῆναι καὶ τὸ τοῦ Διὸς ἱερὸν Καπιτωλίνια. L. III. c. 22. Epocham ſcilicet *Regifugii* a *Templi Capitolini dedicatione* deducit, quae Epocha erat *clauorum Capitolinorum*; et praecipuos vtriuſque Epochae *Coſſ.* facit inuicem collegas, cum tamen ne in primo quidem Conſulatu *collegam Brutum* habuerit *Horatius*, ſed *deceſſorem*, ſuffectus ipſe in locum *Lucretii*, qui locum *Bruti* ſuppleuit, iam ſcilicet interfecti; et in *ſecundo* ſuo *Conſulatu*, quo *clauum* Templi *Capitolini* primum fixit *Horatius*, *Brutus* ne ſuperſtes quidem fuerit. Hunc tamen *ſecundum Horatii Conſulatum*, vnde *claui* procedebant, pro *Regifugii* Epocha habebat *Polybius*. Inde enim ad Expeditionem *Xerxis* annos numerat XXVIII. *ſeptem* nimirum *Olympiadas*. Annus, quo *Graeciam Xerxes* aggreſſus eſt, erat *Olymp.* $\frac{74}{75}$ $\frac{4}{1}$. qui XXVIII. numeratur a vero *Regifugio* in *Tabulis* noſtris *Catonianis*. Sed *Varroniana* Epocha omnium accuratiſſima annus *vrbis* cenſetur 274. Inde ſi 28 detraxeris, reliquus erit annus *Varronianus* 246. Vt proinde *primus* illius numeri *annus vrbis* fuerit pro Epocha *Varroniana* 247. qui *primus* erat etiam *clauorum Capitolinorum*. Inde illi occaſio *alterum* ex vtraque Epocha *Conſulem* primarium in *collegium* admiſcendi, quod nec Epochas ipſas a ſe inuicem ſatis accurate ſecreuerit. Sic itaque verum *Conſulum* rerumque geſtarum *ſitum* reſtituemus, ſi et *Conſulatus* ipſos a vero *Regifugii* anno numeremus, et *ſitum Conſulibus* illum aſſignemus, qui ei reuera competit pro Epocha *Varroniana*. Ita autem fiet, vt hoc anno nullus ſit futurus locus proelio *Regillenſi*.

496. *Tarquinii Superbi* ann. *Exſilii* XII. *Aetat.* LXXXVII. Dictator I. e *Conſulatu T. Largius*, hoc anno *Dionyſ.* L. V. p. 324. *Tribus* antea annis *Liuius*, ſub *Coſſ.* anni 253. II. c. 18. Propter eandem, de qua ſupra, rationem, vt videtur. Quod IX a clavis *Capitolinis* anno fuiſſet poſitus. Sic enim *Eutropius* et ex eo *Hieronymus*.

494. *Tarquinii Superbi* ann. *Exſilii* XIV. *Aetat.* LXXXIX. Proelium *Regillenſe* ſub *Dictatore Poſthumio*, pro mente *Dionyſii*. Vid. 497. Reuera autem ann. V. C. *Varr.* 258. qui ante *Ch.* 496. Hucuſque *Palilibus*, ni fallor, inibant *Coſſ.* niſi potius fortaſſe die *Regifugii*, quem pro anni *Ciuilis* nouo *initio* habebant. Proelium ipſum *Idib. Quinctilib.* tribuunt *Plutarch.* Coriolano et noſter *Dionyſ.* L. VI. p. 337. *Quinctilis* autem *Iunius* fuerit oportet, cum *initium* anni procederet a *Ianuario*, qui *Martium* proxime praecedebat, ſi quidem *numero* vlli tum fuerint inſigniti *menſes*, quo a *primo* menſe diſtabant. Sed *nume-*

rorum in *menſibus* nulla prorſus apud *Veteres* veſtigia habemus, qui aliunde proceſſerint, quam a *Martio*. Ab illo non modo *quintus* erat *Quinctilis*, ſed *ſextus Sextilis*, *ſeptimus September*, et ad eundem modum reliqui vſque ad *Decembrem*. Potius ergo ſuſpicor, *menſium* nomina a *numeris* deſumta tum demum in vſum recepta eſſe, cum loco *Ianuarii Martium* ſuffeciſſent *Decemuiri*. *Nonas* certe non *Quinctiles*, ſed *Caprotinas* appellatas tradunt ſub *Romulo*. Anno non admodum *affecto* erat ille *dies*. *Aug.* nempe XII. *Iulian.* XXIX. vel *Aug.* XXVII. pro ſitu *Varroniano*. Dictator mox anni *initio* factus abdicauit, antequam *elapſum* eſſet ſpatium *ſemeſtre*. p. 344. Nec vllos poſtea legimus illius anni *Coſſ.* Proinde infra ſpatium *ſemeſtre* huius anni *ſequentis* anni *Coſſ.* iniiſſe veriſimile eſt. *Idibus* nempe *Septembribus*, quibus nouus figendus erat in *ſequentis* anni notam *clauus* in Templo *Iouis Capitolini*. Vide, quae infra obſeruaturi ſumus ad *ann.* 491. Non incredibile eſt, vt, prae gaudio *libertatis*, nouum annum a *priori Regifugio* inchoabant: ita rurſus, *hoc* tam illuſtri proelio, libertate *ſtabilita*, et ſpe omni Tyrannidis penitus exſtincta, nouo proinde anni initio *alio* vſos. Et quidem *Annalium Maximorum* in *Capitolio* proſtantium ſub cura *Pontificis Maximi* hoc anni initium fuiſſe veriſimillimum eſt, a quo *noui* procederent *claui Capitolini*. Meminit huius *proelii* alibi *Liuius*. Sic tamen ambigue, vt tum quoque ſe de proelii *anno* dubium fuiſſe prodat. Ad annum V. C. *Catonianum* 365. annos numerat ab hoc proelio *prope centum*, L. VI. c. 2. *Nec pluſquam centum* ad ann. 374. L. VI. c. 28. Ne quidem auſus vltra numeros *rotundos* vtrobique procedere. Et tamen ſequenti anni V. C. 259. ita loquitur *Liuius*, quaſi *magis* ipſe quoque ſententiae illi, quae proelium *Regillenſe* anno aſſignauerat 258. faueret. *Recens*, inquit, *ad Regillum lacum accepta clades*. L. II. c. 22. Conuenit porro, quod *aedem* a *Poſthumio* Dictatore hoc proelio *votam* anni 261 *Conſulem Caſſium* dedicaſſe ſcribit *Dionyſius* L. V. p. 399. Melius certe, ſi poſt *triennium* vota *ſoluta* eſſent, quam ſi fuiſſent ad *ſexennium* vſque delata. *Idus* autem *Septembres* huius anni pro noſtris *Tabulis*, vel cum *Octobris Iulian.* die IX. vel XXIV. concurrebant, ſimiliter nempe *Iuliano*. Inde *Coſſ.* illis annis *Iulianis* apponimus, quibus deſierint, non quibus inceperint.

493. *Tarquinii Superbi* ann. *Exſilii* XV. *Aetat.* XC. Hoc *anno*, nec admodum *affecto*, *mortuus* eſt, pro *Dionyſii* et *Liuii* etiam ſententia, *Tarquinius Superbus*. Pro ſuis nimirum rationibus *Catonianis*.

492. Huius Conſulatus *ſitum*, pro mente *Dionyſii*, certiſſimum faciunt *notae* ab illo aſſignatae. Numerat enim illum ab

V. C.

V. C. 260. Plane, vt in noſtro repraeſentatur laterculo *Catoniano*. Addit: μελλούσης εἰς τὸ πρῶτον ἑβδομηκοστῆς καὶ δευτέρας Ὀλυμπιάδος. Innuit nimirum, cum Conſulatus *iniretur*, nondum fuiſſe *Olymp.* 72. quae tamen coeperit antea, quam Conſulatus *abſolueretur*. Annum nempe *Conſularem* nouum a *nouis* cenſet *Palilibus*. Hic certe aliter cenſere non potuit, vbi de nouo *vrbis conditae* anno ſermo eſt. Nec enim *vrbis conditae* nouus annus aliunde incipit, praeterquam a *nouis Palilibus*. Hoc ergo vnum et perpetuum *exordium* eſt Annalium vrbis *Romanae*, quod cum *Graecorum Olympiadibus* conferendum cenſuit, vt de vtriuſque Hiſtoriae *Synchroniſmis* iudicare poſſet, *Graecae* atque *Romanae*. Qua nempe licuit per rationes, quas ipſe ſequitur, *Catonianas*. Vidit nimirum, in vnoquoque anno *Romano*, qua a *Palilibus* cenſetur, annorum *Olympiadicorum duorum* partes contineri. Plane vt in noſtris *Tabulis* repraeſentauimus. Sic tamen, vt anno *Olympiadico deſinente* noua occurrant *Palilia*. Conueniunt porro examuſſim anni *Olympiadici bini*, quos ſingulis *vrbis conditae* annis tribuit, cum noſtris *Tabulis*. Sic de anno 252. ait fuiſſe κατὰ τὴν ἑβδομηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. L. V. p. 324. Idem tamen ſequentem *Conſulatum* anni 253. ſtatuit ἐπὶ τῆς ἑβδομηκοστῆς Ὀλυμπιάδος. p. 303. Ex his duobus locis inuicem collatis apparet, anni *Olympiadis* LXX. primi partem *aliam* fuiſſe, quae ad annum *vrbis* ſpectarit 252. *aliam* vero, quae ſequentis fuerit anni *vrbis* 253. pro hypotheſibus *Catonianis*. Ad eundem plane modum, quo is idem eiuſdem *Olympiadis* annus in noſtris quoque diſtribuitur *Tabulis*. Sic ergo et in noſtro anno, annus *Olymp.* LXXII. *primus* (nec enim alios vnquam, quam *primos Olympiadum*, annos intelligit *Dionyſius*, cum *quarto* quoque anno *Olympiadis* meminit) ad annum vrbis *ſequentem* refertur, quod huius anni *Palilia* alterius fuerint *Olympiadis*, et quod *nouae Olympiadis* LXXII. anno *primo* fuerint *Palilia*, quae nouum annum inchoarent Epochae *Romanae*, quae ab *vrbe condita* ortum duxerit. Et tamen *pars* anni *Olympiadici* longe minima ad annum *Romanum* ſpectabat, ad quem nihilominus *totus* refertur propter *Palilia* in *finem* illius incidentia. Sed de *Palilibus* omnino, non autem de *die*, quo *Conſules* inierint, haec intelligenda ſunt, pro ſententia *Dionyſii*. Hoc enim, quo verſamur, anno, menſe *Septembri* affecto, *Conſules* inibant, vt e *Dionyſio* ipſo probabimus, anno *ſequenti*. Sic illo ipſo anno *Olympiadico* inierint *Conſules*, quem tamen *Coſſ. ſequentibus* concedit ipſe *Dionyſius* propter *ſequentia*, vt dixi, *Palilia*. Sic ergo in Annalibus *Romanis* intelligendi erunt anni *Conſulares*, vt a *Palilibus* omnes ad *proxima* pertingant *Palilia*, quacunque demum anni *parte* inierit *Conſul* ante proxima

Palilia. Iniuit ille multis saepe post *Palilia mensibus*, quibus res gesserit legitimo suo Consulatu *decessor*, et pertigit saepe multis *post* sequentia *Palilia mensibus*, quibus res *ipse* gesserit, quos tamen menses *Successori* imputabant Annales *Romani*. Sic fiet, vt *Romani* anni *partem* saepe *minimam* complexus fuerit annus *Consularis*. Quid ergo *vere* et *historice* a quoque *Consule* gestum sit, non ex *anno Romano* statuendum erit, sed e legitimis *Magistratus* anni *ineundi* temporibus, quae his praesertim antiquissimis Seculis et *varia* erant, atque admodum *incerta*. Necessaria tamen, vt ab eo teneantur, qui *accuratos* condere velit *Annales*.

491. De huius anni *Coss.* ita *Dionysius:* οὗτοι παραλαβόντες τὴν ἀρχὴν καλάνδαις Σεπτεμβρίαις, θᾶττον, ἢ τοῖς προτέροις ἔθος ἦν. L. VI. p. 364. *Maturius* solito iniuisse testatur hos *Coss.* Nec tamen *multo* maturius solito iniuisse colligimus e verbis illius paulo superioribus: Καὶ γὰρ ἦν βραχὺς ὁ λειπόμενος αὐτοῖς ἔτι τῆς ἀρχῆς χρόνος. Loquitur de *Coss.* anni *superioris*. Qui ergo abdicauerant *Kal. Septembribus*, paulo tamen postea per *Leges* officio cessuri erant. Eodem proinde, vt videtur, mense *Septembri*. *Dies* vero his temporibus *ineundis* annuis Magistratibus legitimos vix alios legimus praeter *Kalendas* et *Idus*, quae *Ciuilia* erant *Nouilunia* et *Plenilunia* in forma mensium Ciuilium *Lunarium*. Cum ergo praeter morem receptum *Kalendis* inierint huius anni Coss. probabile est, superiores Coss. *Idibus* iniuisse. Sic *Idibus Maiis* inibant *Decemuiri*, et primi saltem *post* Decemuiros *Coss.* Postea *Idibus Decembribus*, *Idibusque* saepe *Martiis*. Itaque, si mense *Septembri*, *Idibus Septembribus* superiorum annorum *Coss.* iniuisse verisimillimum est. Profecto satis commode quod inde procederent *claui Capitolini*, qui *norma* erant *Annalium Maximorum* antea, quam *Consules* in vsus venirent *Chronologicos*. Ita profecto necesse est rem fuisse, anno saltem *praecedenti*. Imo non *vnico* duntaxat *anno* si fuerit ἔθος. Non tamen ab *initio*, cum *Kalendis* ipsis *Ianuariis* primos *Coss.* iniuisse probauerimus Diss. X. de *Cycl.* n. 98. Et ne quidem *clauorum Capitolinorum initio*, ann. V. C. 247. Iam enim *diu in Consulatu* fuerat *Templi Capitolini* dedicator *Horatius*. Et in *Expeditione* erat *Horatii* collega *Valerius Poplicola*. Non certe Magistratu ad *exitum* vergente. Tum ergo *longius* aberat ab *hoc* initio tempus *ineundi Consulatus*. Imo *Coss.* anni 251. *Aprili* ineunte *triumphasse* discimus e Fastis *Capitolinis*. Anno, vt videtur, Consulari *exeunte*, qui coeperit a *Palilibus*. Nec postea vllum reperio *annum* huic mutationi adeo opportunum, quam illud proelii ad *Regillum* lacum decretorii ipsis *Idibus Quinctilibus* anni 258. Praesertim cum nec *Dictator* diu postea

postea tenuerit, sed cum *Consule* collega *comitia* indixerit designandis nouis in *sequentem* annum *Consulibus*, ipso teste *Dionysio*. Spatium praeterea satis breue est, vt *nouum* hoc Consulatus *initium* hoc anno pro ἔθει haberetur. Caeterum hoc saltem anno, *Septembri* affecto, Consules *iniisse* verisimillimum est, quos *per secessionem Plebis* Consulatum *iniisse* testatur *Liuius* II. Intelligit *secessionem* in *montem sacrum*. Illam *secessionem* μετὰ τὴν μετοπωρινὴν ἰσημερίαν statuit *Dionysius*, ὑπ' αὐτὴν μάλιστα τὴν ἀρχὴν τοῦ σπόρου. L. VII. p. 402. *Aequinoctium Romanum* idem erat in *Parapegmate Solari*, quod postea (*Septembris* nempe *Iuliani* die XXIV) etiam dum forma anni *Ciuilis* adhuc non alia esset, quam *Lunaris*.. Nulla erat hucusque de *Aequinoctiorum anticipatione* suspicio. *Et ab vndecimo die Autumnalis Aequinoctii fruges ferunt*, inquit *Plinius* Nat. Hist. XVIII. 25. Is dies erat *Octobris Iuliani* V. Quomodo autem haec, inquies, conuenient cum nostris rationibus, quae *Consulatus* noui *exordium* ad *Kalendas* retulerunt *Septembres*, diem nempe *Septembris veteris?* Satis commode. Annus erat *Cycli* XX. quo I. *Veteris Septembris* dies idem erat cum die *Octobris Iuliani* III. *Secessionis finem* ὁ πολλῷ πρότερον τῆς χειμερινῆς τροπῆς idem statuit *Dionysius*. Paulo nimirum *ante* diem *Decembris Iuliani* XXV. Hoc itaque eodem anno *Iuliano*. Sic omnia cum nostris *Tabulis* conueniunt accuratissime. Erant in *secessu* ὥρᾳ ἔτους χειμερίῳ. *Appius Claudius* in Oration. apud *Dionys.* L. VI. p. 374. *Inibant* Tribuni Plebis *Decemb. vet.* X. *Dionys.* L. VI. pag. 395. *Liu.* XXXIX. c. 52. Vid. Prael. XII. ad Spartian. *Hadrian.* n. 7. Sed *sequenti* anno *Iuliano*.

Hoc autem anno *Geomororum Syracusanorum* exemplum adducit *Appius Claudius* apud *Dionysium* L. VI. p. 374. qui a suis clientibus ex vrbe patria expulsi fuerant. Et *nuperrimam* agnoscit illius *exsilii* memoriam, cum τοῖς τελευταίοις accenset. Iidem sunt, quos *Gamoros* Dialecto *Syracusanorum Dorica* rectius, vt videtur, appellat *Herodotus*. VII. 155. Eorum opera *Gelonem Syracusas* accepisse testis idem est *Herodotus*. Et quidem *Consulatu sequenti* sic loquitur de *Gelone* noster, quasi *nuper* Tyrannidem adepto. Verba sunt: νεωστὶ τὴν τυραννίδα παρειληφώς. L. VII. pag. 402. Haec ratio esse potuit, cur *hoc* etiam *anno* de hoc *Geomororum exsilio* concionantem *Appium* introduxerit, quasi de re memoriae *nuperrimae*. Nec absurde, si quidem nupera *Exsilii* memoria *Gelonem* in *Tyrannide* collocarint *Geomori*. Sed de *Tyrannide Geloa* loquitur *Dionysius*, qua *Hippocrati* successit *Gelo*; non autem *Syracusana*, in qua adipiscenda *socios* habuit *Geomoros*, sex ad minimum post *Geloam* annis, vt ostendimus in Dissertatione *de aetate Phalaridis*. Accedet et aliud *bien-*

nium, ſi *hi* ipſi *Conſules* pro *ſuis* diſponantur *Varroniano*. Sed *Tyranni*, qui tum in *Sicilia* ſucceſſerit, nomen ἐν ἀρχαίαις *Romanorum* ἀναγραφαῖς nullum agnoſcit fuiſſe *Dionyſius*. Idque verum res ipſa vincit, cum fuerint, qui ad *Dionyſium* retulerint, nec ignobiles, *Hiſtorici Romani*. Immani quidem, nec in illa quoque tanta *vetuſtate* ferendo errore, in qua modicos ferendos cenſet *Dionyſius*. Nulla itaque hinc ſperanda eſt norma verae *Chronologiae*.

490. Ad *nouum* progredimur annum *Iulianum*. Sub iiſdem tamen, qui ſuperioris anni *Kalendis Septembris* inierant, *Conſulibus*. IV. Id. *Dec.* vet. Magiſtratum capeſſunt primi *Plebis Tribuni*, *Decembris* nempe *veteris* die X. Annus *adhuc* erat *Cycli* XX. quo dies ille *Decemb. vet.* X. cum *Ianuarii Iuliani* die concurrebat XIX. *Pace* nimirum cum *Senatu* per feciales firmata. p. 395. quod ante *Dec.* XXV. *Iulian.* factum oſtendimus. Antea tamen, quam a *monte Sacro* diſcederetur. Peractis enim *Comitiis* noui veniunt a Senatu Legati, et noua conceditur Pacis *conditio*, vt Tribuni *ſacroſancti* et *inuiolabiles* haberentur. Miſſi deinde in *Siciliam* de re *frumentaria* legati. Inita *Pace*, nec diu poſtea. Adhuc enim ἐπὶ πολὺν χρόνον L. VII. p. 402. terra coli non potuit, vt ſpes *futurae meſſis* remota eſſet, nec *multae* ſupereſſent *fruges* ex anno *ſuperiori*. Miſſi ſunt χειμῶνι, et χειμερινὴν in Sicilia ὥραν exegerunt. Διελθόντων ἐτῶν ἑπλακαίδεκα a *Regifugio*, vt *Licinnius* et *Gellius*, καὶ ἄλλοι σχεδὸν ἅπαντες, inquit, συγγραφεῖς ὁμολογοῦσιν. Hucuſque ergo tantus erat in *Conſulatuum numero* conſenſus, vt plane incredibile ſit, *Coſſ.* anni 248. dedita opera *Liuii* omiſſos eſſe. Inde colligit *Dionyſius*, *Olymp.* LXXII. 2. miſſos. Exeunte ſcilicet *Olympiadis* anno, pro ſuis rationibus *Catonianis*. Pro *Varronianis* autem *Olymp.* LXXI. 4. Legationem obierint. Tum *Tyrannorum* in *Sicilia* florentiſſimus fuiſſe videtur *Hippocrates*, *Gelonis* in *Gela* deceſſor. Eum ergo fuiſſe ſuſpicor, qui *Romanis* de re *annonaria* prouiderit. Sequitur *Plutarchus*, vt videtur, *Dionyſium*, qui *Gelonem* fuiſſe *coniectura* ſua collegit. *Priori* huius anni *Iuliani parte* miſſos in *Siciliam* legatos neceſſe eſt, quod *Olymp.* LXXII. 2. miſſos crediderit *Dionyſius*. Exinde etiam, quod, διελθόντων ἐτῶν ἑπλακαίδεκα a *Regifugio*, miſſos apud *omnes fere* in confeſſu fuiſſe teſtetur. Hac enim forma annum XVII. *nuper* elapſum innuit idem *Dionyſius*. *Regifugium* huius anni VII. Kal. *Ianuarii* (qui tum tenebat locum *Martii*) in diem *Martii Iuliani* XIV. incidebat. Itaque poſt illum diem in *Siciliam* nauigarint, *Olympiadis* anno *deſinente*. Et *hyems* adeo, quam in *Sicilia* exegerunt, ad anni *exitum* ſpectabat, quo *alii* erant, quam qui fuerant initio, *Conſules*. Reditum ergo cum annona

annona ad *proximos Coſſ.* differunt tam *Dionyſius*, quam *Liuius*, quam etiam *Plutarchus* in *Coriolano*. Idque verum eſſe res ipſa vincit. Abſumtis ſuperioris meſſis frugibus, *nouae* appulerunt coemtae ex *Etruria*, quas tamen βραχύν τινα χρόνον ſuffeciſſe teſtatur *Dionyſius*. Tum miſſi *Velitras* et *Norbam* coloni, vt ſuperſtiti conſuleretur *annonae*. Denique eadem cauſa Expeditio aduerſus *Antiates* duce *Coriolano* ſuſcepta, hoc etiam nomine grata, quod magnam *frumenti* vim in *agris* relictam repererint *Coriolani* milites, inuidentibus, quos *domi* detinuerant, *Tribunis*. Inde conſtat, nondum hoc anno appuliſſe frumentum e *Sicilia*. Imo *nouis* ineuntibus *Coſſ. Septembris veteris* fortaſſe *Kalendis*, adhuc eadem rei *frumentariae* perſtabat inopia. Prima enim illorum cura erat, vt e *maritimis* et mediterraneis *emporiis* vndequaque coëmeretur. Sic enim ſe *Paci* publicae conſulturos intelligebant, et *Plebis* de egeſtate querimonias ſedaturos. Perſtitit ergo *fames* ad *finem* anni *Iuliani*.

Hoc eodem anno in Comitiis *Conſularibus* ante *Kalend. Septembris* repulſam fert *Conſulatus* candidatus *Coriolanus*, ἑπλακαίδεκα ἔτη συνεχῶς στρατευόμενος. *Plutarch.* Coriolano. Ἐστρατεύσατο πρώτην στρατείαν ἔτι μειράκιον ὤν, ὅτε Ταρκυνίῳ τῷ βασιλεύσαντι τῆς Ῥώμης, εἶτα ἐκπεσόντι etc. Sic Auctores ſuos intellexiſſe videtur *Plutarchus*, quaſi proelio *Regillenſi* primum *Coriolanus* feciſſet ſtipendium. Aliter volebant teſtes, quorum fidem ipſe eſt ſecutus, *Veteres*. Hic enim eſt annus a *Regifugio* XVII. completus. Proinde ſtipendiorum *continuorum* primus a *proximo* coeperit poſt *Regifugium* anno. Tum erat μειράκιον, in ipſo nempe confinio *Pueritiae* atque *Adoleſcentiae*, impleto nimirum anno *Aetatis* XVII. qui *terminus* erat *Pueritiae*, pro cenſu *Seruii Tullii*. Sic apud noſtrum *Dionyſium* ipſe quoque *Marcius*: πρώτην ἔξοδον κομιδῇ νέος ὤν, ὅτε πρὸς τὲς βασιλεῖς βίᾳ κατιόντας ἠγωνιζόμεθα. L. VIII. pag. 484. Hoc ergo anno annum impleuerit XXXIV. *Natus* proinde anno *V. C.* 228. *Tarquinii Superbi* IX. Eo retulerim verba *Coriolani* apud *Liuium* illa: *Tarquinium Regem qui non tulerim, Sicinium feram?* II. 34. Quaſi partem habuerit *primis* etiam in *Tarquinium* proeliis. Conuenit haec *aetas* cum eo, quod *maximum* natu filium *decennem* habuerit, cum *ipſe* in *Exſilium* proficiſceretur. *Dionyſ.* L. VII. p. 454. Sic enim illo *filio* annis XXV. *maior* fuerit. Procedunt autem *Coriolani* ſtipendia a proelio, quo cecidit *Brutus*, quod in *Conſularis* anni *finem* referendum oſtendimus. Fuit enim proelium illud reuera *primum* cum *Tarquiniis*. Ita fit, vt *ſtipendium* eius XVII. (ſi quidem ita loqui fas ſit de militia *Patricii*, quae nunquam erat *ſtipendiaria*) in annum conueniat a *Regifugio* XVIII.

489. *Corio-*

489. *Coriolani* ann. *Aetat.* XXXV. quo in *Exſilium* pulſus eſt. *Octauodecimo, poſtquam Reges eiecti erant, expulſus ex Vrbe*, inquit *Eutropius*. Hoc ego de XVIII. *Militiae* anno Auctores *Eutropii* dixiſſe ſuſpicor, qui XIX. erat ab ipſo *Regifugio*. Hoc tandem anno appulit claſſis frumentaria e *Sicilia*. Ea *Tributorum* actionibus in *Coriolanum* occaſionem praebebat. *Sero* autem appuliſſe exinde colligimus, quod *breuem* admodum *moram* attulerit Bellum in *Antiatas* decretum de *claſſis* parte retenta Actioni in *Coriolanum*, cum *diutinam* crederetur allaturum. Nam poſt diſceſſum *Coriolani* ὀλίγαις ὕστερον ἡμέραις *Comitia Conſularia* fuiſſe teſtatur *Dionyſius*. Diſceſſerit ergo paulo ante *Septembrem veterem*. Inierant autem huius anni *Septembri* Lunari *Coſſ. ſequentis* anni, cum *Antium* veniret *Coriolanus*, quos pro ἀπολέμοις, *parum* nempe *Bellicoſis*, habebat *Tullus*. Propterea *Bellum* e veſtigio [10] ſuadebat inferendum. Sed σπονδαὶ cum *Romanis* intercedebant διετεῖς ὀλίγῳ πρότερον χρόνῳ γενόμενοι. *Dionyſ.* L. VIII. p. 464. Hae ne antea violarentur, quam probabilis aliqua naſceretur Belli redintegrandi cauſa, Auctor erat *Marcius*. Hoc autem ipſo anno *Iuliano* initas fuiſſe neceſſe eſt, ſi, illis nondum *elapſis*, nouum *Bellum* coeperit. χρόνῳ τινὸς ὕ πολλῷ, p. 464. ex quo *Antium* conceſſerat *Marcius*, conſilium cum *Tullo* init de *Bello* in *Romanos* excitando. Proinde his *Coſſ.* qui huius anni *Iuliani* menſe tamen *Septembri veteri*, Reipublicae gubernacula ſuſceperant. Sed *parte Conſulatus*, quae in annum incidebat *ſequentem*.

488. *Coriolani* ann. *Aetat.* XXXVI. Hoc anno *Iuliano*, eaque illius *parte*, quae *Conſulatus* erat *ſuperiori* anno *initi*, conſultatio *Coriolani* cum *Tullo* de *Bello* e Conſulum contemtu orta, tam eorum, qui tum faſces habebant, (nam eorum *imbelles* animos exprobrabat *Tullus*) quam eorum, qui poſteriori huius anni parte ſucceſſuri erant. Hos enim rebus Bellicis ineptos bis agnoſcit *Dionyſius*. Sic enim ille de *Iulio* et *Pinario*: ἄνδρες ἥκιστα πολεμικοί. L. VIII. p. 463. Sic item iterum apud illum *Coriolanus*: ἡγεμόνας ἔχουσιν ἀπείρους πολέμου. p. 469. Nam et *poſt* conſultationem, et *antea*, quam illam Orationem haberet *Marcius*, penes illos fuiſſe Conſulares faſces, ex illis *Dionyſii* verbis manifeſtum eſt: ἐπεὶ δὲ καθῆκεν ὁ τῆς ἀρχῆς καιρὸς, Ἰουλίῳ τε καὶ Πιναρίῳ τὴν ὑπατείαν ἤδη παρειληφότων etc. Loquitur ibi de *Ludis Romanorum*, e quibus *Belli* quaeſita eſt occaſio. Hinc ergo conſtat, anni huius *Iuliani* parte ſaltem *poſteriori* illos fuiſſe *Ludos*. Poſt veterem nempe Lunaremque, quo noui *inibant* Conſules, *Septembrem*. Tum recte a *Plebis* in montem Sacrum *ſeceſſu* (quem ante nouos *Coſſ.* anni 491. fuiſſe probauimus)

[10] Apud *Dionyſ.* L. VIII. p. 464, 465.

bauimus) τρίτον, ἢ τέταρτον ἔτος, hac ſua Oratione, quam poſt *Septembrem* habuit, ſupputarit *Marcius* p. 466. Rectius profecto, quam τέταρτον ἔπω ἔτος anno ſuperiori, cum de *Marcii* cauſa ageretur, memorat *Tribunus Plebis*, illius Accuſator. Hoc ergo anno admodum *affecto*, deſinit *inducirum biennium* annus primus.

487. *Coriolani* ann. *Aetat.* XXXVII. Huius anni *Vere*, nondum elapſo anno *Inducirum* II. nec *imbelli Conſulatu*, primam ſecundamque impreſſionem in agrum *Romanum* fecit *Coriolanus*, expugnatis etiam *Circeiis*. Haec eouſque pertigerunt, dum βραχὺς eſſet ὁ λειπόμενος τῆς ἀρχῆς τοῖς ὑπάτοις χρόνος. *Dionyſ.* L. VIII. p. 473. dum ὑπάτοις ὀλίγος ἔτι περιὴν τῆς ἀρχῆς χρόνος. *Plutarch.* Coriolano. Paulo nimirum ante *Septembrem veterem*, qui anno *Cycli* veteris XXIV. inibant, *Septemb. Iuliani* die VII. Inde *noui* inibant *Coſſ. Sp. Nautius* et *Sextus Furius*. Sub his deficiunt ad *Coriolanum Aequi*, quibus fretus agrum *Romanum* rurſus adoritur, praedaturque, domumque praeda onuſtus recedit. Inde ad *Latini* nominis *ſocios* conuerſus multas eorum *Vrbes* expugnat. Haec menſe *veteri Septembri*, *Octobriſque* parte peregit. Tum actum *Romae* de reuocando *Coriolano*. Sed repugnantibus *Patriciis* ad foſſas *Cluilias* (quibus nomen a *Cluilio*, *Albanorum Dictatore*) venit *Coriolanus*, conceditque *Romanis inducias* dierum XXX. quibus de *Pacis* ab eo oblatae conditionibus deliberarent. L. VIII. p. 489. Subactis eo intervallo ſeptem *Latinorum* vrbibus, *veteri Nouembri* affecto, et hoc anno *Iuliano* ad *exitum* vergente, redit. Sed *reditum* illius ad anni *Iuliani ſequentis* initium libentius retulerim. Rationes ibi Lector exſpectet.

486. *Coriolani* ann. *Aetat.* XXXVIII. Hoc anno *Pacem Romanis*, interuentu mulierum, concedit *Coriolanus*, μηνὶ Δεκεμβρίῳ τῷ κατόπιν ἐνιαυτῷ, τῇ νέᾳ σελήνῃ, ἣν Ἕλληνες μὲν νεμηνίαν, Ῥωμαῖοι δὲ καλάνδας καλοῦσιν· αὕτη γὰρ ἦν ἡ λύσασα τὸν πόλεμον ἡμέρα. *Dionyſ.* L. VIII. p. 505. *December* ille *vetus* in fine anni *Cyclici* XXIV. incipit, *Ianuarii Iuliani* die III. Huius proinde anni *Iuliani*. Haec ergo *Pacis* Epocha erat. Tum recte mater *Veturia* τέταρτον ἐνιαυτὸν ἤδη τοῦτον fuiſſe dicit, ἐξ οὗ φεύγει τὴν πατρίδα, apud *Dionyſ.* L. VIII. p. 494. *Exſulauit* ſub *Minucio Augurino* II. et *Sempronio Atratino* II. a quibus *quarti* erant reuera *Coſſ. Sp. Nautius* et *Sext. Furius*, ſub quibus haec fingitur dixiſſe *Veturia*. Et tamen τρίτον ἤδη τοῦτο ἔτος eidem *Veturiae*, ex quo patriam rei *annonariae* inopia afflixerat *Coriolanus*. Hic certe a conſilio *Coriolani* cum *Tullo* de *Bello Romanis* inferendo procedit calculus, quod *tertiis* ante hos, ſub quibus loquitur *Veturia*, *Conſulibus* tribuendum; non autem a *Bello* ipſo.

Caete-

Caeterum hoc die *Ianuarii Iuliani* III. nondum exierant *tridui inducie* vltimis *Romanorum* de *Pace* conſiliis a *Coriolano* conceſſae, de quibus pag. 491. ita *Dionyſius*: συνεβούλευε δὲ κρεῖττόν τι βουλευσαμένους ἥκειν τριῶν ἐντὸς ἡμερῶν. Et tamen *bidui* moram ad minimum innuit fuiſſe *Dionyſius*. Priori die *legati* veniunt *Sacerdotales*, ſimiliter tamen a *Marcio* reiecti. Tum demum conſilium initur de *mulierum* legatione, auctore *Valeria*. Sequenti autem die ἕωθεν, et περὶ τὸν ὄρθρον, *ipſa* erat *legatio*, p. 495. *Ianuarii* ergo die I. data illa eſt de vltimis *tridui inducis* Reſponſio. Sic a die *Decembris Iuliani* III coeperint *inducie* aliae *priores* dierum *triginta*, et hoc adeo ſpatio expugnatae fuerint ſeptem vrbes in agro *Latinorum*. Is erat, pro Kalendario *veteri*, die *Octobris veteris* XXIX. Hoc autem anno *Iuliano* periit *Coriolanus*, pro eorum ſententia, qui a *Volſcis* occiſum tradunt; vel certe Imperio *exutus*, pro ſententia *Fabii Pictoris*, qui illum apud *Volſcos ſenuiſſe* credidit, teſte *Liuio* II. 40. Poſtea certe res ab illo geſtas *nullas* legimus. De hoc itaque tempore intelligenda *Dionyſii* verba: ἑτῶν δὲ μετὰ τὸ πάθος ὁμοῦ τι πεντακοσίων ἤδη γεγονότων εἰς τόνδε τὸν χρόνον, ὃ γέγονεν ἐξίτηλος ἡ τοῦ ἀνδρὸς μνήμη etc. p. 509. Eadem ex illo *Suidas* voce Μάρκιος. Scripſit ediditque Hiſtoriam *Dionyſius* anno *Caton.* 745. *Varron.* 747. Sed numerus *rotundus* eſt, qualem vidimus in Epocha Vrbis *Albanae*, a qua numerat ad aetatem *Tulli Hoſtilii* nunc annos 500. nunc accuratius annos duntaxat 487. Sic a *Largio* Dictatore ad *Syllam* annos duntaxat 400 numerat *Dionyſius*. Propius tamen quadrabit, ſi ab *initio Coriolani* procedat calculus, ad *Hiſtoriae* ſcribendae itidem *initium*.

485. Huius anni *Iuliani Kalendis Decembribus*, quae eaedem erant cum *Iuliani Decembris* die XIV. in anno *Cycli* I. primum erat *Sacrificium* in *ara Fortunae muliebris*, πρὶν ἢ τὸν νεὼν καὶ τὸ ξόανον ἀνασθῆναι. *Dionyſ.* L. VIII. p. 505. Sed τῷ κατόπιν ἐνιαυτῷ. ib. Alii enim iam inierant menſe *Septembri* veteri *Coſſ.* ab iis, cum quibus rem geſſerat *Coriolanus*, viz. *C. Aquilius* et *T. Siccius*, qui *etiamnum* erant in Magiſtratu. Et *nouus* inierat *ſuperiori* anno *Iuliano* annus *Cyclicus* a *Ianuario Lunari*, et nouus *Vrbis conditae* annus a *veteris* Kalendarii *Palilibus*. Vterque poſt *Decembrem* illum *veterem*, quo *Pacem Romanis* conceſſerat ipſe *Coriolanus*. Poſtea rem gerunt in *Hernicos* et *Volſcos* noui hi forteſque *Coſſ.* et quidem *melioribus*, quam antea, *auſpiciis*, ambo *victores*; alter item *triumphator*, alter *ouator*. *Triumphum* negat *Liuius*.

484. Κοϊντιλίου μηνὸς ἑβδόμῃ μάλιστα κατὰ τὴν σελήνην, aedem *Fortunae Muliebris* conſecrat *Cos. Proculus Virginius*. *Dionyſ.* L. VIII. p. 505. De *die menſis* addit: αὕτη δὲ καὶ Ῥωμαίοις ἐστὶν ἡ πρωτ-

ηγουμένη Κοϊντιλίων νωνῶν ἡμέρα. Non diſcrepat, vt opinor, a verbis proxime praecedentibus, ſed *formam Romanam Graece* imitatus eſt; *ante diem Nonas Quinctiles*, cum *Nonas ipſas* deſignare vellent. Incidit dies *Quinctilis veteris* VII. anno *Cycli veteris* II. in diem *Auguſti Iuliani* IV. quo adeo die aedem conſecrarit *Cos. Virginius*. Inde intelligimus, poſt illum *Quinctilis* diem *nouos* iniuiſſe *Coſſ.* Hinc etiam ſtabilitur noſtra de *Pace Coriolani* Chronologia, quae, ni recte ſe haberet, non potuit huius aedis *Conſecratio* in *Conſulatum* incidere *Virginii*. Praeceſſerant enim verba illa: ἐνιαυτῷ δὲ ὕστερον ἑτέρῳ μετὰ τὴν πρώτην θυσίαν ὁ κατασκευασθεὶς ἐκ τῶν δημοτικῶν χρημάτων νεὼς συνετελέσθη τε καὶ καθιερώθη. Eſt enim hic *Quinctilis* anni, qui *proxime ſequebatur*, primum *Sacrificium* in ara peractum, praeſide *Valeria*, nondum aede ipſa ad *exitum* perducta, nec Deae *imagine* inſtructa. Tum ſequuntur diſcordiae a *Sp. Caſſio* tyrannidem ambiente concitatae. Ea occaſione Orationem habet *A. Sempronius Atratinus*, qua rem ad *Coſſ. futuros* differendam ſuadet. Hac nimirum ratione: ἐπειδὴ βραχὺς ὁ λειπόμενός ἐστι τῆς ἀρχῆς τοῖς ὑπάτοις χρόνος. *Dionyſ.* VIII. p. 521. Satis commode, ſi *Kalendis* inierint *Septembribus*.

483. Huius Conſulatus *ſitum*, pro mente *Dionyſii*, firmat annus *Olympiadis*, et quod *proximus* fuerit poſt Conſulatum *Spurii Caſſii*. Firmat etiam *Cos. Fabius*, primus trium, quos *continuos* agnoſcit *Liuius*. Redit *Cos.* τελευτῶντος ἤδη τοῦ ἔτους. Sequitur: ἐπισάντων δὲ τῶν ἀρχαιρεσίων. *Breuis* ergo mora erat inter *deſignationem ſucceſſionemque Conſulum*.

482. Huius item *locum* adſtruit annus *V. C.* 270, pro more nonnunquam *Dionyſii* in *decenniis*, et *continuorum Fabiorum* ſecundus.

481. *Fabiorum continuorum* Conſulatus *tertius*. Liu. II. 42. Proelium ἐν πυίγει ὥρᾳ ἔτους. *Dionyſ.* VIII. 532. Itaque poſt *Aeſtatem* Comitia *Conſularia*. *Iunio* certe *Parapegmatico* et *Iuliano exeunte*, vel etiam ineunte *Iulio*. Hoc anno *Cycli* veteris VI. (qui cum anno *Varroniano* concurrit 273) vltimus *Iunii Iuliani* dies idem erat *Iunii veteris* IX. Crediderim, *Comitia Conſularia Idibus* fuiſſe *Iuniis*. Poſtea aliquoties interceſſum, ne *Comitia Conſularia* haberentur, tam a *Tribunis*, quam etiam a *Conſulibus*, ſeſe mutuo impedientibus. Tandem proditus Interrex *Aulus Sempronius Atratinus*. Addit *Dionyſius*: αἱ δὲ ἄλλαι κατελύθησαν ἀρχαί. VIII. 534. Innuit, ni fallor, *abdicatos* fuiſſe, *ante* tempus legitimum, *annuos Magiſtratus*. Hoc ergo anno *nouum* coeperit Magiſtratuum *annuorum* exordium. Nec enim aliter, niſi vacante Poteſtate *Regia*, quae, pulſis *Regibus*, erat in *Conſulibus*, locum habebant *Interreges*. Tenuit hic primus

Interrex,

Interrex, ὅσας ἐξῆν ἡμέρας, dies nempe V. Succeſſit *Interrex* alius, *Sp. Largius*, a quo creati ſequentis anni *Conſules*. Proximum ergo *Conſulatus exordium* hoc anno coepiſſe veriſimillimum eſt. Sed vero anno V. C. 277. XV. Kal. *Sextiles*, *Coſſ.* in *Magiſtratu* fuiſſe, tum probabimus, cum ad annum illum peruenerimus. Proinde *Quinctilis* vel *Kalendis*, vel *Idibus*, illos *iniuiſſe* veriſimillimum eſt. Vix enim patiuntur ea, quae diximus, vt *Iunii* veteris ſeu *Kalendis*, ſeu *Idibus iniuerint*. Potius autem crediderim, *Idibus*. Proximum enim, quod legimus, *exordium* erat in menſe *Sextili*.

480. V. hic annus eſt, pro ſententia *Dionyſii*, a Senatusconſulto de *agris diuidundis*, Cos. *Sp. Caſſio*, ann. V. C. 268.

479. Hunc *Conſulatum* recte, pro ſuis hypotheſibus, cum *Olymp.* LXXV. 1. *deſinentem* ſcilicet, cum appeterent *Palilia*, committit *Dionyſius*. Male autem hunc annum *Olymp.* 75 $\frac{1}{2}$ fuiſſe cenſet, quo *Archon* erat *Calliades*, et quo *Xerxes* Expeditionem ſuſcepit in *Graeciam*. Illum Nos in *Annalibus* noſtris *Thucydideis Olymp.* $74\frac{4}{75}$ $\frac{4}{1}$. fuiſſe probauimus. Et quidem ex antiquioribus, quam ſit ipſius *Dionyſii*, Teſtimoniis, *Herodoto*, *Thucydide*, et Auctore Chronici *Marmorei Oxonienſis*. Illo ipſo certe anno *Olympia* fuiſſe ex *Herodoto* manifeſtum eſt. Eſt error ille admodum receptus, ne quis illum miretur in *Dionyſio*.

478. Παρελθόντι ἐνιαυτῷ Conſulem *Caeſonem Fabium* deſeruerant fefellerantque milites. *Dionyſ.* IX. 633. 634. Ita etiam de *Q. Fabio* Liuius: *tertio hic ante anno Conſul fuerat.* II. 46. Iterum *Conſuli tum Caeſo Fabius prioris anni Conſul.* ib. Ex his *nexus* cum *duobus annis* praecedentibus manifeſtus eſt. Conſul *M. Fabius* τὴν ὑπατείαν ἀπωμόσατο, δυοῖν ἔτι μηνῶν εἰς τὸν ἐνιαύσιον χρόνον λειπομένων. *Dionyſ.* IX. 525. Haec ſi vera, abdicauit *Maio*. Et tamen nouos *Conſules* creauit ſecundus *Interrex* paucis poſt *diebus*. *Mox* certe *inituros*, cum nullus nouus ſufficeretur *Interrex*. Hoc ergo anno, *Maio* veteri affecto, *inierint*, qui anno *Iuliano* ſequenti e magiſtratu diſceſſerunt, *Conſules*. Idibus, ni fallor, *Maiis*.

477. *Nexum* huius anni cum ſuperiori vincunt verba *Dionyſii* de *Caeſone Fabio*, huius anni *Conſule*: ἀδελφὸς δὲ τῷ ταύτην ἀποθεμένῳ. IX. 547. Itemque illa de *Marco Fabio*: ὁ τῷ παρελθόντι ὑπατεύσας ἔτει. p. 549. Adhuc *Maio* iniuiſſe *huius* etiam anni *Conſules*, innuunt noſtri verba in anni fine: καὶ ὁ μὲν χειμῶν ἐκεῖνος ἐτελεύτα. Τῷ δὲ κατόπιν ἔτει Λευκίῳ τε Αἰμιλίῳ καὶ Γαΐῳ Σερουιλίῳ τὴν ὑπατείαν παρειληφότων etc. 549. 550. Forma *Thucydidea* eſt, cui noui anni *initium* eſt a *Vere*. Et quidem *Vernis* menſibus accenſeri ſolebat qualiſcunque *Maius*. Commendabat porro

porro hoc *exordium* in annis *Vrbis conditae* cenſendis, quod non longe abeſſet a *Palilibus*, quae etiam ipſa pro *anni* antiquiſſimo erant *exordio*.

476. Καίσων Φάβιος νεωστὶ τὴν ἀρχὴν ἀποθέμενος. *Dionyſ.* IX. 550. Hinc *nexus* huius *Conſulatus* cum *ſuperiori* manifeſtus eſt. Hoc autem anno *Iuliano*, ſub *ſequentium Conſulum* initio, periere *Fabii* XV. Kalendas *Sextiles*. Vid. *Diſſ.* X. n. 97. de *Cyclis*. Dies erat *Quinctilis* veteris XVIII. *Cycli* anno XI. *Auguſti Iulian.* dies XXIII. *Cum haec accepta clades eſſet, iam C. Horatius et Titus Menenius Coſſ. erant*, inquit *Liuius* II. 51. Suffragatur *Dionyſius*, qui cladis *Cremerenſis* Hiſtoriam *Horatii* et *Menenii* Conſulatu narrat, quod *Liuius* neglexerat. Addit *Dionyſius*, mora Conſulis *Menenii* effectum, vt *perierint*. Μενήνιος δὲ τοσαύτην σπουδὴν ἄγων, ἐπὶ Τυβρηνοὺς ἔμελλε ποιεῖσθαι τὴν ἔξοδον. Παρασκευαζομένῳ δὲ αὐτῷ, καὶ τρίβοντος τὸν χρόνον, ἔφθη τὸ ἐν Κρεμέρᾳ φρούριον ἐξαιρεθὲν ὑπὸ τῶν πολεμίων, καὶ τὸ Φαβίων γένος ἀπολόμενον. *Mora* ergo in *nouo Conſulatu* tanta erat, vt et *Prouinciam* Conſul alter attigerit, et vt *apparatus* illius *tardus* haberetur, qui *nondum* attigiſſet. Conueniunt haec cum nuperrimo *anni Conſularis* exordio a *Maio* veteri, cuius *pars* tamen longe maxima in *Iunium* excurrebat *Iulianum*. Hucuſque ergo tenuit *initium* a *Maio*.

475. Περὶ τὰς θερινὰς μάλιστα τροπὰς Σεξτιλίου μηνὸς παραλαμβάνουσι τὴν ὑπατείαν etc. *Seruius Seruilius* et *Aulus Virginius*. Dionyſ. IX. 558. ſequenti anno *Iuliano* depoſituri. *Kalendas* hic *Sextiles* intelligo. *Diſſ.* X. de *Cyclis* n. 97. Quod vero addit de *Solſtitio aeſtiuo*, verum eſſe non poteſt, ſi de quocunque *Sextili* intelligatur. *Erroris* tamen *occaſionem* video, quod *Sextilem* menſem cum *ſexto* anni menſe confuderit ab *initio* anni *Ianuario*. Et quidem ab eo Ianuarii *loco*, quem tenebat in Kalendario *Iuliano*. *Sextus* enim a *Ianuario Iuliano* menſis eſt *Iunius*, cui *Solſtitium affixum* credebant Veteres *Hipparcho* antiquiores. Caeterum in Cyclo *Lunari* menſis nullus eſt, qui *fixum* locum tenuerit in *Zodiaco*. Et longe aberat a *Solſtitio* ſextus ille menſis a *Ianuario* illo *Lunari*, qui locum tenebat *Martii Decemuiralis*. Occaſio tamen erroris eſſe potuit, quod *Ianuarium* primum tum menſem fuiſſe didicerat Auctor *Dionyſii*, a quo, pro *ſui temporis* Kalendario, *ſextus* fuerit menſis *Solſtitialis Iunius*. Oblitus interim, *alium* fuiſſe illius *ſitum* in Kalendario *Lunari*, quam fuerit in *Solari* atque *Iuliano*: Et rurſus in *Lunari* quoque Kalendario *Antedecemuirali* alium ab eo, quem tenuit in *Kalendario Decemuirali*. *Sextum* ergo fuiſſe *menſem* e maiorum Traditione acceperant atque publicis monumentis. Sed a *Ianuario Iuliano* ſextus numerari non potuit, dum nondum in vſu *Ciuili* eſſent menſes *Solares* atque *Iuliani*. Et *numeri*

menſium Lunarium omnes, quos habemus, a *Martio* procedunt veteri, non autem a *Ianuario*. Ne quidem menſium *Antedecemviralium* numeros excipio, cum annus *Cyclicus* iniret a *Ianuario*. Qua ſaltem licet e Faſtis *Capitolinis*, Auctoribuſque *antiquiſſimis*, coniecturam facere. In illis quoque menſium *numeralium* mentionem habemus. Nec tamen vllorum, qui aliunde proceſſerint, quam a *Martio*. Credibile eſt, vetera menſium numeralium nomina *intercidiſſe*, cum iam aſſueuiſſent nominibus menſium numeralibus a *Decemuiris* in eorum vicem ſuffectis, vt *Caprotini* nomen aboleuit nomen *Quinctilis*; et *vetuſtiora* quoque *Decemuiris* geſta menſium tamen *Decemuiralium* nominibus in *Annalium Pontificum Maximis* deſignata. Forte ob memoriam eorum, a quibus menſium *nomina* vetuſtiſſima emanauerant, damnatam. Ita factum poſtea ſcimus in cauſa *Domitiani* atque *Commodi*. Fieri poteſt, vt *nomina* illa a *Tarquiniis* ortum acceperint. Haec ſi vera, *Sextilis* ille idem fuerit, quem in anno Cycli *Antedecemuiralis* XI deſcripſimus, qui a die *Septembris Iuliani* inierit VI. Et quidem proximum anni exordium, cuius mentio occurrit, a *Kalendis* erat *Sextilibus*, cuius *primum* in hoc ipſo anno fuiſſe videtur exemplum. Vid. *Diſſ.* X. De *Cycl.* n. 97.

474. *Proximum* hunc annum ſuperiori fuiſſe probat Accuſatio *Menenii*, exacto *Conſulatu*. Ea tamen ſuperiori anno *Iuliano* peracta eſt, poſt *Sextilem* veterem, *Iulianumque Septembrem*. Res autem horum *Coſſ.* bello geſtas *huius* fuiſſe arbitror anni *Iuliani*, vſque ad *Sextilem*, qui anno *Cycl.* XIII. *Septembris Iuliani* die coepit IX. Tum accuſatus eſt abſolutuſque *Cos. Seruilius*, hoc eodem anno *Iuliano* ad *exitum* vergente.

473. Cauſa *Seruilii* audita, huius anni *Iuliani*, vt videtur, initio *Sabinos* et *Veientes* vincit *Cos. Valerius*. Triumphum illius ad ann. CCLXXVIII. Kal. MAI. referunt fragmenta Marmorum *Capitolinorum*. *Kalendae* illae *Maiae* hoc *Cycli* anno XIV. cum *Maii Iuliani* die concurrunt XXX. Conuenit, quod de altero *Cos. C. Nautio*, ſcribit *Dionyſius*, eum poſt res in *Etruria* proſpere geſtas, ἐπειδὴ τὰ ἐν Τυῤῥηνίᾳ πράγματα καλῶς σφίσιν ἐχώρησε, *Volſcorum* agros fuiſſe praedatum, ἀρᾶσας αὐτῶν, ἐν ἀκμῇ τῷ σίτῳ ὄντος, ἐμπρήσας. *Dionyſ.* IX. 568. *Iunio* exeunti *Iuliano* haec conueniunt, cuius die XXX coepit illius anni *Iunius Lunaris*. Satis et illud opportune, vt *Kalendis Sextilibus* inirent *ſequentis* anni *Coſſ.* quae quidem *Kalendae Auguſti Iuliani* diei XXIX. conueniebant, *huius* nimirum anni *Iuliani*. Ann. *Capitolin.* 278. *Catonianus* eſt 279.

472. Copias *A. Manlius* Cos. in *Veientes* eduxit διὰ ταχέων, inquit *Dionyſius* libro IX. Et ſane *Triumphum* eius ann. CCLXXIX. *Idib.*

Idib. Martiis agnoſcunt Marmora *Capitolina*. Ann. 279. *Capitolinus* eſt *Catonianus* 280. *Idus* autem *Martiae* hoc anno *Cycli* XV. *Aprilis Iuliani* dies erat XXVI. Hinc autem exemplum habemus Expeditionis ſolito *maturioris*. Tardiorum exempla dedimus anno ſuperiori et 476. *Inducias* annorum XL. cum *Veientibus* memorant *Liuius* atque *Dionyſius*. Sed nota *temporis* nulla inde petenda eſt, quippe quae breui tempore ſolutae fuerint.

471. Ὑπατεύσαντας τὸ ἔμπροσθεν ἔτος *Manlium* et *Lucium* agnoſcit *Dionyſius*. Idem a *Manlio* et *Furio* V. C. 280. *duodecim* agnoſcit ἀρχεῖα ad Cos. *Spurii Caſſii*. IX. 569. Viz. ab ann. *Caton.* 268. Hinc horum *quatuordecim* Conſulatuum nexus certus intelligitur pro mente *Dionyſii*. Sic tamen in Oratione *Sicinius*: Γάϊον δὲ Γενύκιον, δήμαρχον ὄντα ἡμέτερον, ἐπεὶ τὸ αὐτὸ τοῦτο πολίτευμα μετὰ ἔτος ἐνδέκατον ἀνενεώθη etc. *Dionyſ.* X. 634. Hoc enim in loco calculus a Coſſ. anni *Catoniani* 281. regreditur. *Initium* autem *Tribunatus* erat fine anni *Catoniani* 280. a *Decembri*. Inde annus erat XII. ad *Conſulatum Caſſii* anno *Catoniano* 269. XI. autem ab eiuſdem *Caſſii aede*, quae ſub *ſequentibus* Conſulibus peracta eſt anni 269.

470. Hoc anno *Iuliano*, *Ianuarii* nempe *Iuliani* V. qui *Decemb.* X. reſpondit anno *Cycli* XVI. *Tribunus Plebis* ſecundo factus eſt *Valero*. Inde Patriciis occaſio data *Appium Claudium* Conſulem Plebi odioſiſſimum in annum ſequentem deſignandi, ſequenti *Sextili* eiuſdem anni *Iuliani* initurum. Dicitur autem ſub his *Coſſ.* fuiſſe *intercalaris*. Macrobius: *hunc arguit Varro ſcribendo, antiquiſſimam Legem fuiſſe inciſam in columna aereа a Lucio Pinario et Furio Conſulibus, cui mentio intercalaris adſcribitur.* Saturnal. I. 13. Caeterum *priori* huius Conſulatus parte, quae cum anno *Iuliano ſuperiori* concurrebat, nullus erat menſis *Intercalaris*. Poſteriori autem anno *Cyclico*, qui in menſem deſiit *Intercalarem*, iam antea *Conſulatum* abdicauerant *Pinarius* atque *Furius*, quam *intercalaretur*, qui menſe *Sextili* novos in Conſulatu *Succeſſores* acceperunt. Sed ne quidem in *alia* aliqua Epocha, quae iuſtis *bienniis* diſcrepat a *Varroniana*, locum habere potuit his *Conſulibus* menſis *Intercalaris*. Non ergo in *Catoniana*, vel *Fabiana*. In Epochis autem numero *impari* a *Varroniana* diſcrepantibus locum habere potuit, vt in *Capitolina* et *Fabiana*. Ideone harum alteram *Varronianae* anteferendam exiſtimabimus? Non puto. Obſeruanda potius arbitror verba *Macrobii*. Nec enim *rem* geſtam aliquam his *Conſulibus* tradit menſe *Intercalari* deſignatam. *Mentionem* autem tantummodo ſub his *Conſulibus* obſeruat *Intercalaris*, qui nempe *menſis* ad rem *geſtam* ſpectarit ſub *aliis Conſulibus*. Hoc ſi

recte se habeat, non erit hic, in quo versamur, *Intercalaris Consulatus:* rectequeadeo se habebit hoc saltem nomine Epocha vtraque, tam *Catoniana*, quam *Varroniana*. Atque hanc sententiam ferent satis commode *verba* saltem *Macrobii*. Potuit tamen *Intercalaris* ille non *mensis* fuisse, sed tantummodo *dies*, vt vitaretur *dies* cladis *Cremerensis*, quae praecesserat, qui quidem *dies* inter *atros infaustosque* numerabatur. Vid. quae infra dicemus ad ann. ante *Christ.* 260.

469. *Proximum* hunc fuisse *superiori* Consulatum, e verbis illis colligitur: Οἱ δὲ περὶ τὸν Πόπλιον δήμαρχοι οὐδὲν ἔτι διαμελλήσαντες, τὸν ἐν τῷ πρόσθεν ἐνιαυτῷ οὐ δυνηθέντα ἐπικυρωθῆναι νόμον πάλιν εἰσέφερον. IX. 573. Conatus enim *Tribunorum* pro illa Lege sub *superioribus* Consulibus narrauerat ipse *Dionysius*. XV. hic *Consulatus* est post *Sp. Cassium*.

468. XVII. hic annus est a *Consulatu* vltimo *Sp. Cassii*. Ambobus nempe terminis *inclusis*. Proximus autem ab *Appii* Consulatu. Huius anni *Iuliani* fine *Volscorum* impetus, et Bellum mox secutum, quae huius Consulatus *initio* contigisse docent tam *Liuius*, quam *Dionysius*. *Septembri* enim *Iuliano* fere *ineunte* iniuit vetus *Sextilis* anno *Cycli* XVIII.

467. *Sextilis* ille, quo *iniuisse* huius anni *Coss.* censet *Dionysius*, ad annum *Iulianum* spectabat *superiorem*. Huius enim anni *Iuliani Sextilis* ad annum *Olymp.* LXXVIII. 2. spectabat. Sed primum certe *Olympiadis* annum intelligit *Dionysius*, quoties *Consulatum* noua *Olympiade* designat. Hoc porro anno *Iuliano* contigerunt, quae *sequentium* Consulum *initio* fuisse innuit *Dionysius*, τὴν ὕπατον ἀρχὴν παραλαβόντων. IX. 585. Coepit *Sextilis* vetus *Septembr. Iuliani* die IV. anno hoc, qui *Cycli* erat XX.

466. Hoc anno *Iuliano*, post *Sextilem*, cum anni sequentis *Coss.* iniuissent, noui *Plebeiorum* motus de Lege *Agraria*, τῆς Ἀντιατῶν χώρας, ἣν τῷ προτέρῳ ἔτει δόρατι ἑλόντες κατέσχον. *Dionys.* IX. 588. *T. Quinctii ductu et auspicio agri capti priore anno aliquantum a Volscis.* Liv. III. 1.

465. Hoc anno *Iuliano*, ni fallor, *colonia* ipsa *Antium* deducta; et res a *Consulibus* Bello gestae, pro mente *Dionysii*.

464. Hoc anno *Iuliano* aedes *Dii Fidii* a Consule *Sp. Postbumio* dedicata *Nonis Iuniis*. *Iulii* nempe *Iuliani* die XXIII. anno *Cycli* XXIII. Ante mensem *Sextilem*, quo successorem accepit.

463. Huius anni *situm*, pro mente *Dionysii*, ostendit *Olymp.* LXXIX. Pro mente *Liuii* verba illius de Bello cum Aequis: *Extractum in tertium annum Bellum est, Q. Fabio et T. Quintio* Coss. L. III. c. 2. Coeperat enim Bellum ann. V. C. 287. *Catonian.* ante *Christ.* 465. Σῖτον, ὃς ἐν ἀκμῇ τότε ἦν, συγκομιζόμενον

ζόμενον a *Romanis* memorat *Dionysius* IX. 590. *Aequis* interim proelium detrectantibus. Proinde *Iulio Iuliano* adhuc erant in Magistratu *Coss.* Sed *Iunio* veteri exiit *Iulius Iulianus* anno *Cycli* XXIV. Nec multo *postea* tenuisse innuunt, vt puto, verba *Dionysii*: Τοῦτο διαπραξάμενος ὁ Φάβιος, ἐπειδὴ παραδοῦναι τὰς ἀρχὰς ἑτέροις ἔδει, τὴν δύναμιν ἀνασήσας ἀπῆγε. IX. 591. Adhuc ergo tempus *ineundi* Consulatus *legitimum Sextilem* mensem fuisse verisimillimum est. Porro nouis *Coss.* νεωτὶ Consulatu potitis, nuncii veniunt a *Latinis* de *Antiatium Aequorumque* et *Volscorum* defectione. Rursus τούτων δὲ πολλῷ ὕστερον alii ab *Hernicis* nuncii de *Aequorum* exercitu finibus egresso. *Dionys.* IX. 591. Post diem *Septembris Iuliani* VII. quo coepit veterum *Sextilis*, et quo *noui* hi proinde Coss. *inibant*. Haec ergo huius anni *Iuliani* fine. Sic tamen, vt opinor, vt in annum *Iulianum sequentem* Bellum ipsum inciderit.

462. Hoc anno *Iuliano* rem *gestam* arbitror ab *huius* anni *Consulibus*, qui anni *Iuliani initio* erant in Magistratu. De *Consulibus*, qui *Iuliani* anni *fine* inibant, ita Liuius: *Creati Coss. L. Ebutius, P. Seruilius, Kal. Sext. vt TVNC PRINCIPIVM ANNI agebatur, Consulatum ineunt.* III. 6. Sic nempe loquitur, quasi non illo *primum* anno illud *coeperit* initium, sed iam antea fuisset receptum, quod sane nos superioribus consentaneum probauimus. Conuenit praeterea, quod de *pestilentia*, quae *hoc* anno saeuiit, grauissima scribit *Dionysius*: ἤρξατο μὲν ἦν ἡ νόσος περὶ τὰς καλάνδας τοῦ Σεπτεμβρίου μηνός· διέμεινε δὲ τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον ὅλον. IX. 595. *Consulari* anno *annuam* metitur *luem*. Suffragante etiam *Liuio*, cuius illa verba sunt: *annus pestilens erat vrbi agrisque.* III. 6. Proinde *ante* pestis *annuae* initium *annus* iam inierat *Consularis*. Coepit *September* vetus *Septembris Iuliani* die XXVI. *Sextilis* autem die *Augusti Iuliani* die XXVIII. anno illo *Cycli* I. Annus est *Orosio* V. C. 290. Pro Epocha *Capitolina Polybiana*, vel *Fabiana*.

461. Ad *finem* initi *superiori* anno *Consulatus* perstitit *pestilentia*. Desierat nimirum ante *Comitia Consularia*. Liuius: *Inde paulatim seu pace Deum impetrata, seu grauiore tempore anni iam circumacto, defuncta morbis corpora salubriora esse coepere: versisque animis iam ad publicam curam, cum aliquot interregna exissent: P. Valerius Publicola tertio die, quam interregnum inierat, Consules creat L. Lucretium Tricipitinum et T. Veturium Geminum, siue ille Vetusius fuit. Ante diem* III. *Idus Sextiles Consulatum ineunt.* III. 8. Suffragatur *Liuio Dionysius*, qui *pestilentiae* finem sub *sequentibus* agnoscit *Consulibus*: Ἐπὶ τῆς τούτων ἀρχῆς (inquit) ἡ νόσος ἐπαύσατο. IX. 596. De *tempore* autem, quo *inierint* illi *sequentis* anni *Consules*, *numerum Iduum* apud

Liuium mihi ſuſpectum eſſe fateor. Ipſis enim *Idibus Sextilibus* Conſules potius *iniuiſſe* crediderim. Erat enim mos apud *Romanos* longe receptiſſimus, vt vel *Kalendis*, vel *Idibus*, inierint *Conſules*, Ciuili nimirum vel *Nouilunio*, vel *Plenilunio* menſis, qui tum in *Ciuili* erat vſu, *Lunaris*. Aliter tamen factum ſcio a *Tribunis Plebis*. Hic vero, quo minus aliter ſe res habuerit, obſtat ipſe *Liuius*. Superiori anno *Kalendas Sextiles* Conſulatui *ineundo* legitimas agnoſcit. III. 6. Proinde *Kalendis* inituri erant huius anni *Conſules*, ſi quidem *vlli* fuiſſent in Republica *Conſules*, qui *Comitiis Conſularibus* praeeſſent. Ambobus autem a *peſtilentia* exſtinctis, ita factum, vt ad *Interregnum* res redierit. Aliquot autem *interregna* exiſſe agnoſcit *Liuius*. Haec certe *duobus* plura eſſe non poterant. *Quinorum* ſingula fuiſſe *dierum* recepta eſt ſententia, cui ſuffragatur etiam *Liuius* I. 17. Itaque ad X Sextilis diem *duo* illa *Interregna* pertigerint. *Tertium* autem *Interregem tertio die*, quam *Interregnum* inierat, *Conſules creaſſe* docet. *Die* nimirum menſis proinde XIII. ipſiſque adeo *Idibus*. Ita rem fuiſſe neceſſe erit, niſi *Nonae* fuerint, illo ſaltem ſeculo, etiam in *Sextili ſeptimanae*, quod nemo docuit Veterum, quos hodie habemus.

460. *Situm* huius anni adſtruunt verba Liuii: *priore anno morbus bellumque*. III. 9. et poſtea: *abſumtis priore anno Conſulibus*. ib. Quae de *ſuperiori* anno veriſſima erant. *Conſules* in hoſtica vſque ad *exitum Conſulatus*: τῶν ὑπάτων ἐπίτηδες ἐν τῇ πολεμίᾳ γῇ τὰς δυνάμεις κατασχόντων, ἕως ἡ τῆς ἀρχῆς αὐτοῖς παρέλθῃ χρόνος. *Dionyſ.* X. 600. Sic anno *ſuperiori*: ὁ τῶν ἀρχαιρεσιῶν ἔπεσε καιρός. Τότε δὲ ἀναστήσαντες ἀπῆγον ἐπ' οἴκου τὰς δυνάμεις. IX. 598. Paulo nimirum ante *Septembris Iulian.* X. qui dies erat *Sextilis* veteris XIII. hoc anno *Cycli* III. Poſt illum Conſulatum *elapſum* ineunt noui huius anni *Tribuni Plebis*, inter quos *A. Virginius*, *Ianuarii Iuliani* III. qui dies erat veteris *Decembris* X. Breuius erat ſpatium, quam vt huius anni *Tribuno*, *Terentio*, licuerit conſilium de *Conſulari Poteſtate* imminuenda ad *exitum* perducere. Hinc ergo colligitur, non magnum fuiſſe ſpatium inter *exitum* Poteſtatis *Conſularis* Poteſtatiſque *Tribunitiae*. Non certe maius eo, quod praedictae complectuntur rationes. Colligitur praeterea, *ſequentis* fuiſſe anni *Iuliani* ſequentium *Tribunorum* turbas omnes. Sequentium *Conſulum* fuiſſe ſuffragatur Liuius: *Anno deinde inſequenti Lex Terentilla, a toto relata collegio, nouos aggreſſa Conſules eſt*. III. 10. Noui ergo erant *Conſules*, cum *noui* iam in officio eſſent *Tribuni*.

459. *Nexum* huius anni cum *ſuperiori* probat, quod modo obſeruabamus de *Conſulibus* ſuperioris anni in hoſtico ad *Conſulatus exitum* commemorantibus. Imo *huius* Conſulatus cum *duobus*

duobus ſuperioribus nexum *continuum* oſtendunt verba *Volſcii Caeſonem Fabium* accuſantis apud *Dionyſ.* X. 605. E quibus illud etiam manifeſtum eſt, *tertium* hunc annum eſſe a *peſtilentia*. Numerum *annorum*, vel (quod eodem redit) *Conſulum*, deſignauit *Dionyſius*, quem non deſignauit *Liuius*, qui hoc tantum de *Volſcio* obſeruauit, quod *ante aliquot annos Tribunus Plebis* fuiſſet, quam *teſtimonium* diceret in *Caeſonem*. III. 13. Idem tamen ab anno *peſtilentiae* rei, de qua teſtimonium dixit, *geſtae* Epocham arceſſit, et plures vnis *ſuperiorum annorum Conſules* agnoſcit.

458. Huius etiam anni *nexum* oſtendunt verba *Dionyſii* illa: Κίνδυνος, ὅσος ὕπω τὴν Ῥώμην κατέσχεν, ἐξ ἀλλοεθνῶς πολέμου· ὃν παρήγαγεν ἡ πολιτικὴ τάσις ἐντὸς τείχους, ὡς οἵ τε Σιβύλλειοι χρησμοὶ προὔλεγον, καὶ τὰ ἐκ τοῦ δαιμονίου φανέντα προεδέσπισεν τῷ παρελθόντι ἐνιαυτῷ. X. 606. De his enim *Oraculis* portentiſque *ſuperiori* anno egerat ipſe *Dionyſius* p. 600. etiam conſilii de Poteſtate *Conſulari* imminuenda ἐν τῷ παρελθόντι ἐνιαυτῷ initi meminit in oratione *C. Claudius* Conſul. Idem exſilium *Caeſonis Fabii* τῷ παρελθόντι ἐνιαυτῷ tribuit, quae ambo *ſuperiori* anno reuera conveniunt, ipſo teſte *Dionyſio*. *Tertius* praeterea hic numeratur ab eodem annus Tribunorum Plebis, *Virginii* collegarum, qui quidem *L. Quinctio*, huius anni *Conſuli*, in *Valerii* locum ſuffecto, *ſecundus* fuiſſet, ſi etiam ipſe, pro eorum exemplo, in ſequentem annum II. Cos. fuiſſet. X. 623. Pro ſuis ſcilicet hypotheſibus accuratiſſime. I. enim *Virginii* Tribunatus anni erat *praecedentis*, quo *Caeſonem Quinctium*, *Lucii* filium, in *exſilium* adegerat. Hoc autem anno τὸ δεύτερον τὴν δημαρχίαν accepiſſe docet cum collegis *Virginium*. X. 606. quo τὸ τρίτον οἱ δήμαρχοι διεπράξαντο μὴ ἀποθέσθαι τὴν ἀρχήν. p. 616. quorum exemplo *L. Quinctio* Auctor erat Senatus *ſecundi*. Conſulatus ambiendi. Conuenit *Liuius*, qui *Tribunos* hoc anno, *reclamantibus Conſulibus*, *refectos* eſſe ſcribit. III. 21. De *ſecundo Tribunatu* nimirum intelligendus. *Tertium* ergo fuiſſe neceſſe eſt, quem in ſequentem annum ambibant, *Tribunatum*. Hucuſque autem *Idus Sextiles* Conſulatibus *ineundis* legitimas fuiſſe veriſimillimum eſt. *Priori* anni Conſularis parte rixae erant in Patres *Tribunitiae*, nunciique de Patrum in Plebeios *inſidiis* commentitii. Tum *Capitolium* occupat *Appius Herdonius* tertio oppugnationis die cum ſuis, fere ad internecionem, caeſus. Poſtea recrudeſcunt *Plebeiorum* querelae per *Tribunos* Legis a *Valerio* Conſule in *Capitolii* expugnatione interfecto *promiſſae* beneficium ſibi vendicantium. His moram facit Conſul *Claudius* tantiſper, dum *collega* in *Valerii* locum ſufficeretur. Sufficiturque is ipſe *Lucius Quinctius*. Hunc ἄρχοντά τινα ὑπεργαζόμενον εἰς σπορὰν

p. 615. reperiunt nuncii ad eum accerſendum a Senatu miſſi. Haec certe *aratio* erat, quam *paulo ante ſationis tempus* praecipit *Plinius*, Nat. Hiſt. XVIII. 19. *Veterum* illa ſcilicet, de cuius tempore ita idem *Plinius* alibi: *Xenophon, antequam Deus ſignum dederit. Hoc Cicero Nouembris imbre fieri interpretatus eſt.* Nat. Hiſt. XVIII. 25. Conueniunt certe verba *L. Quinctii* iam *Conſulis* ita minantis: ὃ πρότερον ἀνασήσω τὸν στρατὸν ἐκ τῆς πολεμίας, πρὶν ἢ πᾶς ὁ τῆς ἀρχῆς μὲ διέλθῃ χρόνος. Ὡς ὧν ἐν ὑπαίθρῳ χειμάσοντες παρασκευάσασθε τὰ εἰς ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἐπιτήδεια. X. 616. Spectant illa certe ad *priorem* anni *Conſularis* annum, in quo verſamur, *Iulianum*, quo *coepit* anni *Conſularis hyems.* Nec longe abit *Liuius*, qui *Decembri* menſe *L. Quinctium* Conſulem creatum fuiſſe ſcribit. III. 19. Qui quidem *December* hoc anno *Cycli* V. die *Decembris Iuliani* iniit XXVIII.

457. Hic annus tertius erat eorundem *Plebis* Tribunorum, *Virginii* collegarum, vt docuit ſuperiori anno *Dionyſius*. Suffragatur *Liuius*, qui *quartum* hoc anno *Tribunatum* ab illis affectatum euictumque fuiſſe tradit. III. 24. *Situm* praeterea eiuſdem firmant Faſti *Capitolini*, in quibus Cos. huius anni, *Cornelius, triumphaſſe* legitur anno Epochae *Capitolinae* CCXCIV. quae hoc ſpatio vno anno minor eſt *Catoniana* atque *Varroniana*. Plenum certe inter annum Epochae ſuae CCL. (quo alius refertur *Conſulis Triumphus*) qui *Varronianus* erat CCLI, annumque etiam CCXLVIII, qui *Varronianus* erat CCXLIX, intervallum eſſe vincunt. *Reditus Conſulum* quando fuerit, ex eorundem *Triumphis* diſcimus. Vtrumque enim menſe *Maio* fuiſſe docuit Auctor Marmoris *Capitolini*. Poſterioris autem ipſum quoque *diem* deſignauit IV. *Id. Maias*. Addit *Liuius*, cum triumpharetur, *extremum anni* iam fuiſſe. III. 24. Idem, ni fallor, innuit *Dionyſius* forma illa apud *Thucydidem* ſolenni: καὶ τὸ ἔτος τοῦτο ἐτελεύτα. X. 619. Non tamen propterea *Idus Maias* ineundis *Conſularibus* conſtitutas arbitror, vt *inibant* poſtea *Decemuiri*. Imo *nouum* illum morem ſolitoque *maturiorem*, qui ſub *Decemuiris* obtinuit, docet ipſe *Dionyſius*, vt poſtea videbimus. Adhuc ergo *Idus* potius *Sextiles* annuis Magiſtratibus dicatas exiſtimo. *Maius* enim ſpatio fuerit oportet ante elapſum *Conſulatum* a *Triumpho*, quam quod inter IV. Idus Idusque *ipſas* interceſſit. Obſeruauit enim Liuius, *quia ſilentium de Lege erat, perculſos magnam partem credidiſſe Tribunos.* III. 24. Erat ergo *ſpatium* ſatis amplum Legi ferendae *reliquum* ſub *illo* quoque ipſo *Conſulatu*. Alioqui nulla eſſe potuit conatuum de *Lege* impetranda exſpectatio. Sed vero *Trinundini* mora neceſſaria erat a *Legis propoſitione*. Quae tamen ne quidem proponi potuit, *Quiritibus* Reipublicae cauſa *abſentibus*, et

et ſuffragii *iure* proinde carituris. Vtque illi in *Pomoerio* fuiſſent, non tamen *ſagatorum* ſuffragia erant, ſed tantummodo *togatorum*. Nec porro *ſagatis* licuit *Vrbem* ingredi ſine *Imperatoribus*, quoties *triumphandum* eſſet. Partem enim vel maximam in *Triumphis* habebat *deportatus* ab Imperatore *exercitus*, praemiiſque affecti milites. Adhuc enim ſub *Imperio* erant, et *Sacramento militari* obnoxii, dum *lictores* retineret, quibus *dimiſſis*, ne quidem licuit *triumphare*. *Primae* autem εἰσελάσεως erat *Triumphus*. Proinde *ante* actum triumphum *Tribunis* de *Lege* agere ne quidem licuit intra *Pomoerium*, quibus nulla tamen erat *extra* Pomoerium poteſtas. Non licuit ſaltem cum *Conſulibus*, de quorum *reditu* loquitur illo loco *Liuius*. Et ne quidem cum *militibus Quiritibus*, qui non, niſi exuto *militum* nomine, et remiſſo *Sacramento militari*, *Quiritium* nomen induebant. Sic enim *legiones* exauctorabant *Iulius Caeſar* et *Alexander Seuerus*, cum pro *commilitonibus* illos *Quirites* appellarent. Proinde menſe *Maio* ne quidem poterant *noui* inire *Conſules*, vt ſpatium vel *arctiſſimum* Legi *ferendae* concederemus. *Laxius* autem neceſſarium erat, vt neceſſarii ad *Legem proponendam* fierent *apparatus*. Quod tamen vltra *Idus Sextiles* proferri commode vix potuiſſe tam ex *antecedentibus* didicimus, quam etiam e *conſequentibus* diſcemus. Ex hoc autem tam *maturo Triumpho* colligimus, partem rerum ab his *Coſſ.* geſtarum magnam anni fuiſſe *Iuliani ſuperioris*. Aliquot enim *menſes Tuſculi* bellatum teſtatur *Liuius* III. 23. Praeceſſerant autem res geſtae ab *vno Conſule* in *Antiates*. Sequebantur *vtriuſque Conſulis*, pulſo hoſte, *ſeorſim* in *Volſcos Aequoſque*. De quibus tamen *Maii* veteris XII. *triumphatum*, *Iunii* nempe *Iuliani* die II. hoc anno *Cycli* VI.

Porro hoc eodem anno *Iuliano* ſucceſſerunt anni *ſequentis* Conſules, *Idibus*, vt exiſtimo, *Sextilibus*, quae (hoc anno *Cycli* VI.) *Septembris Iuliani* diei reſpondebant II. Tum *nouae* incipiunt cum *nouis Coſſ.* rixae *Tribunorum*, *Virginii* collegarum, τέταρτον ἔτος ἤδη τὴν αὐτὴν κατασχόντων ἀρχήν, inquit *Dionyſius*. Quae verba ita intelligo, vt iam 4. fuerint deſignati. Quod ſcilicet *victoria certaminis* [de hoc quarto Tribunatu] *penes Tribunos fuerit*. Sic enim loquitur *Liuius* III. 24. Idem ergo κατασχεῖν, quod *votis potiri*, nec amplius *inter ſpem metumque dubium* eſſe. Nec enim longe a *Comitiis*, quibus creati *Conſules*, deſignabantur etiam, vt videtur, *Tribuni*. Inde tam acerbae lites in *Comitiis Conſularibus* de *Tribunatibus* etiam *redintegrandis*. Sed *duum menſium ſpatium Conſulibus datum eſt ad inſpiciendam Legem: vt, cum edocuiſſent Populum, quid fraudis occultae ferretur, ſinerent deinde ſuffragium ire. Hoc interualli datum res*

tranquillas in vrbe fecit. Ita *Liuius* III. 25. Proinde probabile eſt, *bimeſtri* illo ſpatio, non *diu* poſt initum *Conſulatum* ſupputando, *nouos* praeterea motus Tribunitios fuiſſe. *Nec diuturnam* (inquit) *quietem Aequi dederunt.* Liv. ib. Intelligit etiam hic procul dubio ab initio *Conſulatus.* Vt *primo* etiam *noui* Conſulatus *menſe*, nempe *Sextili*, *Aequorum* defectio contigerit. Duae deinde ad illos miſſae fecialium legationes, *binorum* ſcilicet, vt videtur, *dierum.* Tum miſſus in *Aequos* Cos. *Minucius* primo, quo hoſtem aſſecutus eſt, die monte *Algido* concluſus fuerit, ſequenti circumuallatus, die *Sextilis*, vt videtur, XXVII. Sequenti die XXVIII. Dictator ab altero Cos. *Nautio* dictus *L. Quinctius Romam* venerit. *Poſtero* die *Equitum Magiſtrum* dixerit ipſe *L. Tarquinium*, qui *tertius* erat clauſi *Minucii.* Liv. III. 27. ſuae autem *Dictaturae* II. cuius *media nocte* in *Algidum* peruenerit. Die nimirum *Sextilis* XXIX. eodemque *vltimo.* Intra *quindecim dies coeptum peractumque Bellum*, teſtatur *Florus* I. 11. Exeunt hi dies ipſis *Idibus Septembribus*, quibus de *Aequis* Dictatorem *triumphaſſe* docent Faſti *Capitolini*, quae cum *Octobris Iuliani* die concurrebant I. Addit Liuius: *Confeſtim ſe Dictator Magiſtratu abdicaſſet, ni Comitia M. Volſcii falſi teſtis tenuiſſent. Ea ne impedirent Tribuni, Dictatoris obſtitit metus. Volſcius damnatus Lanuuium exſulatum abiit.* III. 29. Proximum ergo diem *Septembris* veteris XIV, *Octobris* vero *Iuliani* II, *Comitiis* illis dicauit, ni fallor, *Quinctius*, quibus ad exitum perductis, ſe ipſe Dictatura abdicauit. Hunc diem Dictaturae XVI fuiſſe arbitror, quem agnoſcunt *Liuius* III. 29. atque *Dionyſius* X. 623. Ne dicam minorum gentium Auctorem, qui de *Viris* ſcripſit *Illuſtribus*, nempe *Sextum Aurelium Victorem.* Sic nempe conciliandum arbitror cum illis *Florum.* Idem tamen *Dionyſius*, ſeu (quod eodem redit) apud illum *L. Valerius*, XIV. duntaxat dies eiuſdem *Quinctii* in *Dictatura* numerat. Ταῦτα ἐν ἡμέραις τεσσαρεσκαίδεκα μόναις ἅπαντα διαπραξάμενος. *Dionyſ.* XI. 668. Non pugnat tamen, ſi de rebus illius *Bello geſtis* intelligatur, quod innui videtur voce διαπραξάμενος. Sic enim dies ipſe *Triumphi*, aliusque *Comitiorum* poſt Triumphum numero excludendus erit. Quod ſane veriſimillimum eſt. Ait praeterea idem Florus, *viſum Dictatorem ad relictum opus feſtinaſſe.* Scilicet *arandi.* Et quidem *arationem* vſque ad *Nouembris imbres*, ipſamque *brumam*, protrahunt *Rei Ruſticae* Praeceptores. Vid. *Plin.* N. H. XVIII. 19. *Temporis* nota eſt illuſtrior apud eundem *Florum* in verbis illis: *Medium erat forte tempus ſementis, quum patricium virum innixum aratro ſuo lictor in ipſo opere deprehendit.* Non longe abeunt *limites* illi *Pliniani: far Septembri extremo vſque in Idus Octobris.* Alii poſt hunc diem in *Kalendas Nouem-*

Nouembris XVIII. 25. Pars illa media *prior* cum *Dictatura Quinctii* vniuerſa fere conuenit. Sic ergo poteſt intelligi *Florus*, vt partem *ſementis mediam* (qua *mediae* nomine *dimidia* intelligitur) *Quinctius* huic Expeditioni impenderit. Huius autem anni *Iuliani* Dictaturam *Quinctii* fuiſſe neceſſe eſt, quae in *Septembrem* deſiit. *Poſteriori* enim anni *Conſularis* parte *September* locum habere non potuit, dum *initium* anni eſſet a *Sextili.* Haec *L. Quinctii* Dictatura XX. annis *aliam* eiuſdem *Dictaturam* praeceſſit, qua *Sp. Melius* Regni affectati nomine occiſus eſt. *Victor* de *Viris Illuſtribus.* Nempe ſub *Coſſ.* anni *Catoniani* 316. qui iidem erant cum *Conſulibus* anni *Varroniani* 315. Reſpondet numerus accuratiſſime pro rationibus *Catonianis*, quas proinde hic Auctor ſecutus fuerit. Tum *Quinctius* annum 80. ſuperarit. *Liv.* IV. 14. Hoc ergo anno annum aetatis 60. ſuperarit. *Natus* proinde anno *V. C.* 236.

456. Hic annus erat *Tribunorum*, *Virginii* collegarum, IV. *Dionyſ.* X. 619. *Liv.* III. 24. Paulo tamen *ante* hunc, in quo verſamur, annum *Iulian.* Nam, vt deſignari potuerint in *Comitiis* fere *Conſularibus Tribuni Plebis*, Magiſtratum tamen ipſum non *initant* ante *Decembr.* veteris diem X. qui dies erat *Decembr. Iuliani* XXVI. hoc anno *Cycli* VI. non autem Conſulum nouorum *initio*, vt ſonare videntur *verba* Veterum, ſi minus caute expendantur. *Diem* enim illum *perpetuum* fuiſſe *ineundo Tribunatui*, docet *Dionyſius:* Οὗτοι δημαρχικὴν ἐξουσίαν πρῶτοι παρέλαβον οἱ πέντε ἄνδρες, ἡμέρᾳ τετάρτῃ πρὸ τριῶν εἰδῶν Δεκεμβρίων, ΩΣΠΕΡ ΚΑΙ ΜΕΧΡΙ ΚΑΘ' ΗΜΑΣ ΧΡΟΝΟΥ ΓΙΝΕΤΑΙ. VI. et quidem IV. *Id. Decembres* Tribunatum iniuiſſe *M. Naeuium* ſub *Coſſ.* anni 569. teſtis eſt *Liuius* XXXIX. 52. Cum nempe *Idibus Martiis* inirent *Coſſ.* Vel inde intelligimus, vt fuerint iiſdem fere cum *Conſulibus* Comitiis deſignati *Tribuni*, non tamen illos *eodem* cum *Conſulibus* tempore Magiſtratum *iniuiſſe. Per eos dies* (inquit *Liuius* III. 29.) *Conſul Nautius ad Eretum cum Sabinis egregie pugnat.* De *tempore* loquitur, quo *Dictaturam* abdicauit *Quinctilius.* Clarius autem *Dionyſius* res eaſdem *Nautii* ad *tempora* refert *Dictatura* illa paulo *recentiora*, μετ' ὀ πολὺν χρόνον. X. 622. Itaque ſuperioris anni *Iuliani fine* poſt diem *Octobris* ſaltem I. illa omnia contigerint. *Extremo anno agitatum de Lege ab Tribunis eſt. Sed quia duo exercitus aberant, ne quid ferretur ad Populum, Patres tenuere.* Liv. III. 29. Hic *anni extremi* nomine partem, ni fallor, anni *quartam vltimam* intelligit ſaltem, vt *minimam* fuiſſe concederemus. Sic enim etiam fere *Thucydides*, vt puto, nomine ἔτους τελευτῶντος, *minorem* certe *ſemeſtri*, quae illi frequentiſſima partitio eſt, partem deſignauit. Nec enim ſolebant *Tribuni*, vt iam vidimus, cum ſpatio excluderentur, de

Lege

Lege agere. Sed ne quidem, cum iusto *breuius* esset, cum nempe peragendo, quod coeperant, consilio non sufficeret. Hic autem nondum de *ineundo Consulatu* agebatur, sed de *Comitiis* tantummodo *Consularibus*, quae *Consulatus* etiam ipsos *praecedere* solebant. Sed nec aderat cum exercitu Cos. *Nautius*, cum *duo* abessent *exercitus*. Quem tamen postea appulisse, et quidem cum suo *exercitu*, testatur *Dionys.* ἀπῆγεν, inquit, ἐπ' οἴκου τὰς δυνάμεις. X. 622. Nec tamen vlla poterant esse *Comitia Consularia* antea, quam adesset ille, qui solus tum habebat potestatem *Comitiorum Consularium*. Iam diu antea abdicauerat Personam *publicam*, priuatamque rursus susceperat, *Dictator*. Idemque fecerat, *Dictatoris* iussu, collega *Nautii* in *Consulatu*, *Minucius*. Nec vlla reperimus *Interregni*, in hoc anno, vestigia. Solus ergo supererat, qui, per Leges, *Comitiis Consularibus* praeesse potuerit, *Nautius*. Breue ergo spatium illud esse non potuit, quod *Nautii* aduentum *intercessit*, quod tamen *extremo anno* tribuit *Liuius*. Hinc colligimus, anni *Consularis initio*, annoque adeo *Iuliano superiori*, contigisse *Dictaturam*, quae *Consulem* in Magistratu reliquerit, nec adeo limites *anni Consularis* excesserit, imo quae aliis *Nautii* rebus gerendis spatium dederit, rixisque postea *Tribunitiis*, quae tamen *legitimum* anni Consularis *modum* ita non superarint, vt ne quidem *Comitia* attigerint *Consularia*. Hunc autem annum loco esse suo, qui superiori *proximus* erat, vincunt verba *Dionysii* de *Tusculo*, ὃν Αἰκανοὶ τῷ πρόσθεν ἐνιαυτῷ captam direptamque Romani ab hoste receperant. X. 619. Vincunt verba *Liuii* de foedere cum iisdem Aequis, *quod ictum erat priore anno cum Romanis*. III. 25. Vincunt eiusdem alia, de *Tribunatu quinto Virginii collegarum* a *Comitiis fere Consularibus* saltem designato: *Plebes vicit, vt quinquum eosdem Tribunos crearent*. III. 29. Vincunt etiam *Eutropii*, qui sequenti anno *Quinctii Dictaturam* assignat, post *censum*, cuius meminerat *priori* anno *Liuius* III. 24. Nec *Liuius* modo, verum etiam *Dionysius*, sub iisdem quoque, quibus et *Liuius*, *Consulibus*. Loco autem *alieno*, anno nimirum *V. C.* 312.

Idibus Sextilibus, *Septembris* nimirum *Iuliani* die XIV, noui *ineunt* futuri anni *Coss.* anno *Cycli* VII. Proximum hunc *superiori* annum fuisse docent verba *Dionysii*: Αἰκανοὶ οἱ νεωστὶ καταπολεμηθέντες. X. 623. Et de *Corbione* vrbe illa: ἣν ἐν τῷ παρελθόντι ἐνιαυτῷ Ῥωμαίοις παρέδοσαν. p. 623. Et πέμπτον ἔτος *Virginii* cum collegis in *Tribunatu*. ib. Et de *L. Quinctio Cincinnato* illa: ὁ τῷ παρελθόντι γενόμενος ἔτει Δικτάτωρ. ib. Idem *Tribunorum* eorundem *quinquennium* agnoscit *Liuius* III. 30. Inibant illi *Decembris* veteris die X. *Ianuarii Iuliani* VII. hoc anno *Cycli* VII. Hoc scilicet eodem anno *Iuliano*.

455. Annus

455. Annus *Tribunorum Plebis*, *Virginii collegarum*, V. Certus item *situs* est *priorum* huius anni *Coss.* pro mente *Dionysii* ex *Olympiade*, quae *quarti* cuiusque apud illum anni nota est. Certus item e verbis Liuii: *Tricesimo sexto anno a primis Tribunis Plebis*, *decem creati sunt*. III. 30. Creati sunt sub *prioribus* huius anni *Coss.* Anni nimirum *Catoniani* 297. Diu tamen *ante* elapsum *Consulatum*, *maturatis* nempe *Comitiis Tribunitiis*. Sic enim Liuius: *Tribunitia Comitia*, *ne id quoque post Bellum*, *vt caetera*, *vanum esset*, *extemplo habita*. III. 30. Supra enim vidimus, eodem *fere* cum *Consularibus Comitiis* tempore haberi solita *Comitia Tribunitia*. Hoc autem anno *ante* copiarum delectus *Tribuni* designati sunt. Sic tamen *mature*, vt supereesset *Consulibus* iisdem tempus rebus Bello *gerendis*. Hoc ergo anno *Iuliano* designati sunt, nec admodum *affecto*. Sed εἰς ἐπιόντα ἐνιαυτόν. *Dionys.* X. 627. *Quintus* enim, qui agnoscitur, priorum Tribunorum *Tribunatus* ad *Decemb.* vet. X. vsque tenuit, quo mense *alii* erant in Republica *Coss.* alterius proinde *anni* Indices, pro methodo *Fastorum annuorum*. Annos enim *designati*, non autem *gesti*, honoris Veteres in calculis suis obseruare probauimus *Diss.* X. de *Cycl.* n. 96. Sic autem constat hic numerus accuratissime. Nam sub *Coss.* anni *Catoniani* 261. primos Tribunos *creatos* consentiunt, tam *Liuius*, quam *Dionysius*. Consentaneum ergo est, vt sub *prioribus* huius anni *Iuliani Coss.* qui Epochae *Catonianae* annum designabant 297. quique a *Coss.* anni 261. reuera erant *tricesimi sexti*, designati fuerint *Tribuni decem primi* sequentium *Coss.* mense *Decembri* honorem inituri. Hucusque ergo *Fasti* integri sunt. Huius proinde anni *Iuliani* gesta *Consularia* fuisse consentaneum est *Comitiis Tribunitiis* posteriora, quibus *Tribuni* designati sunt *Decembri* sequenti honorem *inituri*.

Idibus Sextilibus, *Septembris* nempe *Iuliani* die IV, (pro anno *Cycli* VII.) ineunt noui *sequentis* anni *Consules*. *Decembris* autem veteris die X. noui *Tribuni* decenorum primi, quorum primus *Icilius*, anno *Iuliano sequenti*.

454. *Icilius* cum collegis *Tribunis* denis *primus* hoc demum anno *Iuliano* ineunt, *Ianuarii Iuliani* die VII. qui veteris *Decembris* diei respondebat X. Inde incipiunt *nouae* Tribunorum cum *Consulibus* de monte *Auentino* lites. Ante anni *Consularis* exitum *iidem Tribuni*, cum eodem principe *Icilio*, *refecti*. Liv. III. 31.

Idibus Sextilibus, *Septembris Iuliani* die XVII. anno *Cycli* VIII. ineunt noui *sequentis* anni *Coss. Decembr.* vet. X. Proinde *Ianuarii Iuliani* XXVIII. ineunt *secunda* vice iidem *Tribuni*.

453. Hoc demum anno *Iuliano* incipiunt noua iurgia *refectorum Tribunorum* cum *Consulibus*, iam *suo biennio* Magistratu illo

illo potitorum. *Liv.* III. 31. Hoc proinde anno *Iuliano*. *Secundum* hunc eorundem *Tribunorum* Magiſtratum agnoſcit etiam *Dionyſius*: δήμαρχοι δὲ ἦσαν οἱ περὶ Ἰκίλλιον τὸ δεύτερον ἄρχειν ἐξῆς αἱρεθέντες. X. 629. Sequitur Bellum in *Aequos* in agro *Tuſculano*. Hoc proinde anno *Iuliano*. Multae ſunt praeterea *huius anni* notae. XXX hunc numerat annum a caede *Spurii Caſſii*, anno Epochae ſuae *Catonianae* 268. et a Lege *Agraria* per *Caſſium* lata: τριακοσὸν ἔτος τῶτο δὴ ἀνεχόμεθα, ὥσπερ ἐν τυραννίδι τὴν ἐξουσίαν ἀπολωλεκότες. X. 629. Sic item antea pollicentur huius anni *Tribuni*, ſe προσθήσειν τὸν τῆς κληρυχίας νόμον ἔτη τριάκοντα παρειλκυσμένον. p. 631. *Bis*, vt videmus, ni a *Librario* ſit ſuſpicio. Eſt tamen hic, in quo verſamur, annus reuera 299. Epochae, quam ſequitur *Dionyſius*, *Catonianae*, et proinde XXXI. a caede *Caſſii*, coeptus ſaltem. Nihil tamen obſtat, quo minus annos *integros* intellexerit vtrobique *Dionyſius*, quo pacto fiet, vt numerus conſtet ſatis accurate. Fieri praeterea poteſt, vt numerum *medium* deſignarit, excluſis *extremis*. Simile enim dedimus ex ipſo *Dionyſio* exemplum ad annum ante *Chriſt.* 471. Sic autem conſtabit accuratiſſime. Imo caedes *Caſſii* anno erat 269. *Quintus* praeterea numeratur annus, quo Orationes auditae fuerint de Lege *Agraria*. πέμπλον ἔτος τὸν αὐτὸν ἀκούοντες λόγον. *Dionyſ.* X. 635. *Quinquennio* tenuit cum ſuis in *Tribunatu* collegis *Virginius*. Et *nouorum* Tribunorum poſt *Virginium* hic annus eſt *ſecundus*. Sed *quinquennium*, ni fallor, *Virginii* intelligit Auctor, quo nihil fuerit profectum de *Lege* impetranda. Ita videtur interpretari Liuius. *Pudere ſe* (ait *Tribunos*) *numeri ſui nequicquam aucti, ſi ea res aeque ſuo biennio iaceret, ac toto ſuperiore luſtro iacuiſſet.* III. 31. *Luſtrum* ergo *iners* ac *inutile* ſuperiorum erat Tribunorum. Caeterum luculentiſſimae omnium notae ex aetate *Siccii Dentati* petuntur, quae tamen prius explicandae, quam vrgendae ſunt. Ait *Dionyſius*, *Siccium* hoc anno annum egiſſe LVIII. Verba ſunt: δυοῖν δέοντα ἑξήκοντα γεγονὼς ἔτη. X. 631. Id vero difficile eſt, vnde numeri huius initium repetendum ſit. Sic demum intelligemus, vnde *ſtipendia* illius XXX. ac XL. arceſſenda ſint. Nam ad annum ante hunc, de quo iam agimus, annum XXX. referri non poſſe manifeſtum eſt. Is enim erat, pro Epocha *Catoniana*, 269. Et tamen XXX. numerat, vt vidimus, annum a *Sp. Caſſii* caede, quae erat reuera eo ipſo anno 269. quo iam priuatus *Caſſius*, abdicato *Conſulatu*, accuſari per *Leges* potuit. Non ita in cauſa *L. Siccii Dentati*. XXX. illi annus cenſetur ἡγεμονίας ſub *Coſſ.* anni 267. *C. Aquilio* et *T. Siccio*. Anni illius *initio* nondum ἡγεμονίαν *militarem* aſſecutus fuerat. Ἐτατλόμην δὲ, inquit, ἔτι ὑπὸ λοχαγῶν. Et paucis interpoſitis, ſubiungit: καὶ ὁ ὕπατος Σίκκιος ἐμαρτύρησεν, ἡγεμόνα τῆς στρατείας

στρατείας ἀπέδειξε. Hinc ergo initium illi στρατείας ἡγεμονικῆς, illiusque proinde *tricenarii*, quem *illi* militiae impenderit. Annum vero, quem ſub his *Conſulibus* egerit, aetatis docuit ipſe *Siccius*: ἦμην τὴν τότε ἐπλακαιεικοσαέτης. Sic *natus* fuerit anno V. C. 240. annumque aetatis XVII. (qui *Pubertatis* limes erat pro Legibus *Seruii Tullii*) ann. V. C. 257. abſoluerit, a cuius fine *aetas* erat *Militaris*, et *prima* adeo illius *ſtipendia* proceſſerint. Eorum ſcilicet, quae emeruerat in vniuerſum XL. *Dionyſ.* X. 632. 639. Ita *aetas* illa, cuius hoc anno meminit *Siccius*, non *huic* tamen *anno*, ſed 297 conueniet; annique, quo loquentem illum fingit, oblitus eſt *Dionyſius*. Ad eundem nempe modum, quo et *Tribunos* nouos, *Icilii* collegas, *ſecundo* ſui *Tribunatus* anno ita loqui fingit, quaſi fine ſuperioris *quinquennii Tribunatus* Orationem habuiſſent. Sic optime conueniet haec vniuerſa *Siccii* Chronologia, pro mente *Dionyſii*. Hoc enim anno annum *Siccii* LX fuiſſe veriſimillimum eſt, quo demum anno *finis* erat *legitimae militiae*, vt nomen deinde conſcribentibus dare non cogerentur. *Sponte* enim, nec vlla *Legis* adactum *neceſſitate*, militaſſe *Siccium*, docet ipſe *Dionyſius*. Verba ſunt: στρατείαν ἐπαγόμενος ὀκλακοσίων ἀνδρῶν, οἳ στρατεύεσθαι μὲν ἐκέτι ὤρων εἶχον, ὥσπερ οὐδὲ ἐκεῖνος, οὐδὲ ἔπιπλον ὑπὸ τὰς ἀνάγκας τῶν νόμων. X. 637. Alibi de eodem: ὃν ἔφην ἀπολελυμένον ἤδη στρατείας, διὰ τὸν χρόνον ἐκκύσιον τῷ πρὸς Αἰκανὸς συνάρασθαι πολέμῳ, στρατείαν ἀνδρῶν ὀκλακοσίων ἐκπεπληρωκότων ἤδη τὰς κατὰ νόμον στρατείας, εὐνοίᾳ τῇ πρὸς αὐτὸν ἐπαγόμενον. Hinc ergo firmatur noſtra de anno *Siccii* LVIII. cum anno *Vrbis* 297 nectendo coniectura. Ea autem, ſi recte ſe habeat, *plena* omnia huius *vitae* ſpatia in *Faſtis* vincet, ſaltem ab anno *vitae* XXVII. Et tamen alioqui rationes *Dionyſianae* ex *Olympiadum* annis, cum quibus a *Dionyſio* committuntur, ita certae ſunt, vt non ſint ad *lapſus* eius, ſi quid forte humani paſſus fuiſſet, exigendae.

Idibus Sextilibus, *Septembris Iuliani* die VI. *ineunt* noui *ſequentis* anni *Conſules*, anno *Cycli* X.

452. *Decembris* vet. X. Proinde *Decembris Iuliani* XXX. hoc anno *Cycli* X. et *nouo* fere anno *Iuliano*, *ineunt* noui huius anni *Tribuni*, inter quos *L. Siccius Dentatus*, hoc ipſo *die* θύσας σωτήρια. X. 642. *Titum Romilium*, ὑπατεύσαντα τὸν παρελθόντα ἐνιαυτὸν, ib. accuſat. Alterum item *Conſulem* περυσινὸν, *C. Veturium*, accuſat *L. Halienus*.

Idibus Sextilibus, *Septembris Iuliani* die XVIII. *ineunt* noui anni ſequentis *Coſſ.* anno *Cycli* XI. *Decemb.* vet. X. *Ianuar.* ſequentis XI. noui *Tribuni*.

451. *Locum* huius anni oſtendit verbum *Dionyſii* ἐκπεπληρωμένων. Nam 301 fuerit annus oportet, qui ſequebatur annum 300. ἐκπεπληρωμένην.

Idibus

Idibus Sextilibus, Septemb. Iuliani die VIII. anno *Cycli* XII. *ineunt* noui anni sequentis *Consules*. Commode admodum. *Initio* enim *Consulatus* ὁ χειμέριος χρόνος Sacrificiis pro *peste* penitus sublata impensus.

450. *Decembris* vet. X. *Ianuarii Iuliani* I. anno *Cycli* XII. ineunt *Tribuni Plebis*. Ἀρχομένου ἔαρος, subuentum *fami*, propter neglectam superioris anni *Agriculturam*, frumento importato. Ἐν τῷ αὐτῷ καιρῷ redeunt e *Graecia* Legati. *Dionys.* X. 646. Tum *Consules* obtundunt *Tribuni* de *Comitiis*. Dantur ergo *Comitia* πολλῷ τάχιον, ἢ τοῖς προτέροις ἔθος ἦν. *Dionys.* ib. in quibus designantur in *sequentem* annum *Coss. Appius Claudius* et *Titus Genucius*, qui tamen Magistratum *Consularem* non inibant, sed *Decemuiralem*. Nam *Consulatum*, antequam iniretur, *abiurabant*.

Ἐπεὶ δὲ κατελάμβανεν ὁ τῶν ἀρχαιρεσιῶν καιρὸς, *Dionys.* X. 648. designantur *Decemuiri* ἄρχειν ἐνιαυτὸν, ἀφ' ἧς ἀποδειχθῶσιν ἡμέρας. *Dionys.* X. 647. *Inibant* autem *Idibus Maiis*. Illo ergo ipso *die* designati sunt, pro hoc Senatusconsulto. Colligimus praeterea, hunc eundem diem Magistratuum annuorum *Comitiis* habendis fuisse, hoc saltem tempore *legitimum*. Inde factum, vt ab *vtrisque* Consulibus, tam *Ordinariis*, quam *designatis*, haec *Comitia* rata haberentur, vt nos docet *Dionysius* X. 648. Propterea scilicet, quod, Consulum *Ordinariorum* Potestate *exstincta* per hoc *Senatusconsultum*, Ius certe ad *sequentis* anni Magistratum in *Consulibus designatis* perstare videretur, nec posset *Decemuiris* concedi, nisi illis ipsis *consentientibus*. Hoc tamen discrimen erat, quod annis etiam *praecedentibus* designati quidem fuerint hoc ipso die *Iduum Maiarum* Consules, non antea tamen Magistratum inituri, quam appulissent *Idus Sextiles*; hoc autem anno eodem *die inire* illis licuerit, quo fuissent *designati*, per hoc ipsum, de quo agimus, *Senatusconsultum*. Aliud ergo *ineundi* annui Magistratus *exordium*, antea *receptum* fuisse supponitur, ab eo, quod huic *nouo* Senatusconsulto ortum debuerit. Plane, vt *nostrae* ferunt *Tabulae*. Intelligimus denique, *Senatusconsultis* acceptum referri oportere, quod tam *varia* fuerint annuorum Magistratuum *exordia*. *Idibus* ergo *Maiis* coeperunt *Decemuiri*, quae, hoc anno *Cycli* XIII. eaedem fuerint cum die *Maii Iuliani* XXXI.

449. *Idibus Maiis* incipit annus *Decemuiratus* secundus, *secundorum* autem *Decemuirorum* primus. Nempe *Iunii Iuliani* die XIII. hoc anno *Cycli* XIV. Ἐν τῷ κατόπιν ἐνιαυτῷ παραλαβόντες τὴν ὑπατικὴν ἐξουσίαν οἱ σὺν Ἀππίῳ Κλαυδίῳ δέκα ἄνδρες εἰδοῖς Μαΐαις. ἦγον δὲ τοὺς μῆνας κατὰ σελήνην, καὶ συνέπιπτεν εἰς τὰς εἰδοὺς ἡ πανσέληνος. *Dionys.* X. 650. De *Plenilunio* intelligendus est *Ciuili*,

Ciuili, non *vero* a quo *Ciuile*, his praesertim *temporibus*, longissime distare potuit. *Primus* enim id conatus est *Meton*, ne *mediis* quoque *Cycli* sui temporibus *longe* inuicem distarent. De *initio* autem ab *Idibus Maiis* repetendo ita Liuius: *Idus tum Maiae solennes ineundis Magistratibus erant.* III. 36. *Si secundo Decemuiratu* solennes fuerint *ineundis* Magistratibus, *primo* saltem *receptas* fuisse consentaneum est. Nec tamen *antea* receptas fuisse iam probauimus, sed nouo illo *Senatusconsulto* institutas.

448. Ab huius anni *Idibus Maiis* incipit annus *Decemuiratus* III. *secundorum* autem *Decemuirorum* II. Nempe *Iunii Iuliani* die XXV. hoc anno *Cycli* XV. Μετὰ τοῦτον ἐνιαυτὸν Ὀλυμπιὰς μὲν ἦν ὀγδοηκοστὴ καὶ τρίτη etc. τὴν δὲ ὑπατικὴν ἐξουσίαν κατεῖχεν ἐν Ῥώμῃ Ἄππιος μὲν Κλαύδιος τρίτον ἔτος ἡγούμενος τῆς δεκαδαρχίας κατὰ τὸ ἑξῆς· οἱ δὲ σὺν αὐτῷ τὸν παρελθόντα ἐνιαυτὸν ἄρξαντες, δεύτερον ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἐξουσίας ἦμενον. *Dionys.* X. 652. Iterum: Ἐπὶ δὲ τῆς ὀγδοηκοστῆς καὶ τρίτης Ὀλυμπιάδος etc. καταλύουσι Ῥωμαῖοι τὴν τῶν δέκα ἀρχὴν, ἔτη τρία τῶν κοινῶν ἐπιμεληθεῖσαν. *Dionys.* XI. 653. Sic loqui videtur *Dionysius*, vt innuat, cum *tertius* iniret *Decemuiratus* annus, *nondum* coepisse illam, de qua loquitur, *Olympiadem*; paulo tamen *postea* coepisse. Hoc denotat vox, ni fallor, μετὰ, post anni illius *Romani initium*, *initium* nouae fuisse *Olympiadis*. Forma non admodum absimilis est ei, qua vsus est anno 260. μελλούσης εἰς τὸ πέμπτον τῆς ἑβδομηκοστῆς καὶ δευτέρας Ὀλυμπιάδος. *Dionys.* VI. 353. Post quam, anno proximo 261. sequitur nota *coeptae Olympiadis*, quarto quoque anno *solennis*: Ἐπὶ τῆς ἑβδομηκοστῆς καὶ ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος. VII. 400. *Posteriori* ergo loco iam *coeptam Olympiadem* LXXXIII. agnoscit, cum *Decemuirorum* potestas e Republica *tolleretur*, anno *Decemuiratus tertio*; nec tamen *vltra* annum Olympiadis *primum* processisse. Nec enim *vltra* progreditur nota illa perpetua anni cuiusque *quarti*, quae petitur ab *Olympiadibus*. Estque sane vtrumque, pro rationibus *Dionysii*, verissimum. Non tamen *finem primi* Olympiadis *anni* hoc in loco designauit *Dionysius* pro more suo propter *Palilia*. Varii erant *gradus*, quibus progressa est indignatio Populi *Romani*, quae tandem *Decemuiros* in ordinem redegit. Id primum mirabantur, *maiorem anni* secundi *partem processisse*, *cum interim mentio Comitiorum nulla fieret*. Sic enim *Liuius* III. 37. Inde colligitur, *mediis* plerumque annuis Magistratibus *consilia* iniri solita de *futuri* anni *Comitiis*; et ad illud tempus referenda esse, quae eo spectant apud Historicos. Sed *suspicionis* inde ansa data est, potius, quam *indignationis* in aliquod insigne facinus erupturae. Spes enim suberat, saltem *Idibus Maiis* nouos in Republica fore *Magistratus*, nec ausuros *Decemuiros* vltra

limites tenere a *Senatuſconſulto* praeſcriptos. Ita *ad Idus Maias rem perduxere* Decemuiri. Liv. III. 36. *Idus Maiae venere, nullis ſubrogatis Magiſtratibus.* III. 38. Tum demum *deploratur in perpetuum libertas. Nec vindex quiſquam exſtiſtit, aut futurus videtur*, inquit ibidem *Liuius*. Tum *contemni coepti erant a finitimis Populis; Imperiumque ibi eſſe, vbi non eſſet libertas, indignabantur.* Et quidem hanc incurſionum in agrum *Romanum* cauſam agnoſcunt ea occaſione factae in *Senatu* Orationes. Inde manifeſtum eſt, *Idibus Maiis* recentiores illas *hoſtium* fuiſſe incurſiones, quae Senatoribus anſam dederint primorum pro *libertate* conatuum, et *Plebeiis* arma in *Decemuirorum* perniciem conuertenda. Spatium autem *anni* huius Decemuirorum *tertii*, quo noui hi pro *libertate* tumultus *concludendi* ſunt, *ſeptimeſtre* fuiſſe arbitror. Nempe inter *Idus Maias Iduſque Decembres*, quibus *noui* inibant poſt Decemuiros *Conſules*. Conſules certe anni 312. *Idibus Decembribus iniuiſſe* Auctor ipſe *Dionyſius* eſt. Nec tamen ait, eo *primum* anno illos ita iniuiſſe. Morem ergo a *primis* poſt *Decemuiros* Conſulibus emanaſſe mihi potius perſuadeo. Hunc tamen annum pro anno *integro* habebant, cum noſtro *Dionyſio*, *Catoniani*. Contra *Varroniani*, qui *tot* ante *Idus Maias* proximas *menſibus* Conſules in *Magiſtratu* repererant, *non* alium illorum *Conſulum* annum cenſebant a *tertio Decemuiratus*. Rectius equidem, vt videtur, quia huius anni *Decembri* non ſucceſſerunt *Decemuiris annui Magiſtratus*. *Catoniani*, qui annum Decemuiratus *tertium* in Faſtis *integrum* ſupputabant, *aliumque* ab anno *primorum*, poſt Decemuiros, *Conſulum*, ſic loqui videntur, quaſi anno potius *ſequenti* Decemuiris fuiſſet *ſucceſſum*. Nec obſeruabant, menſe *Decembri* inire ſolitos *annuos*, qui *Decemuiris* proxime ſuffecti ſunt in *anni nomen*, Magiſtratus. Id enim ſi obſeruaſſet, cum ſuis, *Dionyſius*, IV. potius anno, quam *tertio*, ſublatus fuiſſet e Republica *Decemuiratus*, cum tamen *tertio* ſublatum teſtetur ipſe *Dionyſius*. *Idus* autem *Maias* pro anni Decemuiralis *tertii fine* habuit, quae cum in *finem* anni Olympiadici *primi* inciderent, proinde anni Decemviralis *tertii* finem, ita deſignauit, vt *quartum* quemque annum deſignare ſolebat, cuius *Palilia* in annum Olympiadis *primum deſinentem* conueniebant. Tum vero ſuccurrebat, *Conſulatum proximum* non ab *Idibus* coepiſſe *Maiis*, ſed *Decembribus*. Faſtis autem conſultis, non Coſſ. *Valerium* et *Horatium* ibi reperiebat, ſed *ſecundos* poſt *Decemuiratum* exſtinctum *ſucceſſores*. Ita factum, vt annum *integrum* lucrarentur falſis hiſce ratiociniis *Catoniani*. Tum nempe conſtitutis *Conſulibus*, quos *Decemuiris* proximos fuiſſe conſentiebant Annales. Nobis autem, qui Chronologiam *Dionyſianam* explicandam ſuſcepimus, ita Faſti conſtituendi

ſtituendi erunt, vt licet per rationes *Catonianas*, quas *Dionyſianas* fuiſſe toties agnouimus.

Hoc demum *anno* apparet *hiatus* in *ſitu* annuorum Magiſtratuum in Epocha *Varroniana* propter *tres* annuas *Dictaturas* a *Varronianis* recenſitas, a *Catonianis* autem praetermiſſas. Sed *verum hiatum* nullum eſſe exinde conſtat, quod annus *Varronianus* 306. eodem *ſitu* ſit cum *Catoniano* 304. Sic tamen repraeſentari neceſſe erat, vt cum *ſingulis* annuis *Magiſtratibus* conuenirent numeri *Catoniani* atque *Varroniani*. Verum autem *ſitum diſcrepantiamque* inuicem docebunt anni in Epocha *fixa* Olympiadum *vtrique* calculo annexi, tam *Catoniano*, quam *Varroniano*. Inde etiam colligetur, quibus demum *gradibus* eo tandem peruenerunt, vt vnum eundemque ſitum *perpetuo* retinerent ſub numeris *duobus*, quorum alter *Varronianus biennio* auctior ſit *Catoniano*.

447. His *Idibus Maiis* deſinit *ſecundus* eorundem Decemvirorum annus, *tertius* autem ipſius Decemuiratus. Idem erat *dies* cum *Iunii Iuliani* die XV. qui in menſem incurrebat *Atticum Thargelionem*, pro *noſtris* Tabulis, *Olympiadis* anno *primo* proinde *deſinente*, quam notam dedit huius anni ipſe *Dionyſius*. Obſeruanda autem illius verba, quae dedimus anno ſuperiori. Nam Tyrannidis tantummodo κατάλυσιν huic aſſignat anno, non autem *nouos* Decemuirorum ſucceſſores *Conſules*. Dedita id nimirum, vt videtur, opera praeter formam moremque ſuum. Per *Conſules* enim *quartum* quemque annum, qui *primis* Olympiadum *annis* deſignari ſolebant, inſignire ſolet, quoties vlli eſſent in Republica *Coſſ.* qui illa Epocha commode deſignari poſſent. Hic autem non ſuccurrebat, *Decembri* menſe iniuiſſe Conſules, qui in alium incidebat *annum Olympiadis*, quam *perpetuam* illam *quarti* anni *notam*, et ad alium proinde annum Olympiadis Conſulatum illum reuera fuiſſe referendum. Imo inde etiam ſuſpicio eſt, *tum* quoque *Decembri* menſe *iniuiſſe Conſules*, quod anni *initio* nullam fecerit illorum mentionem. Hucuſque ergo pertigit annus *Decemuirorum tertius*, pro ſententia *Catonianorum*. Nec pugnat nota *Conſulatus C. Nautii* et *Lucii Minucii* τὴν ὑπατείαν ἐχόντων ἔννατον ἢ δέκατον ἔτος οἵμαι τυτί. Sic enim loquitur apud noſtrum *Valerius* XI. 668. Annus erat Epochae *Catonianae* 296. quo illi in *Conſulatu* fuerant, a quo *nonus* hic eſt, in quo verſamur, 305. eiuſdem Epochae. Loquitur autem de *Dictatura L. Quinctii Cincinnati*, quam geſſit *Quinctius* anno *priori* 295. a quo hic reuera *decimus* inceptus erat. Sic noſtrae hae rationes cum *Dionyſianis* conueniunt examuſſim. Annum certe *ſecundorum* Decemuirorum *ſecundum*, vel *integrum*, exiſtimabant *Catoniani*; vel talem ſaltem, vt parum

admodum defuerit a *iusto* anni Ciuilis modo. Multos innuit *Liuius* fuisse *mensis*. III. 40. Hoc forte laxius. Propius ad causam facit, quod, cum primo a Decemuiris conuocaretur Senatus, *anno iam prope Senatum non habuisse* dicantur. III. 39. Quod non de alio, quam *tertio*, Decemuiratus *anno* intelligi poterat. Sic *anno iam ante Magistratu abiisse*, volunt *Valerius* et *Horatius*. III. 51. Ab illis nimirum *Idibus Maiis*, quibus annus Decemuiratus *terminabatur*. Sic *Appii Claudii impie nefarieque per biennium ausa* memorat Accusator *Appii, Virginius*. III. 56. Ita rursus in huius *Appii* progeniem *P. Sempronius* Trib. Pleb. *En, Quirites, illius Appii progenies, qui Decemuir in annum creatus, altero anno se ipse creauit: tertio nec ab se, nec ab vllo creatus, priuatus fasces et imperium obtinuit: nec ante continuando abstitit Magistratu, quam obruerent eum male retenta Imperia.* IX. 34.

Decembri vetere huius anni *Cyclici* iniuerunt sequentis anni tam *Tribuni*, quam *Consules*, pro Epocha *Catoniana*. Sed anno *Iuliano sequenti*. Ibi ergo quaerendi.

446. *Decembris* veteris die X. *Ianuarii Iuliani* V. anno *Cycli* XVI. ineunt *Tribuni Plebis*, pro rationibus *Catonianis*. *Pontifice Maximo Comitia habente*. Liv. III. 54. Addit idem: *Confestim de Consulibus creandis cum prouocatione M. Duellius rogationem pertulit*. Nempe confestim *inito Tribunatu*, vt paulo antea annotauit idem *Liuius*. Erant ergo in Magistratu iam *Tribuni*, cum *Plebiscitum* conderetur de creandis *Consulibus*, quos tamen *Tribunos* perpetuo die *Decembris* X. iniuisse docuit *Dionysius*. Proinde *postea* Consules *creatos* fuisse necesse est. Moram tamen admodum *breuem* fuisse docet vox *confestim*. Sed nec *mora* vlla inter decretum *initumque Consulatum*. Iterum Liuius: *Per Interregem deinde Consules creati, Lucius Valerius et Marcus Horatius, qui extemplo Magistratum occeperunt*. III. 55. Eodem ergo *die*, quo sunt *designati*, etiam *inibant* Consules. Omnino *Idibus Decembribus*, quibus anni *Catoniani* 312. *Consules iniuisse* docuit, vt modo vidimus, *Dionysius*. Vltra certe differri ne quidem potuisse, exinde colligimus, quod ab *Interrege* creatos *Consules* testetur *Liuius*. Sic loquitur, quasi *vnici Interregis* opera in creandis *Consulibus* intercessisset. Id enim sedulo solet obseruare *Liuius*, si forte vnquam tantae fuissent in *Interregno* morae, vt *primus Interrex* Consulibus designandis non *sufficerit*. Quinque autem tantummodo dierum spatium *singulis* concedebatur *Interregibus*. Proinde intra *quintum* Interregni *diem* iam erant in officio *Consules*. Coepit autem *Interregnum* ab eiurato *tertii* anni *Decemuiratu*. Antea ne quidem *Tribunos* sufficere *licebat*. Vtrumque enim munus in se complectebatur *Decemviratus*, tam *Tribunitium*, quam etiam *Consulare*. Sed vero *Senatus-*

natusconsultum erat, vt Decemuiri *se primo quoque tempore Magistratu abdicarent*. III. 54. Esto ergo, *Decembris* veteris die IX. *Ianuarii Iuliani* IV. *abdicarint* Decemuiri, eo ipso *die*, quo illud factum est *Senatusconsultum*. Hoc tamen certe die *Tribunos* suffici *potuisse* verisimile non est. Nec enim eo ipso *die*, seu (quod eodem redit) *extemplo*, iniuisse verisimile est. Nec enim id tacuisset *Liuius* in *Tribunis Plebis*, de quo tam caute monuit in *Consulibus*. Mittendi erant in *castra* Legati de *eiurato Decemuiratu*. Rediit deinde *Plebs* e *monte Sacro* in montem Vrbis *Auentinum*. Tum *delecti* a *Plebe Tribuni*, postea a *Pontifice Maximo* sacrandi. Die ergo *sequenti* sacrati fuerint. Inde supererant Interregis *tres* tantummodo *dies* ad *Idus Decembris* veteris, *Ianuariique Iuliani* diem VIII. quo *primi* post *Decemuiros Consules* designati fuerint, designatique Magistratum *occoeperint*. Sic illa inuicem cohaerent, vt non aliter se rem habuisse mihi plane verisimile sit. Pro illis nempe, quas veriores existimo, rationibus *Varronianis*. Tum veniunt Legati a *Latinis* et *Hernicis*, *Aequos Volscosque summa vi bellum apparare*. L. III. 57. Huius anni *Iuliani* vere procul dubio expeditionem suscepturos. Inde *Prouincias partiri Consules iussi*. *Horatio Sabini, Valerio Aequi Volsciique cuenere*, inquit *Liuius*. Progreditur *delectus*, fauore *Plebis* erga *Consules Plebi* addictos. Quo *maturiorem* apparatum fuisse, nihil est, cur dubitemus. Sic tamen, *priusquam vrbem egrederentur, Leges decemuirales, quibus Tabulis duodecim est nomen, in aes incisas, in publico proposuerunt* Consules. III. 57. Haec anno *Catoniano* 306. quem *intercalarem* fuisse putabamus *Diss.* X. de *Cycl.* n. 94. Hoc ergo anno *Ianuarii* loco suffectus est *Martius* anni *Cyclici* mensis primus, pro coaeuis *illorum* temporum *Kalendariis*. Proinde ab hoc anno *Tabula* (non VII. vt hactenus, sed) VIII. vsurpanda est earum, quae in *Appendice* leguntur ad nostram de *Cyclis* Diss. X. p. 862. Haec ergo, si recte se habeant, inter praedictum *Ianuarii Iuliani* diem VIII. quo *Consulatum* hi *inibant* Consules, et *Martii Iuliani* diem IV. quo *vetus* ille inibat *Martius* anno *Cycli* XVI. gesta haec fuisse necesse est, quae *Legis nouae* propositionem antecesserunt, quae deinceps effecit, vt annus *Ciuilis*, non a *Ianuario*, sed a *Martio*, exordium duceret. Sed et rem gestam a *Valerio* Consule in *Aequos Volscosque* post *paucos* a secessione Plebis in *Auentinum Sacrumque montes menses* monet apud *Liuium* ipse *Valerius* III. 61. Et tamen illius *victoriae* nuncium acceperat *Horatius*, *Valerii* collega, in procinctu rei gerendae cum *Sabinis*. Ipse quoque *nupera* victoriae *Sabinorum priori* anno partae memoria. c. 62. *Prior* ergo triumphavit *Valerius Idibus Sextilibus, Augusti Iuliani* die XXVII. *Horatius*

VII. *Kal. Septembres*, nempe die *Septembris Iuliani* VII. pro *nouo* Decemuirorum *Kalendario*, anno *Cycli* XVII. Ita Fasti *Capitolini*, qui *triumphum* vtrumque assignant anno Epochae *suae* CCCIV. qui *Varronianus* erat CCCV. Inde manifestum est, *vnum* esse cum *hoc* Consulatu *tertium* Decemuirorum *annum*, pro Fastis tam *Capitolinis*, quam *Varronianis*, qui coeperit ab *Idibus Maiis* anni *Capitolini* 303. vel *Varroniani* 304. desieritque *Idibus Decembribus* anni *Capitolini* 304. vel *Varroniani* 305. spatiumque complexus fuerit *sesquiannuum*. Ab *Idibus* autem *Decembribus* noui ineunt, secundum illas Epochas, (post *Valerium* et *Horatium*) Consules. Anno nimirum ante *Christum* 449. qui hoc demum ante *Christum* anno 446. inibant, pro Epocha *Catoniana*, ab *Idibus* similiter *Decembribus*. Hinc ergo ad *annuam Dictaturam* I. anni *Varroniani* 430. *triennii* discrepantia est, in *eorundem Consulum* situ, inter Epochas *Catonianam* et *Varronianam*. *Vnius* etiam *anni* in *numeris* ab *Vrbe condita*, vt ostendimus *Diss.* X. de *Cycl.* n. 87. Hic enim Consulum *Valerii* et *Horatii* annus *Catonianis* numeratur ab *Vrbe condita* 306. qui *Varronianis* est duntaxat 305. Vt Epocha *Catoniana* brevior, pro *numerorum* rationibus, *vno* anno videatur *antiquior*, propter hunc annum Decemuirorum *tertium* a *Varronianis* omissum. Alius autem nullus est in *Fastis* hucusque *Consularibus* hiatus. Caeterum *Idus* illae *Decembres*, hoc anno *Cycli* XVI. in diem *Decembris Iuliani* X. incurrunt, pro *Tabula* nostra VIII. (ab initio anni *Martio*) quae deinceps vsurpanda est.

445. *Id. Decembribus* ineunt *sequentis* anni *Coss.* Hoc nempe anno *Cycli* XVII. *Decembris Iuliani* die XXIII. *Tribuni Decemb.* X. proinde *Decembris Iuliani* die XX.

444. *Pars* tantum *nominis* prioris *Consulis* apud *Dionysium* est. Proinde e *Liuio* suppleuimus. Addit idem: *Plebs in Tribunatu ponere aliquid spei, si similes Icilio Tribunos haberet: nomina tantum se biennio habuisse.* III. 65. Praeterierant ergo *duorum* a *Decemuiratu* sublato annorum *Tribuni*. Noui *inibant* Tribuni *Decemb.* X. Nempe *Decembris Iuliani* die IX. Noui Coss. *Decemb.* XIII. *Iulian. Decemb.* XII. anno *Cycli* XVIII.

443. *Desunt* hi Coss. apud *Dionysium* propter *lacunam*. De *situ* huius anni ita Liuius: *arma cepere Aequi ac Volsci . . . quod persuaserant iis duces cupidi praedarum, biennio ante delectum indictum haberi non potuisse, abnuente iam Plebe imperium.* III. 66. Iterum in Oratione *T. Quinctii Capitolini* Consulis: *Biennio ante Senatus delectum haberi, et educi exercitum in Algidum iussit. Sedemus desides domi.* Ad rem gestam a *Valerio* Cos. in *Algido* referri illa ne quidem *posse* manifestum est, cum fuerit Consulis *illius* nomen apud *Plebeios* gratiosissimum. Ab anno proximo

ximo *Catoniano* 307. hic *secundus* est. Illo ergo *Senatus* delectum censuit in *Algidum* a *L. Trebonio*, vt videtur, *Aspero* (cuius meminit *Liuius* III. 65.) impeditum, cuius nullus meminit, quod sciam, Historicus. Quae autem habet *Scaptius Liuianus* III. 71. (qui *Dionysio Carlius*) de *vigesimis* suis *stipendiis*, quae in annum expugnatae Vrbis *Coriolanae*, V. C. 261. inciderint, sic demum *vera* esse poterant, si anno V. C. 308. Orationem habuerit *Scaptius*, vt ostendimus *Diss.* X. de *Cycl.* n. 96. Non certe, si ad annum referatur 309. vt hoc in loco videmus referre *Catonianos*. Sic enim fiet, vt *pars* stipendii vigesimi *nulla* in annum *Vrbis* 261. conuenire possit. Hinc ergo intelligimus, rectius annum illum *tertium* Decemuirorum *omisisse Varronianos*, quam *inseruerint Catoniani*. Nam in Epocha *Varroniana* anno *V. C.* 308. conueniunt huius anni *Coss.* sub quibus Orationem illam fertur habuisse *Scaptius*. Eo certe magis est, cur hunc *Scaptii* calculum recte se habere suspicemur, quod illum tradiderit *Liuius*, ipse *Catonianus*, suis tamen *Catonianis* rationibus plane pugnantem. Hausit, ni fallor, e gentis *Scaptiae* Orationibus *funebribus*, monumentis omnium fere antiquissimis. Imprudens tamen *suis* aptauit rationibus, quas *falsas* esse res vincebant. *Inibant* autem noui Tribuni Plebis *Dec.* X. vet. nempe *Decemb. Iulian.* XXI. *Coss.* autem anni *sequentis Dec.* vet. XIII. *Iuliani* proinde *Decembris* die XXIV. anno *Cycli* XIX.

442. Hunc annum *superiori* proximum esse, pro mente *Dionysii*, vincunt illius verba de agro *Ardeatium*, quem sibi vendicauerat, factus inter illos *Aricinosque* arbiter, Populus *Romanus*, τῷ παρελθόντι, inquit, ἐνιαυτῷ. XI. 695. Re ipsa suffragatur *Liuius*. IV. 1. qui hoc anno defectionem *Ardeatium* refert, qui *Titi Quinctii Consulatum* proxime exceperit. *Numerum* praeterea docuit *Liuius*, quem tenuerit in Epocha *Catoniana*. Ait enim, 310. fuisse *V. C. quo primi inierint Tribuni Consulari Potestate militares*. IV. 7. Inde *alia* eiusdem *verba* discimus quomodo intelligenda sint: *Decemuiros legibus scribendis intra decem hos annos et creauimus, et e Republica sustulimus*. IV. 4. Quos tamen *Decemuiros* anno *trecentesimo altero, quam condita Roma erat, creatos* idem agnoscit *Liuius* III. 33. Quod nos de anno 302. interpretati sumus *Diss.* X. de *Cyclis*, n. 86. Hinc sane manifestum est, sic locum alterum explicandum esse, vt cum altero non pugnet, si mentem *Liuii* assequi velimus. Sic autem iterumque optime, ni fallor, inuicem conciliabimus, si verba *Canuleii Tribuni* non de anno interpretemur, quo *primi* inierint *Decemuiri*, sed de illo potius, quo *Senatusconsultum* factum est de *Legibus* e *Graecia* petendis, quod anno 300. tribuit vterque, tam *Liuius*, quam *Dionysius*. Nec enim alio *fine* creatos *Decem-*

viros esse constat, quam vt *Leges* hasce in Corpus redactas *Populi* suffragiis sancirent. Et quidem alibi habemus simile in *Dionysio* exemplum, quo anno *Vrbis* 300. *Decemuiros* assignavit: οἱ ἄνδρες δέκα, οἱ τριακοσίοις ὕστερον ἔτεσιν ἀποδειχθέντες ἐπὶ τὴν ἀναγραφὴν τῶν νόμων. II. 94. Seu hoc, quod dixi de anno 300, in mente habuerit, seu *numeri* tantummodo *rotundi*, rationem. Hinc rursus annus in Epocha *Catoniana* infititius apparet, quod hunc eundem annum 310. numerent *Catoniani*, vt e *Tabula* nostra XIII. *Diss.* X. de *Cycl.* manifestum est. Porro *Dec.* vet. X. *Decemb. Iulian.* XI. inibant *Tribuni Plebis*. *Decembris* autem vet. XIII. qui *Iuliani Decembris* dies erat XIV. inibant *Tribuni* in annum sequentem *Consulari Potestate militares*.

441. *Locum* huius anni, pro rationibus, anno 3. *Olymp.* LXXXIV. designat *Dionysius*. Quae nota cum *Tabulis nostris* accuratissime consentit, a quocunque *initio* anni Ciuilis exordium deducatur. Seu nempe ab anni superioris *Idibus Decembribus*, seu ab huius anni Cyclici *Martio*, seu etiam a *Palilibus*. Hinc iterum intelligimus, quam sit ad calculum *Catonianum* annus ille *Decemuirorum tertius* plane necessarius. *Inibant* Tribuni militares *Decembris*, vt ostendimus, *Iuliani* die XIV. tenebantque per dies LXXIII. *Dionysius*: μετασχόντες αὐτῆς ἑβδομήκοντα καὶ τρεῖς μόνον ἡμέρας. XI. 699. Exeunt dies illi die *Februarii Iuliani* XXV. qui dies erat *Merkedonii* V. anno *Cycli* XX. in Kalendario *veteri*. Tertii nimirum a *Decembri*, quo fuerant *exorsi*, mensis, vt suffragatur etiam Liuius: *Tertio*, inquit, *mense, quam inierunt, Augurum decreto, perinde ac vitio creati, honore abiere*. IV. 7. Rationem subiungit, cur abierint: *quod Curiatius, qui Comitiis eorum praefuerat, parum recte tabernaculum cepisset*. Ita *superioris anni Consulem* appellat *Liuius*, quem *Quinctilium* appellat *Dionysius*, vel *Curtium*, vt malunt eruditi. Inde *proximus* superiori anno hic annus fuisse vincitur, quod *Comitiis* praefuerit, qui *superiori* anno *Consulatum* gesserat. Sequitur in *Dionysio*: Τούτων δὲ τὴν ἐξουσίαν ἀπειπαμένων, ἡ βουλὴ συνελθοῦσα, μεσοβασιλεῖς ἀποδείκνυσι. *Liuius* ita: *Patricii, cum sine curuli Magistratu Respublica esset, coiere, et Interregem creauere*. Et in eo sibi constat *Liuius*, quod nusquam *plures*, vt *Dionysius*, sed *vnicum* tantummodo, memoret *Interregem*, cuius *ter* mentionem fecit. Idem tamen addit: *Contentio, Consulesne, an Tribuni Militum, crearentur, in Interregno rem dies complures tenuit*. Proinde *vnici Interregni* spatio nouos *Consules* designatos fuisse verisimillimum est, vt proinde non plures *quinque dies* fuerint, quos *Liuius complures* fuisse statuit. Id si verum, vltra *Martii Iuliani* diem primum *Consulum* creatio procedere non potuit, vt *Februario* illi, qui *Bissextilis* erat, *Iuliano* dies XXIX. largiamur. *Februario*

Februario ergo *exeunte*, vel *ineunte Martio Iuliano*, *Consules* illos *iniuisse* probabile est, hoc anno proinde *Iuliano*. Dubios autem facit *Liuius* priores, qui *Tribunorum loco* suffecti sunt, huius anni *Consules*, quos *neque in Annalibus prisis, neque in libris Magistratuum inueniri dicit*. Idem tamen *Liuius* agnoscit, et quidem *Licinio Macro* fretus Auctore, *et in foedere Ardeatino et in linteis libris ad Monetae inuentos*. Nec sane ad *alium*, quam hunc ipsum, in quo versamur, annum, spectare potuit foedus *Ardeatinum*, cum *superiori* anno iniuriam passi fuerint *Antiates*. Plenior autem certiorque de hoc anno testis est *Liuio Dionysius*. Sic enim ille: Αὗται δύο κατὰ τὸν αὐτὸν ἐνιαυτὸν ἀρχαὶ Ῥωμαίων εἰς τὸ μέγιστον ἔχουσαι κράτος ἐγένοντο. Πλὴν οὐκ ἐν ἁπάσαις ταῖς Ῥωμαϊκαῖς χρονογραφίαις ἀμφότεραι φαίνονται, ἀλλ' ἐν αἷς μὲν οἱ χιλίαρχοι μόνοι, ἐν αἷς δὲ οἱ ὕπατοι, ἐν ᾗ πολλαῖς δὲ ἀμφότεραι, αἷς ἡμεῖς οὐκ ἄνευ λογισμοῦ συγκατατιθέμεθα, πιστεύοντες δὲ ταῖς ἐκ τῶν ἱερῶν τε καὶ ἀποθέτων βίβλων μαρτυρίαις. Obseruauit ergo *Dionysius*, quod non obseruauerat *Liuius*, horum quoque *Consulum* nomina in χρονογραφίαις, quae certe eaedem erant cum *Annalibus*. Id quoque obseruauit, in nonnullis χρονογραφίαις vtraque *nota* annum designari, tam *Tribunorum militarium*, quam etiam *Consulum*. Neminem autem obseruauit, etiam eorum, qui *singularum* notarum meminerant, qui ad *alium* aliumque *annum* retuliffet. *Tribunos* enim annum *non* impleuisse certum erat e tam disertis de *breui* eorundem spatio testimoniis. Nulla ergo hinc suspicio *anni* hoc in loco *omissi*, qui Fastorum seriem luxauerit. Tenuerunt autem hi *suffecti Consules* ad *Idus* huius anni *Iuliani veteres*, quae cum *Decembris Iuliani* die XXVI. concurrebant. Tum demum *iniuisse* sequentis anni *Consules* testis est disertus ipse *Dionysius*. Et die *Decembris* veteris X. qui *Iuliani Decembris* dies erat XXIII. *inibant* sequentis anni *Tribuni Plebis*.

440. *Huius* quoque Consulatus *locus* certus colligitur, pro mente *Dionysii*, ex illis *Dionysii* verbis: ἑβδομιαῖς τιμήσεως ἐντὸς ἑπταικαίδεκα ἐτῶν γενομένης, ἀπὸ τῆς Λευκίου Κορνηλίου καὶ Κοΐντου Φαβίου ὑπατείας. XI. 700. *Coss.* illi anno *V. C.* 295. Magistratum tenebant pro *vtriusque* Epochae rationibus, tam *Catonianis*, quam *Varronianis*. Hic, de quo agimus, annus est *Vrbis* 312. pro *Dionysii* rationibus *Catonianis* reuera XVII. pro *Varronianis* autem 311. vt e nostra *Tabula* XIII. liquet in *Appendice* Operis de *Cyclis*, et a *Cornelii Fabiique* Consulatu proinde tantummodo XVI. Hic etiam *anni Decemuirorum tertii* vestigia agnoscimus interpolati a *Catonianis*, a *Varronianis* autem rectius *omissi*. *Decemb. vet.* XIII. *ineunt* sequentis anni *Coss.* Nempe *Decemb. Iuliani* die XV. hoc anno *Cycli* XXII. Triumphauit *M. Geganius Nonis Sept. Septembris* die XXI. Anni Consularis *exitu*. V. C.

310. Epochae *Capit.* proinde 311. *Varronianae*, qui tamen *Catonianae* 312. eſt propter 3. annum *Decemuirorum*. Sed anno *Iuliano ſequenti*.

Hinc *Dionyſium* e *Liuio* ſupplemus, qui ſequitur *eaſdem*, quas *Dionyſius*, rationes *Catonianas*.

439. Decemb. *vet.* XIII. Decemb. *Iuliani* XXVII. erat anno *Cycli* XXIII. quo *inibant* ſeq. anni *Coſſ.*

438. Decembr. *vet.* XIII. idem Decembr. *Iuliani* erat XVII. quo *inibant* anni *ſequentis Coſſ.* anno *Cycli* XXIV.

437. Decembr. *vet.* XIII. Decembris *Iuliani* VII. anno *Cycli* I. quo *inibant* anni *ſequentis Coſſ.*

436. Decemb. *vet.* XIII. Nouembr. *Iuliani* XXVI. anno *Cycli* II. quo *inibant* anni *ſequentis* Tribuni. Hoc anno *Dictatura* II. *L. Quinctii Cincinnati*, qua *Spurius Melius* occiſus. De qua ita Auctor de Vir. Illuſtrib. *Iterum poſt viginti annos Dictator dictus, Spurium Melium Regnum affectantem a Seruilio Ahala, Magiſtro Equitum, occidi iuſſit.* Nempe pro Epocha *Dionyſii Catoniana*. Prior *Cincinnati* Dictatura erat anno *V. C.* 296. Huius autem anni *Coſſ.* conueniunt anno *V. C.* 316. vt e noſtris hisce *Dionyſianis* Tabulis apparet. Non ita in Tabulis *Varronianis* XIII. ad finem Operis de *Cyclis*. Ibi enim annum occupant *V. C.* 315. Inde conſtat, a *Catonianis* hoc in calculo ſtetiſſe Auctorem de *Viris Illuſtribus*. Vide ſupra 457. anno ante *Chriſtum*. Propterea enim *priorem* illius *Dictaturam* retulimus, quia in *priorem* anni *Conſularis* illius partem incidit, *prioremque* adeo annum *Iulianum*.

435. Decemb. *vet.* XIII. Decemb. *Iuliani* VIII. anno *Cycli* III. quo *inibant* anni *ſequentis Coſſ.* Hic annus eſt *trecenteſimus decimus quintus* Eutropio. Pro Epocha *Capitolina*.

434. Decemb. *vet.* XIII. Nou. *Iuliani* XXVIII. anno *Cycli* IV. quo *inibant* anni *ſequentis Coſſ.* Triumphus *Mam. Aemilii Mamercini Idib. Sept. Auguſti Iuliani* die XXXI. Conſulari *exeunte*, vt videtur. Anno praeterea Aerae *Capitolinae* 316. qui *Varronianus* erat 317. pro *Dionyſii* Aera *Catoniana* 318. propter annum *Decemuirorum* inſititium.

433. Decemb. *vet.* XIII. Decemb. *Iuliani* XI. anno *Cycli* V. quo *inibant* anni *ſequentis Coſſ.*

432. Decemb. *vet.* XIII. Decemb. *Iuliani* XXX. anno *Cycli* VI. quo *inibant* anni *ſequentis Coſſ.*

431. De *huius* anni *Coſſ.* ita loquitur *Liuius*, vt fere ſuſpicionem moueat *anni* Conſularis *omiſſi*. Habet enim e *diuerſis* Auctoribus *duplices* huius *eiuſdem* anni *Coſſ.* Cauſam tamen impeditam expedit, ni fallor, hoc in loco *Diodorus*, cuius haec verba ſunt, *Ol.* 88. 2. Ῥωμαῖοι κατέστησαν ἀντὶ τῶν ὑπάτων χιλιάρχας τρεῖς,

τρεῖς, Μάρκον Μάνιον [l. Μάνλιον, vel Μάλλιον pro more *Graecorum*] Κόϊντον Σοντίκιον [Σερουίλιον] Πρετέξτατον καὶ Σερούλιον Κορνήλιον Κένσον. Hic ſane manifeſta eſt erroris occaſio, quod qui erant reuera *Tribuni Militares Conſulari Poteſtate* quatuor, eorum *duos* tantummodo compertos habuerint *Valerius Antias* et *Quintus Tubero*, eorumque fidem ſecutus *Liuius*, et e *numero Conſules* fuiſſe vitioſo *ratiocinio* collegerint. Nam quod *eodem* anno *Coſſ.* et *Tribuni* fuerint, non erat ſane, cur miraretur *Liuius*. Dedimus iam exemplum ſupra ann. ante *Chriſt.* 441. quem tamen illius anni *Conſulatum* pro dubio quidem habuit *Liuius*, negare autem non potuit propter diſerta *Annalium* teſtimonia. Non ita *Dionyſius*, qui *vtriuſque* Magiſtratus in *eodem* anno mentionem (tam nempe *Tribunatus*, quam *Conſulatus*) in illius anni monumentis exceptione maioribus repererat, quae tamen *Liuii* diligentiam effugerat. Nec aliter ſe rem habuiſſe hoc etiam anno, dedit ſane, cur ſuſpicemur, ipſe *Liuius*. Ex iiſdem enim Libris in aede *Monetae linteis Tuberonem* et *Licinium Macrum* ſua hauſiſſe, ne quidem diffitetur ipſe. *In tam diſcrepanti*, inquit, *editione et Tubero et Macer libros linteos Auctores profitentur*. IV. 23. Cur itaque *Macrum Tuberoni* anteferendum cenſet? Nempe quia *fidem Tuberonis* ſuſpectam habet. Sic enim ſequitur: *Licinio Libros haud dubie ſequi linteos placet: et Tubero incertus veri eſt.* Recte quidem, ſi tanta eſſet vtriuſque teſtimonii *diſcrepantia*, quantam arbitratur *Liuius*. Sed ea profecto nulla erat. Nam, cum ad vnum eundemque annum deſignandum notae ambae facerent, (quod ne quidem negat *Liuius*, nec veterum quenquam profert, qui de eo vel dubitauit) quidni ambae in iiſdem *Libris linteis* locum habere poterant? Id ſi verum, ſic poterat ex iiſdem *Conſules* ſuos haurire *Macer*, et ſuos quoque (quos pro *Conſulibus* habuit) *Tribunos Tubero*. Cur itaque *incertus veri* Tubero? An quia *Conſules* neglexit, qui *Tribunos* tamen edidit *Conſulari Poteſtate Militares*, annorum, pariter ac ipſos *Conſules*, Eponymos? Caeterum in illo quoque anni 311 *Catoniani* exemplo, qui *Tribunorum Militarium* meminiſſent, non item *Conſulum* meminiſſe *Liuius* ipſe obſeruauit. *Neque*, inquit, *in Annalibus priſcis, neque in libris Magiſtratuum, inueniuntur*. IV. 17. Coniecturam ſubiungit illam, potius, quam rationem: *Credo, quod Tribuni Militum initio anni fuerunt, eo, perinde ac ſi totum annum in Imperio fuerint, ſuffectis his Conſulibus, praetermiſſa nomina Conſulum horum, Licinius Macer Auctor eſt.* Nec enim illa Regula *perpetua* eſt, vt *duorum* diuerſique *generis*, Magiſtratuum eiuſdem anni *Eponymorum*, primum ſemper alteri in illius anni deſignatione *anteferendum* exiſtimarint. Nam et in illo quoque anno χρονογραφίας

φίας obſeruauerat *Dionyſius*, in quibus *Tribuni* duntaxat occurrerint, qui tamen *eiurantibus* in anni initio *Conſulibus* in poſtremam anni partem ſucceſſerint. Hoc itaque exemplo *Tuberonem* feciſſe veriſimile eſt, ſi quos ille *Conſules* putauit, eos revera *Tribunos militares Conſulari* tamen *Poteſtate* praeditos fuiſſe cognouiſſet. Sed, cum *Conſules* illos per errorem crederet, nec *plura* Conſulum *paria* eidem *anno* deſignando commode adhiberi poſſe videret; conſentaneum erat, vt perinde rem ſe habere arbitraretur, *vtro* Conſulum *pari* annum inſigniret. *Bruto* certe et *Horatio* proximum a *Regifugio* annum denotavit *Polybius*, eiuſdem quidem *anni* Conſulibus, non tamen invicem *collegis*. Multo autem potiori ratione vſum hunc praeſtare poterant, quos exiſtimauit *Conſules*, huius pariter *anni* ſine dubio, atque inuicem *collegae*. Quod autem neminem Veterum repererit *Liuius*, qui ad annos *alium aliumque* illos retulerit, inde fluxiſſe veriſimile eſt, quod ex *eiuſdem* anni Archiuis ambo emanarint, tam *Conſules*, quam etiam *Tribuni*. Inde cautum, vt, qui *Conſulum* meminit, de *Tribunis* reticuerit, et *vice verſa*, ne ambo *ſimul* diuerſorum *annorum* ſuſpicionem iniicerent. Imo ita ſe rem habuiſſe innuunt verba *Liuii* ſequentia: *Neuter Tribunos militum eo anno fuiſſe, traditum a Scriptoribus antiquis diſſimulat.* In eo igitur conſentiunt inuicem *Licinius Macer* et *Quintus Tubero*, tam *Conſules* illo anno fuiſſe, quam *Tribunos*. Ergo et *Tribunos Tuberonis* agnouit *Macer*, et *Conſules Macri Tubero*. In eo ſolo diuerſi, quod, quos *Tribunos* appellauerant cum *Macro* libri *linnei*, eos per errorem ſuum *Tubero* pro *Conſulibus* habuerit, vt iam oſtendimus e *Diodoro*. Error ille *ratiocinii* eſt, non *diſcrepantium*, vt volebat *Liuius*, *editionum*. Cauſa ergo nulla eſt, cur quereretur Princeps Hiſtoricorum Romanorum, *inter caetera vetuſtate incomperta, hoc quoque in incerto poſitum.* Nedum, vt de huius Annalis *fide* dubitemus. *Priores* autem hoc anno Magiſtratum ſuſceperunt fortaſſe *Coſſ.* Idque innuunt, ni fallor, verba *Diodori*: κατέϛησαν ἐντὶ τῶν ὑπάτων χιλιάρχους, *ſuffectos* nimirum in locum *Conſulum* initio anni creatorum *Tribunos* pro reſidua anni parte *Militares*. Ita quidem, ſi verborum *ſententiam* ex Archiuis hauſerit, nec ſuis potius debuerit *ratiociniis*. Fieri tamen poteſt, ſi quidem *propria* haec fuerint verba *Diodori*, vt ad *ſuperioris* anni *Conſules* ipſe potius retulerit.

428. His Coſſ. *Dictator* erat *A. Poſthumius Tubertus*, de quo ita Gellius: *Bellum deinde in terra Graecia maximum Peloponneſiacum, quod Thucydides memoriae mandauit, coeptum eſt circa annum fere, poſt conditam Romam, trecenteſimum viceſimum tertium. Qua tempeſtate Olus Poſthumius Tubertus Dictator Romae fuit,*

fuit, qui filium ſuum, quod contra ſuum dictum in hoſtem pugnaverat, ſecuri necauit. Noct. Att. XVII. 21. Haec ille accuratiſſime pro calculo *Varroniano*. Eſt enim annus *Catonianus* 324. vt in his noſtri *Dionyſii* Tabulis videmus, propter annum *inſititium*. Nec *numero* modo. Etiam *ſitu Varronianus* eſt, dum cum *primo* anno confertur *Belli Peloponneſiaci*, qui annus erat *Ol.* LXXXVII$\frac{1}{2}$. *triennio* integro diuerſus propter lucrum Epochae *Catonianae*. Vid. *Annal. Thucydideos*. Sic autem de hoc anno Liuius: *Inſigni magnis rebus anno additur, nihil tum ad rem Romanam pertinere viſum, quod Carthaginenſes tanti hoſtes futuri, tum primum per ſeditiones Siculorum ad partis alterius auxilium in Siciliam exercitum traiicere.* IV. 29. Haec *Carthaginenſium* noua in *Siciliam*, poſt *Gelonis* tempora, Expeditio non video quo ſpectare poſſit, praeterquam ad illam, cuius meminit *Olymp.* XCII. 3. *Diodorus*. Erat enim illa, *Aegeſtanorum* rogatu, ſeditionis occaſione captata inter illos atque *Selinuntios*. Hoc ſi verum eſt, pro *Cincii Alimenti* rationibus ſcripſerit illa *Liuius*. Credidit ille, *Olymp.* XII. 1. *Romae* iacta eſſe *fundamenta*, XXII. annis ſerius, quam *Varro*, qui *Olymp.* VI. 3. *conditam* exiſtimauit. Addantur illi anno *Varroniano* 323. annum conficient 345. qui *Olymp.* XCII$\frac{3}{4}$. reſpondet pro *ſitu* anni *Varroniano*. Sic vere *Olymp.* XCII. 3. *deſinente* in *Siciliam* accerſiti fuerint *Carthaginienſes*. Vt ergo alibi *Fabianas*, ita hoc loco *Cincii Alimenti* rationes imitatur *Liuius*. Haec ſi vera, a *Varronianis*, de *anno* Decemuirorum *tertio*, ſteterit etiam *Cincius Alimentus*, proximus *Fabio Pictori* aetate Scriptor. *Ignotae* tamen illius rationes *Cenſorino*.

425. Alios huius anni *Coſſ.* apud *Diodorum* credidit fuiſſe *Sigonius*, quam in *receptis* Faſtis. Id ſi verum, *locus* fuiſſet nullus his, quos habemus, *Coſſ.* Hallucinatus autem eſt profecto Vir Doctiſſimus, dum ita cenſuit. Nam et *hos* quoque *Coſſ.* agnoſcit idem *Diodorus Olymp.* 89. 4. Τίτον Κοΐντιον καὶ Αὖλον Κορνήλιον Κόσσον. Sequenti autem anno *Olymp.* 90. 1. *Conſulum* nomina illa, quae pro huius anni nominibus habebat *Sigonius*: Λεύκιον Κοΐντιον et Αὖλον Σεμπρώνιον. Sed et *alius* ille *Quinctius* erat *Lucius*, non *Titus*, *Coſſi* collega. Et alius quoque *Quinctii* illius *Lucii* collega *Aulus*, non *Cornelius*, ſed *Sempronius*: Alios proinde, qui illo *ſequenti* anno ſucceſſerunt *Coſſ.* e loco ſuo *excluſuri*, ſi *veros* illos *Coſſ.* e probatis Faſtis ediditſet *Diodorus*. Sed *Faſtos* corruptiſſimos, his praeſertim *antiquiſſimis* temporibus, imperitiſſima commiſſione cum annis *Olympiadum* nouis ſuis erroribus corruptiores fecit ipſe *Diodorus*. Nec aliunde natum illum *Conſulatum* arbitror, quem reliqui *nulli* agnoſcunt *Faſti*, quam e *Tribunis Militaribus Conſulari Poteſtate* praeditis, quos

poſt

poſt *triennium* ad *Olymp.* 90. 3. pro *Tribunis* habet ipſe, appellatque Λεύκιον Κορίντιον et Αὖλον Σεμπρώνιον. *Lucium* autem *Quinctium* etiam ibi appellant illius anni Faſti *ſinceriores*. Eſt autem error ille ſatis frequens, vt *Tribunos Militares* binos e reliquorum numero ſelectos pro *Conſulibus* habeant Faſti *vitioſiores*, et in *locos* transferat nonnunquam *alienos*. Dedimus iam ad annum 431. exemplum. Et quidem e *vetuſtioribus*, quam ſit ipſe *Diodorus*, Auctoribus, *Valerio Antiate* et *Quinto Tuberone*. Ne ſit proinde, cur hoc in *Diodoro* miremur, Auctore ſui ſeculi rerum *Romanarum* imperitiſſimo. Imo multa ſunt apud illum huiuſmodi errorum exempla. Itaque Faſtorum *mutilationem* hoc certe non euincit exemplum. Nos contra *integritatem*, pro mente *Liuii*, alibi aſſeruimus, *Diſſ.* X. de *Cycl.* n. 88. *Ordinem* autem a *Liuio* ſeruatum, quem in illis, quorum fidem ſecutus eſt, *Faſtis* ipſe repererat, id vero facile praeſtare non poſſum. Sunt contra in ipſo veſtigia quaedam *ordinis* a ſe *perturbati*. Coepit Bellum cum *Veientibus* ſub *Coſſ.* anni *Catoniani* 318. pro noſtra diſpoſitione. Anno nimirum ante *Chriſtum* 434. Sic enim de illius anni *Cos.* L. Sergio Fidenati: *primus cis Anienem cum Rege Veientium ſecundo proelio conflixit.* IV. 17. Inde error de *opimis* a *Cornelio COSSO* de *Tolumnio, Veientium* Rege, relatis *ſpoliis*. Quod ſcilicet *hoc* anno Bellum coeperit cum illo ipſo *Veientium* Rege, *Tolumnio*. Erroris occaſio erat, quod de *anno*, quo *coeperit* Bellum, deſignando, potius, quam de *quoto* Belli anno, quo perierit *Tolumnius*, ſoliciti fuerint illi *Faſtorum Annaliumque* conditores. Errorem enim de *ſpoliorum opimorum* anno agnoſcit ipſe *Liuius*. Victus nimirum *ipſius A. Cornelii Coſſi teſtimonio, qui ſe Conſulem ipſe* inſcripſiſſet *in thorace linteo*, quem *Ioui Feretrio* vna cum *ſpoliis* in victoriae memoriam conſecrauerat. Hunc enim *thoracem* legiſſe teſtatur *Auguſtum*, ſeque ab *Auguſto* ipſo accepiſſe. Victus praeterea *ſpoliorum opimorum* ipſa *natura*. *Ea* enim *non alia habentur*, inquit, *niſi quae dux duci detraxiſſet. Nec ducem nouimus, niſi cuius auſpicio Bellum geritur*. Nec enim ea *auſpicia* habebat *COSSVS*, praeterquam in *Conſulatu*. Sed vero ab hoc Belli initio *ſeptimum* numerat annum ad *Cornelii Coſſi Conſulatum*. Idque omnium, vt videtur, *Annalium Faſtorumque* conſenſu. Sic enim habet: *quod tam veteres Annales, quodque Magiſtratuum libri, quos linteos in aede repoſitos Monetae Macer Licinius citat identidem auctores, ſeptimo poſt demum anno cum T. Quinctio Penno A. Cornelium Coſſum Conſulem habeant.* IV. 20. Haec ille anno praedicto *Catoniano* 318. Et tamen *Conſulatum Coſſi* huic anno aſſignat *Catoniano* 327. *Decimo* nimirum, ſi, pro more *Liuii*, extremi ambo *includantur; nonus* autem, vt emendat *Sigonius*,

nius, etiamſi primum *excluſerimus*. Ne vero *numeri* errorem ſuſpicemur, facit, quod *Veientem* hoſtem *ſexies* victum dicit priori illo Bello, cui finem impoſuit *Cos. Coſſus.* IV. 32. Inde colligimus, *Coſſi Conſulatum* ſic annum eſſe ab anno *Catoniano* 318. *ſeptimum*, vt *ſexeus* tantummodo habendus ſit, ſi primus non accenſeatur. Sic fiet, vt, pro vera *Annalium Faſtorumque* diſpoſitione, *Coſſi Conſulatus* in annum *Catonianum* 324. conferendus ſit. Primi enim anni 318. *locum* certum afferunt Faſti *Capitolini*, qui *Mamerci* triumphum ad *Idus* referunt *Septembres* anni Aerae ſuae 316. *Varron.* 317. *Catoniani* 318. propter *tertium*, quem dixi, annum *Decemuirorum*. Sed vero pergit Liuius: *Etiam illud accedit, ne tam clara pugna in eum annum transferri poſſet, quod imbelle triennium ferme peſtilentia, inopiaque frugum, circa A. Cornelium Conſulem fuit: adeo vt quidam Annales, velut funeſti, nihil praeter nomina Conſulum ſuggerant. Tertius ab Conſulatu Coſſi annus Tribunum eum Militum Conſulari Poteſtate habet. Eodem anno Magiſtrum Equitum, quo in Imperio alteram inſignem pugnam edidit Equeſtrem.* Hoc vult, ni fallor, vt hoc *imbelle triennium* ſuperiori additum *ſeptennio*, in cuius *fine* A. Cornelius Coſſus *Conſulatum* geſſerat, ad *finem* vſque *Belli* cum *Veientibus* pertigerit. Itaque vt *ante* Conſulatum *ſpolia opima* ſuſpendere non potuit *A. Cornelius Coſſus*, nondum ipſe *dux*, nec *ſuis* rem gerens *auſpiciis*, de *vero* licet *Veientium* duce, *Tolumnio*; ita nec *poſtea* tam *commode*, quam in ipſo *Conſulatu*. Nempe quia *imbelle* illud fuiſſet *triennium*, ſeu *peſtilentia*, ſeu *frugum* inopia, nec fere praeterquam *Conſulum nominibus* inſigne. *Tertio* duntaxat illius *triennii* anno *inſignem* fuiſſe *Coſſi* pugnam *Equeſtrem*, cum *Magiſtri Equitum* munere fungeretur. Tum vero non *ſuis*, ſed *Dictatoris*, auſpiciis rem geſſiſſe. Ante *Dictaturam* eodem anno *Tribunum* fuiſſe *Conſulari Poteſtate Militarem*, et *ſua* habuiſſe *auſpicia*, ſed tum *nullam* fuiſſe *inſignem pugnam*, e qua *ſpolia opima* reportare potuerit. Et ſane huius *poſterioris triennii fine*, qui in annum *Catonianum* incidit 327. *inducias annorum* XX (quas *Veientibus* conceſſas fuiſſe narrat IV. 35.) coepiſſe veriſimillimum eſt. Nam ſub *Tribunis* anni *Catoniani* 348. *finem induciarum* fuiſſe concedit. *Eo anno tempus* (inquit) *induciarum cum Veienti Populo exierat.* IV. 58. Sic loquitur, quaſi *ſuperioris* anni *fine* elapſae fuiſſent. Quod ita demum verum eſſe potuit, ſi *hoc*, in quo verſamur, anno *coepiſſent*. Sic autem neceſſe erit, vt *Conſulatus Coſſi* triennio *antea* geſtus fuerit, et tres adeo anni e praecedentibus in *poſteriora* transferendi ſint. Crediderim, hoc in numero cenſendum eſſe annum *Catonianum*, in noſtris *Tabulis* 322. in quo *peſtilentiae* meminit ipſe *Liuius*. Crediderim et annum 323. in quo cautum de *penu-*

rie

ria frumenti. IV. 25. Crediderim et annum 324. quo rem potius cum *Aequis Volſciſque* geſtam legimus, quam cum *Veientibus.* Et annus 326 nihil dignum dictu complectebatur, ipſo agnoſcente *Liuio.* *Triennii* in his *indolem* habemus, quod *peſtilentia inopiaque frugum imbelle* cenſuit *Liuius*, *nudiſque* fere *Conſulum nominibus* inſigne. Non tamen adeo his *coniecturis* fidendum arbitror, vt propterea *Faſtos* corrigendos exiſtimem. *Liuii* certe ipſius ſententia longe certior eſt e tot *Conſulum Tribunorumque Militarium Conſulari Poteſtate* praeditorum *Collegiis*, quam e *vocum* ſingularum *numerorumue* minutiis. Nec ſolet ille ab Auctorum *ſerie* diſcedere, etiam cum *falſam* eſſe cenſet, vt ex *opimis A. Cornelii Coſſi ſpoliis* conſtat, quae *alio* narrat anno, quam quo *ſuſpenſa* ipſe arbitratur. Nedum vt tam *longe* diſceſſerit, qua inferunt illae, quas dedimus, rationes. *Aequis* praeterea *octennes inducias* conceſſas memorat anno *Catoniano* 325. IV. 30. Et tamen *triennes* alias anno *Catoniano* 330. Eodem ſcilicet, quo et *vicennes Veientium coepiſſe* arbitratur *inducias.* Quae *omnes* verae eſſe *non* poſſunt, indignae proinde, quae pro *Chronologiae* certioris *normis* habeantur. Nec porro certum eſt, *triennium imbelle*, quod *Liuius circa A. Cornelium Conſulem* fuiſſe monet, ad annos *conſulatu* ipſo *recentiores* eſſe referendum. Imo *partem* triennii Conſulatu *antiquiorem* e voce *circa* potius colligendum erat, quae *medium* inter illos annos *Conſulatum Coſſi* fuiſſe innuit, vt a *Liuio* ipſo in Operis *ſerie* diſponuntur. Nec Ordinis *peruerſi* notas hoc, de quo loquimur, *ſpatio* tenemus, vel in *Diodoro*, vel in *recentiori* aliquo melioris notae Faſtorum *conditore.*

417. Hoc anno *Iuliano* iniuiſſe neceſſe eſt *priores* huius anni *Tribunos Conſulari Poteſtate* Militares. *Reſpublica a Conſulibus ad Interregnum redit.* Liu. IV. 43. Coepit *Interregnum Decembris veteris* die XIII. qui (anno *Cycli* XX.) idem erat cum *Decembris Iuliani* die XIV. Addit Liuius: *Pars maior inſequentis anni per nouos Tribunos Plebis et aliquot Interreges certaminibus extracta eſt, modo prohibentibus Tribunis, Patricios coire ad prodendum Interregem, modo Interregem interpellantibus, ne Senatuſconſultum de Comitiis Conſularibus faceret.* Erant nimirum in *Officio* noui *Plebis Tribuni* a *Decembris* veteris die X. qui *Iuliani Decembris* erat XI. cum ad *Interregnum* Reſpublica rediret. Inde factum, vt penes *illos* fuerit, ne coirent *Patricii* ad prodendum *Interregem.* Inde colligimus, hoc ipſo die *Decembris* XIII. officio *exceſſiſſe* ſuperioris anni *Conſules*, dum nondum inueterauerant in ſuo quoque munere noui *Tribuni.* Pertigit annus ille a *Decembris Iuliani* XIV. ad *Decembris Iuliani* ſequentis XXVI. propter menſem *Embolimum*, vt e noſtris *Tabulis* manifeſtum

feſtum eſt. Erant autem in anno illo *dies* 377. Pars ergo maior anni *dies* complectebatur 189 ad *minimum*, qui in diem *Iunii Iuliani* XXI. deſierint, *ante* quem ne quidem *priores* huius anni *Tribuni Militares Conſulari Poteſtate* inire potuerint, ſi quidem vera ſcripſerit *Liuius.* Ante *diem* illum inire non potuiſſe diſcimus. Quando *poſtea* inierint, non diſcimus. Inde *L. Papyrii Mugillani* expoſtulatio: *deſertam omiſſamque ab hominibus Rempublicam Deorum Prouidentia curaque exceptam Veientium inducciis et cunctatione Aequorum ſtare.* Quod ſcilicet pars anni Expeditionibus vtiliſſima *Tribunorum Patriciorumque* iurgiis elapſa inſignes *hoſtibus* rerum, in *perniciem* Reipublicae, gerendarum *occaſiones* prodidiſſet. Sic ergo *Kalendis Quinctilibus* inierint illius anni *Tribuni*, niſi *Senatuſconſultum* fuerit, vt confeſtim inirent.

De horum *Tribunorum militarium* Magiſtratu addit Liuius: *Eodem anno a Campanis Cumae, quam Graeci tum vrbem tenebant, capiuntur.* IV. 44. Eadem habet *Diodorus* Ol. 89. 4. Et quidem, propter annum *Decemuirorum* inſititium, *annis* tribus diſcrepat horum *Tribunorum militarium ſitus*, pro rationibus vtriſque, tam *Varronianis*, quam *Catonianis.* Annus enim *Varronianus* 334 in Epocha *Olympiadum* concurrit cum *Olymp.* $89\frac{4}{4}$. *Catonianus* autem cum *Olymp.* $90\frac{3}{4}$. Hinc ergo rurſus nouum experimentum habemus, quo docemur, rectius ſeſe habere rationes *Varronianas.* Pars enim *nulla* illius anni *Olympiadici* conuenit Magiſtratui huius anni *Catoniano.* Erat autem *pars* illa anni Olympiadici *deſinentis* Vernali *Campanorum* Expeditioni aptiſſima, et *coloniae* deinceps a *Campanis* eodem illo anno *Iuliano* deductae. Vid. ann. ant. *Chr.* 325.

404. *Eo anno . . . tempus inducarum cum Veienti Populo exierat.* Liv. IV. 58. De iiſdem loquitur *induciis*, de quibus ſupra: *Veientibus annorum* XX. *induciae datae.* IV. 35. Is annus erat *Catonianus* 330. ante *Chriſtum* 422. Hic annus 348. ante *Chriſtum* 404. Interuallum eſt annorum tantummodo XVIII. Ideone *defectum* aliquem hoc in loco *Faſtorum* ſubeſſe ſuſpicabimur, quo effectum ſit, vt rationibus *Liuianis* minus accurate reſpondeant? Imo *nullum* ſubeſſe *Diſſ.* X. de *Cycl.* probauimus, et quidem ex ipſis illis rationibus *Liuianis* et *Catonianis.* Quomodo ergo inuicem conciliabimus? Ego mihi plane perſuadeo, *vicenariarum inducarum* finem ad *Veiorum* obſidionem eſſe protrahendum, quae anno *coepta* eſt *Catoniano* 350. qui vere erat ab eo, quo *induciae* coeperunt, anno XX. Ita certe rem intellexiſſe videtur *Eutropius*, quo loco agit de *Fidenarum* excidio: *Poſt* XX (inquit) *inde annos Veientani rebellauerunt. Dictator contra ipſos miſſus eſt Furius Camillus* etc. Obſidioni decennali

finem impoſuit *Camillus*, quae hoc eodem anno coepit *Catoniano* 350. Inde ergo coepit noua *Veientium* defectio, quae *captis excisisque* Fidenis *vicennio* recentior erat. Cladem enim *Fidenarum* anno *Catoniano* 329. exeunte narrat *Liuius*. Quamquam enim hoc anno 348. *Catoniano* induciarum *finem* ponat Liuius, rem tamen geſtam in *Veientes* nullam agnoſcit ante Vrbis *obſidionem*. Hoc anno ait *ab Senatu impetratum, quia diſcordia inteſtina laborarent Veientes, ne res ab iis repeterentur*. IV. 58. Sequenti anno *Catoniano* 349. *Veiens bellum motum* ſcribit *ob ſuperbum Reſponſum Veientis ſenatus*. Sic tamen, vt cum *Volſcis* tantummodo rem *geſtam* agnoſcat. Tandem anni *fine* addit: *lege perlata de indicendo Veientibus bello exercitum magna ex parte voluntarium noui Tribuni Militum Conſulari Poteſtate Veios duxere*. IV. 60. Haec de *Tribunis Militum* anni *Catoniani* 350. Anni enim 349. *fremitus* refert *Iuuentutis, nondum debellatum cum Volſcis eſſe*, et tamen *nouum Bellum cum finitimo Populo et potentiſſimo parari, qui omnem Hetruriam ſit concitaturus*. IV. 58. Inde manifeſta cauſa eſt, cur ad ſequentes *Tribunos Militares, Volſcis* ſub illo ipſo Magiſtratu debellatis, Bellum cum *Veientibus* fuerit protractum. Nec ſane dicit ipſe *Liuius*, illas, quae hoc anno exierint, *inducias* fuiſſe *vicennales*. Ea potius fuiſſe videtur erroris occaſio, quod *Pacem* illam inter duo Bella mediam, quae reuera coepit ab *induciis*, totam tribuerit *induciis*. Nos contra *Pacem* induciis *diuturniorem* probauimus, et quidem pro mente ipſius *Liuii*. Certe ante annum *Catonianum* 330. inire ne quidem poterant illae cum *Veientibus induciae*, quas eodem tempore *Veientibus* conceſſas agnoſcit *Liuius*, quo etiam aliae *triennes Aequis* conceſſae ſunt. IV. 35. Sed vero illae ab illo ipſo anno *Catoniano* 330. inibant. Hoc docent verba *L. Papyrii Mugillani* interregis apud *Liuium* anno *Catoniano* 334. Ait enim ille, *Rempublicam Veientium induciis et cunctatione Aequorum ſtare*. IV. 43. Docent illa, *elapſas* illas, quae cum *Aequis* initae fuerant, *inducias*, nec tamen *diu* admodum elapſas. Cum enim *cunctarentur Aequi*, nec *Romanorum* fines (vt per *inducias* iam exactas licebat) penetrarent: iam certe *praeteritas inducias* ſupponit, quae fuerant alioqui impediturae, quo minus hoc *liceret*. Imo *primam* quamque penetrandi occaſionem non captatam, innuit *Aequorum* illa *cunctatio*, opportune admodum obſeruanda *ſecundo* illo poſt elapſas *Vere*. Facilis autem erat illa *Liuii* hallucinatio, dum pro Auctorum verbis *ſua* reponeret.

398. *Hoc* anno et *deinceps* vſque ad annum *V. C.* 363. morem antea vſurpatum rediiſſe opinatus ſum, vt ab *Idibus Decembribus* inierint *ſequentium* annorum *ſummi* Magiſtratus. Ita *Diſſ.* X. de *Cycl.* n. 89. Ne ſcilicet *poena* deceſſorum ſolito maturius

turius abdicantium ad *poſteros* migraret. Non ſcilicet ſuccurrebat, qui *Kalendis Octobribus* inierant, *iuſtum* Magiſtratus *annum* ſequentibus impleuiſſe *Kalendis Octobribus*. Vt proinde Magiſtratus *annui* modum *ſuperarint*, ſi ad *Idus* vſque *Decembres* tenuiſſent. Quamquam autem receptum fuerit, vt *breuiores* Magiſtratus facerent *Romani*, ſeu *culpa* fuiſſet illius, cuius Magiſtratum vltra non ferendum iudicabant; ſeu *Religione* aliqua, *maloque* in Rempublicam *omine*: prolatos vero Magiſtratus terminos, raro admodum, ſi vnquam fortaſſe, legimus. Itaque *Kalendas Octobres* tamdiu Magiſtratibus ſummis *ineundis* ſolennes fuiſſe arbitror, dum nouum aliud conſtitueretur *exordium* a *Kalendis Quinctilibus*. Illae autem certe vixdum anno *Catoniano* 356. locum habere poterant. A *triſti hyeme* annum illum auſpicatur ipſe Liuius, *ſiue ex intemperie* (inquit) *coeli, raptim mutatione in contrarium facta, ſiue alia qua de cauſa; quam grauis peſtilenſque omnibus animalibus aeſtas exceperit*. V. 13. *Primum* locum in illius anni Magiſtratu *hyemem* tenuiſſe docet *Liuius*. Et quidem praeproperam illam, in qua *raptim* facta eſt *in contrarium mutatio*. Melius illae notae conueniunt in *exordium* a *Kalendis Octobribus*, quam in *Idus Decembres*, vel *Kalendas* etiam *Sextiles*. Nempe in *Octobris Iuliani* diem I. pro Epocha *Catoniana*, vel IX. pro Epocha *Varroniana*, quae hoc ſpatio *Catonianam* triennio praecedit. Medius hic fere limes eſt inter *aeſtus* Autumni et *frigus* hyemale, quo *repentinae* fieri poſſint aeris *mutationes* corporibus humanis periculoſiſſimae. Tenuit hoc anni *Exordium* ad annum *Catonianum* 358.

394. Hoc anno *nouum* coepit ſupremi Magiſtratus annui *initium*. *Vitio* enim *creatos*, qui hoc anno faſces depoſituri erant, ex Oraculo didicerunt. *Vnam* ergo *expiationem eorum eſſe* cenſuerunt, *vt Tribuni Militum abdicarent ſe Magiſtratu, auſpicia de integro repeterentur, et Interregnum iniretur*. V. 17. Ex his *Liuii* verbis manifeſtum eſt, *ante* tempus annui Magiſtratus elapſum *exutos* honore huius anni fuiſſe *Tribunos*. Proinde ante *Kalendas Octobres*, quas iam probauimus Magiſtratibus *ineundis* ſolennes. Et tamen *ante* annum *Catonianum* 363. quo *Kalendis Quinctilibus* inire coeptum eſt Mediis, vt videtur, inter *Octobres Quinctileſque* vtique *Kalendis*. More ſcilicet iam recepto, vt *Kalendis* potius, quam *Idibus*, Ciuilibus nempe *Nouiluniis*, potius, quam *Pleniluniis*, iniretur. *Sextilibus* ergo, vel *Septembribus*. Ego *prioribus* potius iniuiſſe crediderim, nempe *Sextilibus*. A *reditu* enim legatorum *Delphicorum*, primo quoque tempore expianda erat labes Reipublicae e *vitio* creatis Magiſtratibus. *Miſſos* autem ſub *Tribunis Militaribus* anni *ſuperioris* refert *Liuius*. Proinde ante Kalendas *Octobres*. Vt

nempe *clauſi Maris* incommoda vitarent. Sed menſe *huius* anni *Delphico Buſio* reddenda erant Oracula, vt Diſſ. V. de *Cycl.* n. 2. probauimus. Reſpondebat *menſis* ille *Attico Munychioni*, deſinebatque *Aprili* exeunte *Iuliano*, vel, ad ſummum, ineunte *Maio*, et *Maio* proinde *veteri*. Ita *Maio*, ad ſummum, *Veteri* Reſponſum acceperint legati *Romani*, quaecunque demum menſis pars illis a *Templi* praeſidibus fuerit aſſignata. Tunc etiam ſatis commoda erat *nauigatio*. Nihil itaque vetat, quo minus menſe *Iunio veteri* redierint. Detur ergo ſpatium coniecturis de Oraculi *ſententia*, deque *Hetruſci* ſenis *vaticiniis*, e quibus *piaculum* Ciuitati colligendum erat. Sic quoque ſatis *laxum* fuiſſet, ſi ad *Idus* protraheretur *Quinctiles*; immo ſi, illis etiam *elapſis*, tum demum redacti fuiſſent in ordinem *infauſti* illi et *infelici omine Tribuni*. Sic quoque *ſpatium* ſuppetet *tribus Interregibus*, et *tribus* Interregnorum *quinariis*, quorum *ſupremo* demum creati fuerint *ſequentis* anni *Tribuni Militares*, honorem proximi menſis *Sextilis Kalendis* inituri. Sic ergo rem fuiſſe ſuſpicor, quamvis nulla habeamus, quae verbis id diſertis doceant, *Veterum* manifeſta *teſtimonia*. Praeceſſerant autem *initii* vtriuſque, tam a *Sextili*, quam a *Septembri*, in ſuperioribus *exempla*.

393. De *Veientium* Vrbe, quam hoc tandem anno in Populi *Romani* fidem adegit *Camillus*, ita Liuius: *decem aeſtates hyemeſque continuas circumſeſſa*. V. 22. Haec quomodo vera eſſe poſſint, diſquirendum eſt. De *hibernaculis* in Vrbis *obſidione* aedificandis anno *Catoniano* 352. actum teſtatur ipſe *Liuius* V. 2. *Tertius* hic erat *decennii* annus ab *initio* obſidionis, quod anno *Catoniano* 350. tribuit *Liuius* IV. 61. Tum demum queruntur *Tribuni Plebis*, *Plebem ne hyemi quidem, aut tempori anni cedere, ac domos et res inuiſere ſuas*. V. 2. Haec ſi vera, non *primus* duntaxat fuerit annus *hibernaculorum* aedificatorum, ſed *prima* etiam *hyems* ſub *pellibus* exacta. Sic *octo* fuerint tantummodo obſidionis *continuae hyemes*, vt agamus quam liberaliſſime. Sic tamen loquitur idem *Liuius*, quaſi *prioribus*, etiam *ante* conſtructa *hibernacula*, annis *continua* fuerit *Vrbis* oppugnatio. De anno *Catoniano* 351. *Ea oppugnatio ſegnior inſequenti anno fuit, parte Tribunorum exercituſque ad Volſcum auocata bellum*. IV. 61. Iterum: *Diruta et arce et Vrbe Artena, reductae legiones ex Volſcis, omniſque vis Romana Veios conuerſa eſt*. Ex his duobus locis intelligimus, ne quidem illis *primis* Belli annis, *nullam* fuiſſe *continuam* Vrbis *oppugnationem*; ſed illud potius fuiſſe *diſcrimen*, quod hoc *tertio anno*, *hibernaculis* aedificatis, iuſtis *exercitibus* obſidioni incubuerint, ne quidem *hyemis* otio militibus indulto, quam *primo biennio* premebant, *praeſidiis* tantummodo per loca opportuna diſpoſitis, conceſſo reliquis

reliquis ciuibus *commeatu*. *Hyemes* autem *Aeſtatibus* poſtponit *Liuius*. Id quoque ſi recte habeat, *Aeſtate* anni *Catoniani* 350. coeperit obſidio, et *hyeme* anni 359. deſierit, quod ſane veriſimile eſt. Εἰς τὸ δέκατον ἔτος τοῦ πολέμου *Dictator* Camillus. *Plutarch.* Rurſus de eodem *Camillo*: πόλιν ἀντίπαλον τῆς Ῥώμης ἔτει δεκάτῳ καθηρηκώς. Innuit *captam* anno obſidionis X. *labente*.

Sub huius anni *Tribunis Militaribus*, quorum tempore *capta* eſt *Veientium* Vrbs, donum *Apollini* miſſum refert *Diodorus* de *decimis Veientium*, et *beneficium* ea occaſione *Romanis* collatum a Praetore *Liparenſium*, *Timeſitheo*. Et quidem *Olympiad.* 96. 4. Non ille quidem abſurde, pro rationibus *Catonianis*, ſi quidem eodem, quo *Veios* expugnauit *Camillus*, anno miſſae fuerint *Apollini* deuotae e *Veientium* manubiis *decimae*. Quae certe commiſſio *Diodori* eo magis obſeruanda eſt, quod in Auctore reperiatur commiſſionum *Chronologicarum* imperitiſſimo, rationumque *Catonianarum*. Rerum enim ipſarum *veritati* tribuendum, veriſimilis ſuſpicio eſt, ſi quid *accuratum* prodeat ab *Auctore* admodum *inaccurato*. Fauet autem *Diodoro Plutarchus*, qui *hyeme* miſſas narrat *decimas*, vt *hyeme decima* Vrbs ipſa *expugnata* eſt, et quidem *hyeme*, quae *tertium* Camilli *Tribunarum* praeceſſerit, quo Magiſtratu *Faliſcos* in Populi *Romani* fidem idem redegit *Camillus*. Hoc ergo hauſit e *Catoniano* aliquo Auctore *Diodorus*. Pugnat vero, aliaque ſentit omnia, licet *Catonianus* ipſe, *Liuius*. Neſcius autem earum, quas ſequitur, rationum. *Dilatas* ille, nec, ante *biennium* a *voto Camilli*, ſolutas arbitratur, *decimas*. Et quidem ita fuiſſe, res ipſa vincit, ſi ſaltem de *Fatorum* fide non ambigimus. Erant enim in *priuatorum* poſſeſſione *manubiae*, e quibus *decimae* detrahendae erant. Conſulti ergo de *voti* ſolutione *Pontifices* ita cenſent: *vt, qui ſe domumque ſuam religione exſoluere vellet, cum ſibimetipſe praedam aeſtimaſſet ſuam, decimae pretium partis in publicum deferret: vt ex eo donum aureum dignum amplitudine Templi, ac numine Dei, ex dignitate Populi Romani fieret*. V. 23. Inde illae donarii *morae*. Inde factum, vt *ſequenti* anno *Catoniano* 360. *Camillus* ita concionaretur: *haud mirum id quidem eſſe, furere ciuitatem, quae damnata voti, omnium rerum potiorem curam, quam religione ſe exſoluendi, habeat*. V. 25. Inde noua Pontificum conſultatio de Vrbis *Veientium* agroque *decimis Apollini* conſecrandis *hoc* demum *anno* facta. Nondum ergo voti Religione ſoluti ſunt *Romani*. Sed ne quidem *ſequentis* anni *Catoniani* 361. *initio*, ſed victis *Faliſcis*, triumphoque de illis acto a *Camillo*. Tum demum *tacite eius verecundiam* (inquit *Liuius*) *non tulit Senatus, quin ſine mora voti liberaretur: crateramque auream donum Apollini Delphos legati ferrent*. V. 28. Et quidem

rem ipſam agnoſcit etiam ipſe *Plutarchus*: Μάντεις ἤγγελλον ἐπὶ τοῖς ἱεροῖς προφαίνεσθαι θεῶν μῆνιν, ἁγισμῶ καὶ χαριστηρίων δεομένην. in *Camill.* Propter *dilatam* ſcilicet *voti* ſolutionem. Inter *portenta* illa Populi *inſaniam* retulit *Camillus*. Erat enim *inſania* inter mala θελήματα criminum *Piacularium* ſupplicia. Recte ergo ſe habet *Liuii* diſpoſitio. Proinde *falſa* illâ *Diodori* eſt, qua efficitur, vt in *Olymp.* 96. 4. conueniat, e falſis nata *ratiociniis*, quae *Veiorum* expugnationem in *eundem* contulerint annum, quo *ſolutae* ſunt e *Veientium* decimis *manubiae*. Nihil ergo inde colligendum eſt, quo Epocha *Catoniana* vera eſſe comprobetur.

391. Ad *hunc* annum *doni* e *manubiis Veientium* aurei ad *Apollinis Delphici* aedem miſſionem refert *Liuius* V. 28. in qua *Timeſithei Liparenſis* beneuolentia in *Romanos* eluxit. Rectius, quam *Diodorus*, qui ad *Olymp.* 96. 4. retulit, vt anno ante *Chr.* 393. iam probauimus, quod eo anno *Veios* a *Camillo* expugnatos crediderit *Diodorus*. Hoc enim ei ſolenne multis exemplis in *Annalibus Thucydideis* oſtendimus, vt rerum geſtarum *exitus*, multis poſt *initia* annis diſſitos, ad *eoſdem* tamen *annos* retulerit, quibus *coeperint*.

389. Hoc anno *Iuliano* mortuus *C. Iulius* Cenſor. *Liv.* V. 31. IX. 34. προσιόντος Ἰουλίου μηνός. Plutarch. *Camill.* Nondum ergo *coepto*. Proinde menſe *Iunio veteri*. *Suffectus* in illius locum *M. Cornelius*. Liv. V. 31. Eodem adhuc *menſe* Iunio. *Conſulibus morbo impliciitis placuit per Interregnum renouari auſpicia. Itaque cum ex Senatuſconſulto Conſules Magiſtratu ſe abdicaſſent, Interrex creatur M. Furius Camillus, qui P. Cornelium Scipionem, is deinde L. Valerium Potitum Interregem prodidit. Ab eo creati ſex Tribuni militum Conſulari Poteſtate.* Liv. V. 31. Inde colligitur, tempore Magiſtratus *legitimo* nondum elapſo abdicaſſe *Conſules*. Colligitur praeterea, *medio* fere *Iunio veteri* abdicaſſe, vt dies *Interregni* X. plures forent, pauciores tamen XV. antea quam deſignarentur *ſequentis* anni *Tribuni*, qui *Kalendis Quintilibus* inirent. Sed et alii erant inter *morbum* Conſulum, ſuffectumque Cenſori *ſucceſſorem*, ipſamque Cenſoris *mortem*, dies, qui efficient, vt in *priorem* veteris *Iunii* partem inciderit *mors* ipſa *Cenſoris*. Hunc autem anni *locum* pro mente *Dionyſii* eſſe vincit numerus annorum CXIX. a *Regifugio*.

388. Hoc anno *Iuliano* fere *medio* coepit annus V. C. *Catonianus* 365. *Romae*, pro *Catonianorum* rationibus, fatalis. *Iunii* enim *Iuliani* die XVIII. *inibant* illius anni *Tribuni Conſulari Poteſtate Militares*, vt e noſtris conſtat *Tabulis*. Secundi nimirum illi a *Coſſ.* quos *ſecundo* ante Vrbis cladem anno aſſignauit noſter *Dionyſius*. Ita ſcilicet, qua per *annuos Magiſtratus* proceſſit ſupputatio. Nam Magiſtratus illos a *Primis Conſulibus* 120. cenſet

cenſet *Dionyſius*. Ὁ δὲ πρὸ τῆς καταλήψεως χρόνος, inquit, ἀναγόμενος εἰς Λεύκιον Ἰούνιον Βροῦτον καὶ Λεύκιον Ταρκύνιον Κολλατῖνον, τὰς πρώτας ὑπατεύσαντας ἐν Ῥώμῃ μετὰ τὴν κατάλυσιν τῶν βασιλέων, ἔτη περιείληφεν εἴκοσι πρὸς τοῖς ἑκατόν. I. 59. *Finem* intelligit anni a *Regifugio* 120. *initium* autem anni 121. Plane, vt in noſtris diſponuntur Tabulis. Sic enim ſententiam ſuam ipſe poſtea interpretatur: ἐκπεπληρωμένων τῶν εἴκοσι καὶ ἑκατόν. I. 59. Forma prorſus eadem eſt, qua etiam alibi vſus eſt: ἐτῶν τριακοσίων ἐκπεπληρωμένων ἀπὸ τῆς Ῥώμης συνοικισμοῦ. X. 645. Quo tamen loco annum intelligit *Catonianum*, non 300. ſed 301. *labentem*. Sic itaque *hoc* etiam in loco forma eadem intelligenda eſt, non vt 120. a *Regifugio* annum deſignarit, ſed 121. ſaltem *labentem*. Idem etiam exinde colligimus, quod *Coſſ.* anni a *Regifugio* 119. *biennio* faciat Vrbis *clade* antiquiores idem *Dionyſius*. Sic enim quoque fiet, vt annus ab illo *Conſulatu* ſecundus alius nullus eſſe potuerit, quam qui a *Regifugio* numerandus fuerit 121. Et quidem ita ſe rem habere neceſſe eſt, cum a primorum Conſulum *initio* calculum deduxerit *Dionyſius*. Inibant illi anno *Catoniano* 245. ſimiliter *ineunte*. Annus ergo inde 120. ad annum *Catonianum* pertinget 365. itidem *ineuntem*. Eundemque *numerum* poſtulat *alius* ille calculus *Dionyſii*, quo *Regum* annos numerat, vt oſtendi ſaepiſſime, 244. Inde autem 119. ad annum illum pertingit, quem *Vrbis* clade *biennio* antiquiorem facit. Commiſſi enim inuicem annum conficient *Vrbis* 365. Hunc item *numerum* agnoſcit *Liuius*, cum Vrbis *exciſae* Aeram deſignat non *rotundo* duntaxat numero, ſed *accurato*. V. 54. Recte ergo *Dionyſium* e *Liuio* ſupplendum duximus. Adeo tamen *minutiarum Chronologicarum* ſecurus erat *Dionyſius*, vt *annum* tantummodo deſignarit *exciſae* a *Gallis Vrbis*, non item anni *partem*, qua perierit: Et ne quidem annum *ipſum* accurate. Sic enim habet: Ἡ Κελτῶν ἔφοδος, καθ' ἣν ἡ Ῥωμαίων πόλις ἑάλω, συμφωνεῖται σχεδὸν ὑπὸ πάντων Ἀρχόντος Ἀθήνησι Πυργίωνος, γενέσθαι, κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς ὀγδόης καὶ ἐννενηκοστῆς Ὀλυμπιάδος. I. 60. Supra autem iam oſtendimus, annum illum eſſe *Olymp.* 68 ½ pro mente *Dionyſii*, quo *primi* inierint *Conſules*. Inde XXX cenſet *Olympiades* pro annis 120, quorum *fine* Vrbem *Galli* expugnarint. Sic annus *excidii* erit *Olymp.* 98 ½ pro rationibus *Dionyſii*, qui anno *Iuliano ſequenti*, ante *Chriſtum* 387, conueniet; non autem *huic*, in quo verſamur. Sic autem faciendum erat, ſi ad *fixam* aliquam immobilemque *Epocham* anni *ſinguli* exigendi ſint, quae cum certis *annorum Olympiadicorum* initiis committi poſſet, ſeu *Regifugii* fuiſſet, ſeu *Paliliorum*, ſeu annorum *Cyclicorum*, ſeu *Ianuariis*, ſiue *Martiis*. Sed oblitus eſt *incertos* admodum fuiſſe *annuos Magiſtratus* propter *incerta* admodum annorum *exordia*, quae

nulla certa norma mutabantur; ſed liberrimo *Senatus* arbitrio. Oblitus eſt, iuſto fuiſſe plerumque *contractiores*, cum *abdicare* cogerentur, propter infauſta Reipublicae *auguria*; raro autem *protractiores*. Eſt enim *certum*, (ſi quid ſit in hac Hiſtoria *certum*) hoc certe anno *Iuliano*, et nouorum *Tribunorum Militarium* initio, *ante* annuam *Regifugii* commemorationem, ante horum *Tribunorum Palilia*, ante exordium *noui*, qui illorum *Magiſtratu* inibat, anni *Cyclici*, Vrbem eſſe *captam*. Per noſtras *Tabulas*, ne quidem illo *Olympiadis anno*, cui *Excidium* aſſignauit *Dionyſius*, vt e rei geſtae ſerie conſtabit.

Inibant, vti *dixi*, noui anni *Catoniani* 365. *Tribuni Militares* die *Iulii Iuliani* XVIII. *Poſtridie Idus Quinctiles non iniuit* Tribunus Militum, *Sulpicius*, *Liv.* VI. 1. Die nimirum *Quinctilis veteris* XVI. *Iulii* proinde *Iuliani* I. Poſt diem III. *obiectus hoſti*, Liv. VI. 1. victuſque *Quinctilis*, nempe *veteris*, die XVIII. qui XV. *Kalendas Sextiles* erat, clade *Allienſi* ad ſeram poſterorum memoriam inſigniſſimus. Hic dies erat *Iulii Iuliani* IV. Hunc diem περὶ τροπὰς θερινὰς περὶ τὴν πανσέληνον dicit fuiſſe *Plutarchus*. Sed fallit ſaepe Viros Magnos, et a Veterum minus accuratorum (*nondum* exculta *Aſtronomia*) ſententia deflectit, dum calculos ponunt accuratiores, quam ferebat captus eorum, quos interpretantur, Auctorum. Hoc vnum volebat *Plutarchus*, ab *Idibus Quinctilibus* non admodum *remotum* fuiſſe diem proelii *Allienſis*, quas quidem *Idus*, non equidem pro *coeleſti* habebant, ſed pro *Ciuili* tantummodo *Plenilunio*. Hoc certe in Cyclo *Romano* neceſſarium erat, cuius Auctor ne quidem in *animo* habebat, vt *mediae* Cycli *Lunae* cum *coelo* conuenirent; ſed vt, Cyclo *euoluto*, Lunae *pares* reſponderent, quae fuerant in *initio*. Aliter ſi cenſuiſſet, non certe *menſes Lunares Ciuiles* adeo *impares* feciſſet, vt nonnullis dies aſſignaret XXXI. *Februario* XXVIII. *Markedonio* nunc dies XXIII, nunc dies tantummodo XXII. Nec aliter intelligendus eſt *Plutarchi Tropicus*. Hoc enim tantummodo volebat, non *longe* remotum illum fuiſſe a *Tropico Aeſtiuo*, vt nec a *Ciuili Plenilunio*. *Tropicum* nimirum intelligebat *fixum*, qualem obſeruauerat *Meton* exeunte *Iunio Iuliano*. Ita cum noſtris *Tabulis* ſatis commode conciliabitur. τετρη porro ἀπὸ μάχης ἡμέρᾳ *Gallos Romam* occupaſſe docet *Plutarchus*. Sic item *Verrius Flaccus* apud *Gellium*. Noct. Att. V. 17. Et *Polybius* II. 18. Die ſcilicet *Quinctilis* XX. vt e *Liuio* diſcimus. V. 39. *Altera* nimirum a proelio luce. ὀλίγαις ἡμέραις ὕστερον τῶν Κοιντιλλίων εἰδῶν, vt vult iterum *Plutarchus*. Hic dies erat *Iulii Iuliani* VI. Cum ſcilicet *nondum* iniuiſſet annus *Atticus* Cycli *Metonici* XLV. cuius *Hecatombaeon* a die *Iulii Iuliani* X. inivit, poſt quem *Olympia*. Sic *Olympiadis* 68. anni *primi* (cum quo

quo committitur a *Dionyſio*) reuera partem *nullam* attigerit *Vrbis expugnatio*. Nihil tamen illud obſtabat, quo minus recte cum eo anno committi poſſet, pro rationibus *Dionyſii*, qui annos Epochae *ſuae* ſingulos pro *integris* habebat, vt poſſent aliquatenus cum certiori *Olympiadum* Epocha contendi. Quod ſcilicet *Tribunorum* illorum *Palilia* in illum ipſum *Olympiadis* 68. annum *primum* reuera conuenirent. Hic ergo *dies* eſt, vnde *Vrbis occupatae* Epocham arceſſit *Plutarchus*.

387. Hoc anno *Iuliano Gallos* Vrbe arcet *Camillus*, περὶ τὰς Φεβρουαρίας εἰδοὺς, inquit *Plutarchus* Camill. Nempe *Ianuarii Iuliani* die XXIII. *Menſes* obſidionis plures agnoſcit *Liuius* in Perſona *Camilli*. V. 52. Sed menſium *numerum* accuratius deſignavit *Plutarchus* ἑπτὰ τοὺς πάντας. Menſes ſex *Oroſius*, ſed *integros*. A *paucis* nempe poſt *Idus Quinctiles* diebus ad *Idus Februarias*. Nam quia dies ab *Idibus Quinctilibus* in *Annalibus* numerabantur ad ipſum vſque pugnae *diem*; proinde ita de *Proelii* loquitur *Plutarchus tempore*, quaſi ipſis contigiſſet *Idibus*. Poſtea abdicare parantem *Camillum* impedit Senatus, vſque *ad annum circumactum*. Liv. VI. 1. Ad illius anni finem, vt Diſſ. X. de *Cycl.* oſtendimus. *Kal.* nempe *Quinctiles*. Tum *interregnum* iniuit *P. Cornelius Scipio* ad diem *Quinctilis* V. Poſt illum *M. Furius Camillus* II. qui *Tribunos Militares* creauit poſt diem *Quinctilis* V. ante X. Certe ante *Idus Quinctiles* Tribunos Militares ita creatos *iniuiſſe* neceſſe erat, ne locum *tertio Interregi* relinquerent. *Ex Interregno exemplo iniuiſſe* docet *Liuius* VI. 1. Sic, vt videtur, vt ipſis *Idibus* inierint *proximi* illorum *Succeſſores*, menſis nempe *Quinctilis*.

386. *Dictaturam Camilli* poſt finem *Tribunorum Militarium* Vrbi exciſae *proximorum* refellit, quod *tertiam* illius *Dictaturam* numerat *Plutarchus*, quam iniuit ſub *huius* anni *Tribunis*. Et quod ſub *his* Tribunis *annum* cenſet *Liuius* ad nouae Vrbis reſtaurationem. VI. 4.

385. *Ex Interregno Magiſtratum occoepere* huius anni *Tribuni*. Et quidem ſub *Interrege tertio*. Ipſis, vt videtur, *Kalendis Sextilibus*.

368. Hoc, ni fallor, *anno*, tempus *ineundi* Curulem Magiſtratum mutarunt *Tribuni Plebis*, qui *Comitiorum* poteſtatem penes ſe tenebant. Sic illi tamen, vt *antea* inirent *Tribuni Plebis*, quam *Tribuni Militares*. Sic enim factum, vt *Curulium* Magiſtratuum *Comitia* moderarentur *nuper* facti Tribuni *Plebis*. Sic enim de X. *Licinii* et *Sextii* Tribunatu Liuius: *Refecti decimum iidem Tribuni Sextius et Licinius de Decemuiris Sacrorum ex parte de Plebe creandis Legem pertulere. Creati quinque Patrum, quinque Plebis: graduque eo iam via facta ad Conſulatum*

videbatur. Hac victoria contenta Plebes ceſſit Patribus, vt, in praeſentia Conſulum mentione omiſſa, Tribuni Militum crearentur. VI. 42. Haec ille de *quartis* poſt *Anarchiam* Tribunis *Conſulari Poteſtate* Militaribus. Pluſquam certe *deſignatos* illos oportet fuiſſe *Plebis Tribunos*, ſi *decimo* ſuo *Tribunatu Legem* tulerint illam, de qua loquitur: nec *tulerint* modo, verum etiam *fecerint*, quales erant pro *Lege* faciendi, *Decemuiros*. Hac demum victoria deliniti concedunt ipſi viciſſim, vt *Comitia* haberentur, non quidem pro *Conſulibus Plebeiis*, ſed pro *Tribunis* tantummodo *Conſulari Poteſtate Militaribus*. Spatium haec ſupponunt maius inter *Plebis Tribunatum* et *Curulium Magiſtratuum Comitia*, quam vt *Decembris* X. munere potiti *Tribuni Plebis* in *Tribunis Militaribus* creandis partem habere poſſint, qui *Decembris Idibus* fuiſſent *inituri*. Imo *Legi* ferendae *Trinundinum* neceſſarium erat, *dierum* nempe XXIV. Hoc ſi a X. *Decembris veteris* die ineatur, in diem *Ianuarii veteris* ſequentis deſinet ſaltem V. efficietque, vt ne quidem *Kalendis Ianuariis* proximis *inire* potuerint creati a Tribunis *Plebis* Tribuni *Conſulares*. Proinde *Idibus Ianuariis*. Spatium autem ſatis *laxum* erit, ſi proximis inierint *Idibus Ianuariis*. Sic ergo rem ſe habuiſſe ſatis conſentaneum eſt. Ita autem VII. *Plebeiorum* Tribunatu *primi* creati fuerint poſt *Anarchiam* Tribuni *Conſulares*. Et quinquennio *maior* fuerit *Anarchia*, vt *propius* ad *ſexennium* acceſſerit. Magis tamen fauerem, ſi *quadriennio* maior fuiſſet *Anarchia*, propiusque acceſſiſſet ad *quinquennium*. Sic enim calculum vtrumque inuicem conciliaret, tam eorum, qui *quadriennem* fecerint *Anarchiam*, quam eorum, qui *quinquennem*, ipſa nimirum inter vtrumque *media* ſententia. Sic *Fabii Pictoris*, Scriptoris omnium, vt ait *Liuius*, *longe antiquiſſimi*, ſententia ferri poſſet, qui *primum* a *Plebe Conſulem* poſt *Vrbis Excidium* anno XXII. creatum cenſuit. *Gell.* IV. 5. Sed id quo minus verum eſſe poſſit, obſtat *decennium Tribunorum Plebeiorum* ante hominis *Plebeii Conſulatum*, vt *committendum* illud *noſtrae* docent, pro *Liuii* mente, *Tabulae:* vt docent *aliae* eiuſdem *rationes* infra memorandae.

362. Hoc anno poſt *Plebeium Conſulem* proximo *Catoniano* 390. *mortem Camilli* ſtatuit tam *Plutarchus*, quam etiam *Liuius*. Virtutem illius in *proelio* ſub *Poſthumio Dictatore*, quo *Aequi Volſciique* ſubacti ſunt, primum eluxiſſe tradit *Plutarchus*. Πρῶτος εἰς δόξαν προῆλθεν, verba ſunt *Plutarchi*. Quaſi *primum* illi fuiſſet illud decus *tirocinii*, quod ſane veriſimile eſt. Annus erat *Catonianus* 324. Tum ergo *tirocinium* expleuerit, pro cenſu *Seruii Tullii*, annum ſcilicet *Aetatis* XVII. Sic *natus* fuerit anno *Catoniano* 307. praeter propter. Nec longe, vt opinor, *a vero*

a *vero* eius *Natali* ita aberrabimus. Sic enim annum egerit *vitae* LXXXIII. hoc, quo *exceſſit*, anno. *Minorem* tamen paulo facit *Plutarchus*. Anno enim *Catoniano* 388. quo V. geſſit *Dictaturam*, ita de illo loquitur: Ὁ δ' ἦν μὲν σφόδρα γέρων, καὶ μικρὸν ἀπέλιπεν ὀγδοήκοντα ἔτη γεγονέναι. Quaſi ſcilicet tum annum *octogeſimum* nondum expleuiſſet. Aliter de eodem (de quo hic agebat *Plutarchus*) anno *Appianus*, quo *ſecundam* in *Gallos* victoriam adeptus eſt: καὶ μετὰ χρόνους ἐπελθόντας αὖθις ἐνίκησε, καὶ ἐθριάμβευσεν ἀπ' αὐτῶν, ὀγδοήκοντα γεγονὼς ἔτη. Sic ille in *Celticis*. Ita annum 80. *ſuperaſſe* potuit, nec longe ab *octuageſimo* abfuiſſe, quod ſane poſtulant *noſtra* modo prolata *ratiocinia*. Vix enim patiebatur *Puerorum* diſciplina, vt, nondum accepta *toga virili*, *virorum* munera exercere licuerit, quale illud erat *Belli* vel *praecipuum*. Cum enim ne *manum* quidem *exſerere* concederetur, nec in *foro* apparere; non erat ſane conſentaneum, vt in *caſtris* verſarentur. Rarum enim *Tarquinii Priſci* tempore exemplum, quo *Bullam auream* et *togam praetextam*, propter *facinora* ſane *pluſquam* Puerilia, *Puer* meruit *Seruius Tullius*, qui modum illum poſtea poſuit *Pueritiae*, quae *Camilli* aetate recepta eſt. Et tamen *illo* quoque *tempore* exempla habemus eorum, qui XVII. aetatis *exacto militiae* nomen dederint, *Scapcii* et *Siſinnii Dentati*. Ne hoc miremur in *Camillo*. Conueniunt *honores* eius ſatis accurate. *Cenſor* erat anno *Capitolino* 350. qui *Catonianus* eſt 352. vt docet *Sigonius*. Anno ſcilicet *Aetatis* 45. pro *his* rationibus. *Aetas* erat *Militaris*, qua *neceſſario* nomen dare *delectos* oportebat. *Liv.* XLIII. 45. qua certe *minores* non erant ad *morum* iudicia omnium grauiſſima admittendi. Poſtea factus eſt *Tribunus Militaris Conſulari Poteſtate*. *Dictatura* eius I. in annum incidit *Catonianum* 359. *Aetatis* LII. ſatis commode. Anno autem *Catoniano* 369. Camillum *iam ad munera corporis ſenecta inualidum* cenſet *Liuius* VI. 8. Cum annum ageret, pro *noſtris* rationibus, LXII. Anno autem *Catoniano* 374. cum *ſextum* gereret *Tribunatum*, *exactae* iam *aetatis* illum pronunciat *Liuius* VI. 22. qui annum tum *aetatis* attigit LXVII. *Exactam aetatem* illam cenſet, quae opponitur *ſenectuti crudae*, (necdum *maturae*) *dubiae* ſcilicet propter veſtigia admixta *Iuuentutis*. Ὁμογέροντας citra *ſexagenarios* appellat *Galenus*, (de *conſerv. valet.*) inde autem ſimpliciter γέροντας. Eodem anno ſic de illius aetate *Plutarchus:* γεγονὼς μὲν ἡλικίας ἤδη πρόσω. Conueniunt haec etiam *aetati*, quae fuerit *ſexagenaria maior*. Inde enim *verae Senectutis* limes. Itaque ex hac *Camilli* aetate ſpatia *Catoniana* plena comprobantur ab anno 307. ad 390. *Appii* certe *Herdonii* aetate, cum *Capitolium* ipſe occuparet, nondum *natus* eſt *Camillus*. Anno ſcilicet *Catoniano* 294. Hoc docent

ipſius

ipsius *Camilli* verba: *Hic cum augurato liberaretur Capitolium, Iuuentas Terminusque maximo gaudio Patrum nostrorum moueri se non passi.* Liv. V. 54. *Patrum* memoriae tribuit, quod *tredecim* antea *annis* contigit, quam ipse *nascceretur.* Hoc etiam omnino satis commode.

353. Huius anni *situm*, qualis in nostris repraesentatur Epochae *Catonianae Tabulis*, multis *notis* agnoscit ipse *Liuius.* Rediit autem ad *Interregnum*, elapso nimirum *Consulatus* limite *legitimo. Serius* ergo *proximos* in Magistratu *Coss. iniuisse* necesse est. *Quanto* serius, exinde discimus. *Sex* numerat *Liuius Interreges.* Litem enim sub *secundo Interrege* ortam mouebant *Tribuni Plebis.* Sic tamen, vt *intercedendo Tribuni nihil aliud, quam vt differrent Comitia, valerent.* VII. 17. Hoc inde colligimus, vt hoc saltem assecuti fuerint, ne ante *sextum Interregem* Consules *crearentur.* Proinde *post* dies *quinque* priorum *Interregum* XXV. et tamen *ante* diem *sexti* Interregis *vltimum* XXX. proximi creati sunt *Coss.* Dies ab *Idibus Ianuariis* XXV. *Februarii veteris* IX. erat. *Kalendis* ergo *Februariis* inire ne quidem poterant ita creati Coss. *Idibus* autem *Februariis* quo minus inirent, nihil sane obstat, quae in *penultimum* incurrebant *sexti* Interregis *diem.* Vix enim *aliis* diebus, quam *Kalendis*, vel *Idibus*, inire mos erat. Est enim *singulare* exemplum in *Liuio* III. 8. facileque admodum, vt *Librario* potius imputandum fuerit, quam ipsi *Liuio.* Imo ita sibi respondent, pro his rationibus, spatia *Liuii* extrema, (quod infra constabit) vt non aliter se rem habuisse mihi facile persuadeam.

349. *Prolatandis Comitiis, cum Dictator Magistratu abiisset, res ad Interregnum rediit.* Liv. VII. 21. *Comitia* non *diu* ante *anni legitimi* finem haberi solita, multa docent horum temporum exempla, in quibus morae non admodum diutinae *Interregis* occasionem dederint. Proinde *finem* anni *Consularis* legitimi hunc fuisse verisimillimum est. Idem exinde colligimus, quod *abierit* Magistratu *Dictator*, non autem *abdicarit.* Exemplo enim *Camilli* a Senatu coacti, ne ante *annum circumactum* abdicaret, ad *anni* deinceps, quo fuerant dicti, *finem* tenere solebant Dictatores *rei gerendae* causa creati, quacunque demum anni *parte* Dictaturam suscepissent. Hoc certe anno ita rem fuisse, vix vlla subest dubitandi ratio. Cum enim nullus esset in Republica *Dictator*, rediit Ius *Consulum* ad *Comitia Consularia.* Cum *bis* ergo acturi fuissent *Tribuni Plebis*, si ante *anni Consularis* finem *Dictator* Magistratu cessisset. Nec vllum fuisset *Interregnum*, dum supereSSent in Republica *Consules.* Itaque post *Idus Februarias* inire necesse erat *sequentis* anni Consules. *Ad vndecimum Interregem seditionibus certatum est*, inquit *Liuius.*

Liuius. Ad *diem* proinde post *Idus Februarias* saltem L. Si quidem calculus procedat pro rationibus *Varronianis*, fiet, vt *Idibus Aprilibus* inierint huius anni *Coss.* Qui enim *Catonianus* annus est 403. idem *Varronianus* est 402. *triennio* tamen integro *situm* diuersum habens. Annus enim *Varronianus* 402. est *Olymp.* $\frac{106}{107}\frac{4}{1}$. in Epocha fixa *Olympiadum.* Sic anni *Cyclici* XIII. fini conuenient *Idus Februariae*, quibus Magistratu *abierit* superioris anni *Dictator*, quo anno *Cyclico* nullus locum habet *Merkedonius.* Post diem ergo *Februarii veteris* XIII. accedant reliqui *Februarii* dies XV. Cum *Martii* etiam *veteris* diebus XXXI. fient in vniuersum dies tantummodo XLVI. Ita *Kalendas Apriles* praetergredietur dies ab *Idibus Februariis* L. Ita tamen, vt *Idus Apriles* non attigerit dies vltimus *Interregis* etiam *vndecimi*, ab *Idibus Februariis* LV. *Idibus* ergo *Aprilibus* inierint huius anni *Coss.* si pro *situ* disponantur *Varroniano.* Quem sane *situm* propterea verisimillimum esse probant ipsius *Liuii* rationes, vt ex infra dicendis constabit. Eoque magis, quod cum situ *Catoniano* non consentiant, quem tamen sequitur ipse *Liuius.* Sic enim fiet, vt ne quidem *Kalendas Apriles* attigerint illa *Interregna.* Post *Idus Februarias* supererunt alii dies in *Februario* XV. Tum *Merkedonii* cum *Appendicibus maioris* in anno *Cycli* XVI. dies XXVIII. Denique *Martii* XXXI. qui superioribus additi *dies* conficient LXXIV. Imo neque quidem *Idus Martias* pertingent, quas tamen his *Consulibus* legitimas fuisse non patiuntur aliae *Liuii* rationes infra memorandae. Recte ergo haec e bonis monumentis hausit *Liuius*, quae tamen perperam ad suas hypotheses traduxit *Catonianas.*

348. *Tentatum domi, per Dictatorem, vt ambo Patricii Consules crearentur, rem ad Interregnum perduxit. Duo Interreges.* Liv. VII. 21. Proximae post *Idus Apriles Kalendae Maiae* erant, quibus proinde *inierint* sequentis anni *Coss.* Nec enim eousque pertigit *secundus Interrex*, vt *quinos* dies *integros* tenuisset.

340. *Interregnum.* Liv. VII. 28. *Vnici*, vt videtur, *Interregis.* Itaque a *Kalendis* ad *Idus Maias* translatum *annui* Magistratus *exordium.*

337. *Iussis ante tempus Consulibus abdicare se Magistratu, quo maturius noui Consules aduersus tantam molem Belli crearentur: Religio incessit, ab eis, quorum imminutum Imperium esset, Comitia haberi. Itaque Interregnum initum. Duo Interreges fuerunt.* Liv. VIII. 3. Abdicasse *ante* legitimum Magistratus tempus *elapsum* inde constat, qui *Comitiis* futuri anni *Consularibus* praefuturi erant, quod sane non licebat, *legitimo* tempore *elapso.* Non tamen inde colligendum, *ante* tempus legitimum elapsum coepisse *Interregnum.* Mos enim erat, si quando *noui* sufficiendi

essent ante *anni legitimi* limites *Coss.* Dictatores *Comitiorum causa* creare, si quid obstitisset, quo minus ipsi *Comitia* haberent anni *Consules*. Vid. *Liv.* VII. 22. 24. Ne scilicet ad *Interregnum* res facile rediret. *Noua* enim erant *Interregis* auspicia, nec commune quidpiam cum anno *praeterito* habentia, quaeque adeo locum habere non debebant in anno *praeterito*, qui a *Coss. praeteritis* nomen habebat. Proinde *omnibus vitio contactis auspiciis* remedium erat *Interregnum*. Liv. VIII. 17. Non ita certe, si ad Magistratum referendum fuisset, cuius *omnia* auspicia *vitio* laborauerant. Sed vero *Consulum abdicantium* ius ad *partem* anni reliquam hoc ipso agnoscebant, quod fuerint, si per *omen* licuisset, alioqui *Comitia* habituri. Erat hoc certe tutissimum, vt, cum de Consulum *imminutorum* auspiciis dubitaretur, *reliquam* anni, quae supererat, *partem* elabi permitterent, vt *noua* inde et *indubia* auspicia assequerentur. Ab *Idibus* ergo *Maiis* coeperit huius anni *Interregnum*, cuius *secundus Interrex* vltra diem *Maii veteris* XXV. in *honore* esse non potuit. *Kalendis* ergo *Iuniis* inierint creati ab eo *Coss.*

330. *Omnibus vitio contactis auspiciis, res ad Interregnum rediit. Ab Interregno inito, per quintum demum Interregem . . . creati Coss.* Liv. VIII. 17. A *Kalendis Iuniis* quatuor Interregum dies XX. ad diem mensis pertingebant XXI. Ita factum, vt ante *Kalendas Quinctiles* inire non potuerint creati a *quinto* Interrege *Consules*, si quidem diebus *aliis*, praeterquam *Kalendis* mensium, vel *Idibus*, inire non fuerit receptum. Et vero *Kalendis Quinctilibus* anni *Catoniani* 426. *Coss.* iniuisse agnoscit ipse *Liuius*, ante *Christ.* 326. pro Epocha *Catoniana*. Nec *medium* aliud occurrit *Interregnum*, quo fieri potuerit, vt *mutaretur* annui Magistratus *exordium*. Ita haec conueniunt, vt exinde recte se habere nostra constet Ratiocinia de *Exordiis* ab *Anarchia* ad *hunc* vsque, in quo versamur, *annum*. Certe praeter morem fuisse, si quando aliis diebus inirent in *Interregnis* etiam, innuunt, ni fallor, verba *Liuii* de *Tribunis* anni *Catoniani* 366. *Ii ex interregno cum exemplo Magistratum inissent* etc. VI. 1. *Secundo* enim *Interrege* factos docet ipse *Liuius*. Inde certum est, ab *Interregni* exordio non *exemplo* iniuisse. Id ergo singulare obseruauit in illorum *Consulum* successione *Liuius*, quod non *Idus Kalendasque* proximas *exspectarint* illius anni *Consules*; sed illo ipso *die*, quo ab *Interrege* fuissent creati, magistratum *iniuerint*.

425. Huc referendus Excerptorum *Porphyrogenneti Vrsinianorum* Paragraphus prior. Agit enim de initio Belli in *Palaepolitanos Liuianos*, quos *Neapolitanos* appellat *Dionysius*. Idem enim erat in vtrosque Bellum. Liuius: *Palaepolis fuit haud procul inde, vbi nunc Neapolis est: duabus Vrbibus Populus idem habitabat.*

bitabat. VIII. 22. Sic itaque de Consule *Publilio*, cui sors illam Prouinciam concessit: *Publilius, inter Palaepolim Neapolimque loco opportuno capto, diremerat hostibus societatem auxilii mutui.* c. 23. *Initium* Belli sub his *Coss.* statuit *Liuius* VIII. 22. De quo sane *initio* agit etiam in *primo* horum *Fragmentorum Vrsinianorum Dionysius.* Δευτέραν tum γενεὰν censet *Dionysius*, ex quo *Cuma* in *Campanorum* possessionem deuenerat, factum anno *Catoniano* 335. docet *Liuius* IV. 44. Vid. ann. ante *Chr.* 417.

324. Huius anni est *Legatio*, de qua agitur hoc *secundo* Vrsinianorum Paragrapho. Eo pertinent verba *Liuii* sub huius anni Coss. *Ob haec cum legatos mitti placuisset, prius ad Samnites, quam Bellum fieret, Responsum redditur a Samnitibus ferox* etc. VIII. 23. Idem ostendunt verba legatorum *Romanorum Dionysiana:* Ἐν δὲ τῷ παρελθόντι ἐνιαυτῷ Νεαπολίτας δεδιότας ἀναδέξαι τὸν καθ' ἡμῶν πόλεμον, ἅπασῃ σπουδῇ καὶ προθυμίᾳ χρώμενοι παρωρμήσατε· μᾶλλον δ' ἠναγκάσατε. Hos enim *Samnitium* conatus sub *prioris* anni *Coss.* narrat *Liuius* VIII. 22. *Haec ciuitas, cum suis viribus, tum Samnitium infida aduersus Romanos societate freta* etc. Plane pro mente *Dionysii*. Idem discimus ex eo, quod reponunt *Samnites*, de *Fregellis:* ὑμεῖς οὐδενὶ δικαίῳ σφετερισάμενοι δεύτερον ἔτος ἤδη κατέχετε. *Coloniam* enim *Fregellensem* sub *superioris* anni *Coss.* statuit similiter *Liuius* VIII. 22. Quinetiam *Consulis* alterius, *Cornelii*, meminit, etiam de nomine, *Dionysius*. Et quidem in iisdem, in quibus illum posuit *Liuius*, statuis, ἐντὸς τῶν Σαυνιτικῶν ὅρων. *Samnitibus, si qua se mouerent, oppositi*, vt loquitur *Liuius*. Neque vero *Cornelio* prorogatum tempus Imperii legimus, vt factum in causa collegae *Publilii*. c. 23. Imo *noui Cos.* aduentum refert *Liuius* c. 25. sub quo res gestae fuerint in *Samnites*. Huius ergo *Consulatus* sunt omnia, quae hoc *Paragrapho* refert *Dionysius*.

323. *Ad interregnum res redit. Dilatisque alia atque alia de causa Comitiis, quartusdecimus demum Interrex, Lucius Aemilius, Consules creat.* Liv. VIII. 23. Hic sane manifestum est, nullam fuisse anni legitimi *mutilationem*, sed per iurgiorum *Tribunitiorum* moras effectum esse, vt ad *Interregnum* res redierit. Imo innuit ipsa illa *forma*, lites illas in causa fuisse, vt, quod superat a *Comitiis* ad anni legitimi *finem*, tempus elaberetur. Caeterum a *Kalendis Quinctilibus* dies LXV. *Interregum tredecim* ad *Septembris veteris* diem pertingent VI. Nec diem XI. eiusdem *Septembris* superabunt aucti *Interregis decimi quarti* diebus quinis. Sic fiet, vt ab *Idibus Septembribus* nouum fuerit *exordium*. Sic fiet, vt *Kalendae Maiae* triumphales *Q. Publilii Philonis*, non iam amplius *Consulis*, sed *Proconsulis*, ad *sequentem* spectent annum *Iulianum*. Ab *Idibus* enim huius anni *Iuliani Septem-*

Septembribus, pro ſtylo tamen *veteri*, procedit *nouus* ille Q. Publilii Philonis *Proconſulatus*.

* Hanc *Dictaturam* ita memorat *Liuius*, vt locum plane *nullum* vltra ſuperioris anni *Conſulatum* habere potuerit. Nam propter *morbum* alterius Conſulis, *L. Furii Camilli*, dictum fuiſſe arbitratur Dictatorem *L. Papyrium Curſorem*. Quaſi vero illius vicis ſupplendae cauſa dictus fuiſſet. Is *morbus*, cum obſtiterit, quo minus quidpiam hoc *Conſulatu* geſſerit *Camillus*, proinde ipſo Conſulatus *initio* contigerit neceſſe eſt, *annuſque* adeo *Dictatorius* (haec ſi vera ſunt) cum anno *Conſulari* horum *Conſulum* concurrerit oportet. Rem autem ſatis proſpere geſtam ab altero Conſule, *Iunio Bruto Scaeua*, agnoſcit. Potuit ergo *Comitiis* intereſſe *Iunius*. Nec opus adeo fuiſſet, vt *Papyrium* Senatus moraretur, ne *Dictaturam* antea deponeret, quam *Comitia Conſularia* tenuiſſet. Vel inde veriſimile eſt, his *Coſſ.* non fuiſſe illam *Papyrii Dictaturam*. Nec vlla prorſus memorat *Dictatoris* praecepta *Iunio* data, cuius tamen *Auctoritatem* imminutam fuiſſe neceſſe eſt ſub *Dictatore*. Sic potius omnia de *Iunio* narrat, quaſi *nullum* tunc agnouiſſet *Iunius* in Republica *Dictatorem*. Morbum autem *Camilli* illum, qui *Dictatori* dicendo occaſionem praebuerit, ad Conſulatus *finem* potius differendum ſuſpicor, vtcunque ſit factum, vt res a *Camillo* hoc in *Conſulatu* geſtae *Liuium* effugerint. Nullum autem memorat *Liuius* Senatuſconſultum de *tempore*, quo *inire* oportebat creatos a *Papyrio Conſules*. Inde colligimus, anno legitimo recepto *elapſo* inituros.

319. Clades *furcae Caudinae* ſub *curia Fauſta*. Liv. IX. 38. Sub qua clades *Cremerae Vrbiſque* a *Gallis* captae ibid. Proinde, vt videtur, menſe *Sextili*.

318. *Res ad Interregnum rediit. Interreges Q. Fabius Maximus, M. Valerius Coruinus.* Is *Coſſ. creauit*. Liv. IX. 7. Hic quoque legitimi anni *lapſum* agnoſcimus. Incipiunt ergo ab *Idibus Septembribus* noui *Interreges*. Tenuit *prior* ad *Septembris* veteris *diem* XVIII. A *ſecundo* autem *Interrege* creati *Coſſ.* Proinde *inter* diem illius *Septembris* XVIII. et XXIII. inierint. Hoc enim praeter morem ſingulare habebant hi Conſules, vt, *quo creati* eſſent *die*, *eo inirent*. Sed iure *ſingularis* in ea *Senatusconſulti*. Ita Liuius: *ſic enim placuerat Patribus*. Inde diſcimus, ne quidem in *Interregno*, et *vacante* Magiſtratu *curuli*, morem fuiſſe, vt *deſignati* Conſules honorem ab eouſque *die*, quo *deſignabantur*, inirent; ſed vt alium aliquem *incertumque* (propter *incertitudinem Interregnorum*) exſpectarent. Quem, quaeſo, illum praeter *proximas* ſeu *Idus*, ſeu *Kalendas?* Hinc item ſuſpicio eſt, *rara* illa, quae *aliis* menſium *diebus* occurrunt, *initia* ſingu-

ſingularibus in ea cauſa *Senatuſconſultis* accepta ferenda eſſe, non autem *mori* recepto, *ſine* Senatuſconſultis. Conuenit porro, quod *praecedentis* anni *Coſſ. Caudina* inſignis labe *antea* honorem *exuerint*, quam *Tribuni Plebis* eiuſdem anni, qui iugum *Samnitium* cum *Conſulibus* paſſi fuerant. Nec enim ante diem *Decembris* X. munere cedebant *Tribuni*. Quod vero *ſingulari Senatuſconſulto* aſſecuti ſunt huius anni *Coſſ.* vt die *alio*, quam *Kalendis Idibuſue* munus auſpicarentur, hoc certe ad *Succeſſores* migraſſe non arbitror. Proinde *Idibus Septembribus*, vel *Kalendis Octobribus* illos *ſucceſſiſſe* crediderim. Potius autem *Kalendis Octobribus* ſucceſſores accepiſſe arbitror, quod *Idibus Septembribus* nondum vacauerit eorum Magiſtratus.

Poſt 308. * Nec hanc *Dictaturam* pro anno *diſtincto* agnoſcit *Liuius*, nec Epocha (quam ſequitur) *Catoniana*. Sic tamen de ea loquitur, quaſi illam agnouiſſent *monumenta*, quorum fidem eſt ſecutus, Originalia. *Accepiſſe* dicit Dictatorem a *Martio Conſule veteres milites*. IX. 39. Vel inde intelligimus, *elapſum* eſſe *Martii Conſulatum*, et proinde collegae *Fabii*. Sic enim tempore Magiſtratus *elapſo* mos erat *tradere* ſucceſſoribus *exercitus*. Non item *antea*, vel *maiori* Poteſtati *Dictatoriae*. Male meritum Cos. *Minucium* iuſſit *Quinctius Cincinnatus* Dictator *abdicare*. Liv. III. 29. Tale autem nihil obiicere potuit *Martio Papyrius*. *Legati* tamen munere fungebatur in proprium exercitum, ſed ſub *Dictatoris auſpiciis*, idem ille *Minucius*. Hoc autem ipſo nomine *Legari* Maieſtatem honoris *Conſularis* imminutam eſſe conſtat. Aliter certe ſuis praeerant *Conſularibus* exercitibus, *obnoxii* quidem Imperio *Dictatoris*, per totum *Conſulatus* annum, contra quam videmus in *Marcio*. Et *Fabium eodem anno Conſulem*, quo *Dictator* erat *Papyrius*, cenſet *Liuius* IX. 40. Obſeruauerat praeterea *Liuius* in Auctoribus ſuis, *continuatum Fabio*, *ob egregie perdomitam Hetruriam*, illum, quo tum fungebatur, *honorem*. Retulit autem ad *proximum*, quem cum collega geſſit *Decio*, Conſulatum. Quaſi nimirum *continui* inuicem fuiſſent duo illi *Fabii Conſulatus*. Perperam omnino, nec pro ipſorum ſententia *Auctorum*. Oblitus, vt videtur, exempli Publilii Philonis. *Singularem* in illo, obſeruauit ipſe Liuius, *prorogationem Imperii non ante in vllo factam*. VIII. 26. Hoc ita alibi explicat, *vt cum Conſulatu abiiſſet Publilius Philo, Proconſul rem gereret*. VIII. 23. nec de *continuo* intellexit (qui *continuus* nullus erat) *Philonis* conſulatu. Eodem exemplo *Fabio continuatum Conſulatum* diſcimus e Faſtis *Capitolinis*. Non quidem, quaſi *Conſulatus* geſſerit *continuos*, ſed quod *medio* inter *Conſulatus* anno, *Poteſtatem* adhuc *Conſularem*, ad *Philonis* exemplum, retinuerit in *Imperio Conſulari*. Nam *Proconſulem Fabium*, non *Conſulem*, agnoſcunt Faſti *Capitolini*, cum *triumpharet*. Eadem plane forma, qua *Philonem* etiam anno *prorogari*

gati Imperii, cum *triumpharet*, *Proconſulem* appellant. *Triumphauit* autem *Fabius* eodem, quo *Papyrius Dictator*, anno. *Medio* vtique inter *duos* eiuſdem *Conſulatus*.

304. Triumphum *Fuluii* Conſulis ſuffecti III. *Non. Octobres*, *Octobris* nempe *veteris* die V. hoc anno Aerae *Capitolinae* 448. repraeſentant Faſti *Capitolini*. Inde quoque intelligimus, inter *Prid. Kal. Quint.* quo *triumphauit* ſuperioris anni Conſul, *Q. Martius Tremulus*, anno iam *labente* Aerae *Capitolinae* 447. et hunc diem *Octobris veteris* V. quo *nouus* iam numerus cenſetur Epochae *Capitolinae* 448. noui *anni Conſularis* exordium fuiſſe. Illud tamen difficile eſt, quo pacto contigerit, vt *die* noui Conſulatus V. fuerit *triumphatum*, et quidem a *Fuluio* etiamnum *Conſule*, quod volunt Faſti *Capitolini*. Ne *proferatur* ſuperioris Conſulatus *exitus*, praedicta facit Obſeruatio. Nec ſane nodum ſolueret, ſi vel maxime proferri *potuit*, cum non *ſuperiori* Conſulatu *ſuffectus* fuerit *Fuluius*, ſed in locum *Minucii*, qui hoc ipſo anno *Capitolino* 448. Conſulatum *geſſit*. Ideone *triumphum* illum *Fuluii* ad annum *Iulianum ſequentem* differemus? Ita ſane faciendum, ſi *anno* Conſulari *exeunte* triumpharit *Fuluius*, necdum tamen *exuto* Conſulatu. Hoc ſane certum, *res* a *Fuluio* geſtas ad anni Conſularis ſpectaſſe *finem*, non item de *triumpho*. Poterat autem, etiam *elapſo* Conſulatu, *lictores* non dimittere, ſi *triumphum* ambiret, quem fruſtra petiturus eſſet, illis *dimiſſis*, et *Imperio* prorſus *eiurato*. Ita *Cicero Romam* reverſus, *elapſo* Ciliciae *Proconſulatu*, et *Prouincia* Succeſſori *tradita*, *lictores* tamen vſque ad *Belli Ciuilis* initium retinuit. Quod ſcilicet *triumphum* ſperarit de rebus ſuis, quas tanti fecit, ad *Pendeniſſum* geſtis. Nec alio tamen *nomine*, quam elapſi *Proconſulatus*, quo *Ius* fuerat conſecutus *Imperii*, *lictorumque* Imperii *inſignium*. Eatenus ergo adhuc *Proconſul* erat, cum iam *nullum* Ius haberet in *Proconſulari Prouincia*. Sic ergo *Conſulis* nomen retinuerit, cum triumpharet, *Fuluius*, cum, *elapſo* Conſulatus anno, *lictores* haberet *Conſulares*, hoc ipſo (quo et *Cicero*) *fine* et *conſilio*, vt nempe *triumpharet*. Sic fuerit *Conſul*, cum triumpharet, *appellandus*, cum non *alio* iure Imperium lictoreſque retineret, quam *Conſulatus*: non nouo alio in alium annum decreto, *Proconſulatus*. Nec vero opus erat *nouo* aliquo in *ſequentem* annum honore, cum, Prouincia penitus *confecta*, nihil iam praeterea ſupereſſet, cur *Lictores* adhuc penes ſe haberet, praeterquam vt *triumpharet*. Imo noſtris rationibus conſentaneum eſt, vt, ſi de rebus in *Conſulatu ſuo* geſtis, *alio* tamen *Conſulatu*, triumpharit, id ſane fecerit Conſulatu *nouo* omnino *ineunte*. *Alio* certe, quam *Conſulis*, nomine triumphaturus, ſi triumphum *diutius*, exacto Conſulatu, protraxiſſet. Itaque *non* obſtat hic *triumphus*, quo minus *Kalendae* tamen *Octobres* ineundo Conſulari anno fuerint *legitimae*, vt noſtrae ferunt

ferunt rationes. Haec potius reponenda arbitror, quam vt de eo *Fuluii Conſulatu* dubitemus, quem nihilominus *ambiguum* cenſet *Liuius*. Quod ſcilicet variae fuerint de eo *Veterum* ſententiae. Illis autem ſuffragatur Faſtorum *Capitolinorum* Auctor, qui de eo non ambigerent, merito ſane, in hac cauſa, magni faciendus.

Poſt 301. *Hanc etiam *Dictaturam* alterius fuiſſe anni a *Conſulibus* praecedentibus, pro ſententia *Annalium*, habemus etiam in *Liuio* ipſo indicia. *Conſul* enim in annum *ſequentem* e *Dictatura* factus eſt idem *M. Valerius Maximus non petens*, *abſensque*. *Et per Interregem ea Comitia facta* tradit, e *quorundam* ſententia, *Liuius*. Ex eo, quod *Interrex* Comitiis praefuerit, intelligimus, ad temporis *legitimi* finem in *Magiſtratu* fuiſſe *Dictatorem*. Intelligimus praeterea, *nullos* tum in Magiſtratu fuiſſe *Conſules*, qui, ſi fuiſſent vlli, obſtitiſſent, quo minus ad *Interregnum* res rediret. Hoc autem in *hac* Dictatura tertia *ſingulare* obſeruauit *Idatius*, cuius haec ſunt verba: *Sine Conſſ. Coruinus Dictator et Aemilius Magiſter Equitum menſibus* VI. Metuebam ſane, ne ex *errore* ſuo haec tradidiſſet *Idatius*, e veriſimili occaſione nato, quod *veteris* Dictaturae limes fuiſſet revera tantummodo *ſemeſtris*. Id autem iam quo minus verum eſſe credam, facit, quod non idem in *reliquis* etiam *Dictaturis* annuis obſeruarit. Hinc potius ſuſpicor, illum haec ex *Hiſtoricis* hauſiſſe monumentis. Non enim *obſtabant* priores Dictaturae *annuae*, quo minus haec, pro *veteri* more, fuerit *ſemeſtris*. Tempora enim Magiſtratuum penes *Senatum* erant, nec erant ſemper *vnius modi*. Annum *integrum* in *Proconſulatu* tenuit *primus* Proconſul, *Publilius Philo*. *Fabii* autem et *Decii*, Conſulum celeberrimorum, in *ſex* duntaxat ab exacto Conſulatu *menſes* prorogatum legimus Imperium. Sic et in ipſo officio *Dictaturae*. Illam *perpetuam* ante *Caeſarum* acceperat *Sylla*. Non tamen propterea *Dictaturae* omnes deinceps erant *perpetuae*. Imo *ſemeſtrem* primo, tum deinde *annuas*, denique *perpetuam*, vt viſum eſt Senatui, accepit ipſe *Caeſar*. Ita a *Kalendis Octobribus* Dictaturam inierit *Valerius Coruinus*, ſequentis anni *Kalendis Martiis* officio diſceſſurus. Nam in *annuis* Magiſtratibus menſium *Intercalarium* rationem habebant plane nullam. Sic tamen in finibus *ſemeſtribus* rationem habere poterant, vt menſem *integrum* in tam *paucorum* menſium numero accedere non paterentur. Quod fieri ſatis commode potuit, ſi *Kalendis Martiis* ſequentem Conſulatum inierit *Valerius*. Ita quidem, ſi *legitimo* tempore *ſequentis* anni *Conſulatum* iniuiſſet *Valerius*. Sed, abſente *Dictatore*, cum nullus eſſet in Republica Conſul, qui Comitiis praeeſſet, ab *Interrege* Comitia habita docet *Liuius*, quibus *Conſulatum* illum acceperit *Valerius*. Ita factum, vt ante *Idus Martias* Conſulatum *inire* non potuerit, qui

poſt *Kalendas* ad *Conſulatum* deſignabatur. Tum vero ſatis commode, quod *Interregis*, pluſquam *vnius*, mentionem apud *Liuium* non legamus. Sic nempe corrigendum arbitrari poterant *ſpatium*, quo ab annorum *Conſularium vetuſtiorum* initiis propter *Interregna* diſceſſerant. Et ſane *illam* potiſſimum partem anni *Iuliani mediam* triumphis *vacuam* in Faſtis obſeruamus *Capitolinis*. Certe quoties *triumphaſſe* legimus *Conſules*, non autem *Proconſules*. Inde quoque *ſuſpicio* eſt, eo referenda eſſe annorum Conſularium *initia*. Illorum ſcilicet, qui hoc honore, dum illa tenet obſeruatio, potiebantur.

293. Hoc anno nonnullas *anni Conſularis* notas exhibet *Liuius*. Nam certe ab *vtroque Conſule* geſtam *hyeme* fuiſſe docet. Cum nempe *vim frigoris iam in Samnio non paterentur*. X. 45. cum *niues iam omnia oppleuiſſent*. 46. Conueniunt illorum triumphi. Nam *Idibus Ianuariis Caruilium*, *Februariis* autem ſimiliter *Idibus Papyrium* triumphaſſe docent Faſti *Capitolini*. Sic autem loquitur poſtea *Liuius*, quaſi *eorum* annum Bello inſumſiſſent *Conſules*. Hanc enim reddit cauſam, cur *Aeſculapium* ab *Epidauro Romam illo anno* non accerſierint: *quia Bello occupati Conſules erant*. X. 47. Sed Bellum eorum nullum memorat poſt *triumphum*, qui ſane ſatis *maturus* erat mittendis illo ipſo anno *Iuliano* ad *Epidaurum* legatis. Haec ſi vera, non *diu* poſt *Idus Februarias* videbantur Magiſtratum capeſſiuiſſe *ſequentis* anni *Conſules*. Addit praeterea et aliam *Conſularis anni* notam ipſe Liuius. *Exacto iam anno, noui* (inquit) *Tribuni Plebis inierant: iiſque ipſis, quia vitio creati erant, quinque poſt dies alii ſuffecti*. X. 47. Sed *exactum annum* non *Conſulum* intelligit, ſed veterum in *Tribunatu Plebeio* deceſſorum. Et nouos adeo deſignat *Tribunos*, qui, hoc ipſo *Conſulatu*, menſe *Decembri* officium ſuſceperant, anno *deceſſorum* exacto. Hinc ergo rurſus probatur *initium* a nobis deſignatum a *Kalendis Aprilibus*.

291. Hoc anno rurſus aliam in anni Conſularis *exordio* mutationem factam exiſtimo. *Poſthumium* ipſum *Megellum Interregem* fuiſſe, cum *Conſul* deſignaretur, docet *Liuius*. XXVII. 6. Inde colligimus, non *eodem*, quo *deceſſores*, tempore Magiſtratum *iniuiſſe*. Sed *ſerius* conſtat vt plurimum inire ſolitos, qui ex *Interregno* Conſulatum *inirent*. Sic fiet, vt a *Kal. Aprilibus* ad eiuſdem menſis *Idus* huius anni *Conſules* fuerint dilati. Conuenit *triumphus* Fabii Maximi, Gurgitis, quem *Kal. Sextil.* aſſignant Faſti *Capitolini*. Non *ſui* tamen, quo *Conſulatum* geſſit *ipſe* Fabius, *anni*, ſed *huius*, in quo iam verſamur, qui V. C. 462. erat pro calculo *Capitolino*. Firmant praeterea *Dionyſii* noſtri verba in Fragmentis *Porphyrogenneti Valeſianis*, p. 533. Nam cum primum *paludatus* ex Vrbe moueret *Poſthumius*, hunc ipſum *Fabium*, Belli Ciuilis metu, coegit a *Cominii* obſidione diſcedere, ὑπατεύσαντα τῷ πρότερον ἐνιαυτῷ, inquit ibidem *Dionyſius*. Inde

Inde conſtat, *nouo* hoc *Poſthumii* Conſulatu, et quidem *affecto*, *Romam* veniſſe *Fabium*, atque *triumphaſſe*. Ita *ante* menſem *Sextilem* neceſſe erit iniuiſſe *Poſthumium*, qui bis mille milites in agris ſuis μέχρι πολλῆ exercuerit, ante ἔξοδον. Sic enim loquitur e *Dionyſio* noſtro *Valeſianus Porphyrogennetus*. Proinde *diu* ante menſem *Sextilem* iam fuerat in *Conſulatu Poſthumius*. Satis, pro noſtris rationibus, accurate, qui ab *Idibus Aprilibus* illum *Conſulem* fuiſſe cenſemus. Conueniunt porro ſatis commode ſequentium aliquot annorum *Triumphi*. Ipſis *Kalendis Aprilibus* triumphauit *Cos.* anni *Capitolini* 472. qui *Catonianus* erat 471. Inde manifeſtum eſt, annum illius legitimum hucuſque pertigiſſe. *Cos.* viciſſim anni *Capitolini* 472. *triumphum* egit anno *non* ſuo, *Capitolino* nimirum 473. *Catoniano* 472. tum *non* Conſul, ſed *Proconſul*, VI. *Id. Quintiles*. Hinc etiam ex altera parte conſtabit, *ante* Kalendas ſaltem *Quinctiles*, finem fuiſſe anni *Capitolini* 472. qua quidem ex *annuis* cenſetur *Conſulibus*. Ita ſcilicet, ſi eouſque ab hoc, in quo verſamur, anno alia nulla fuerit *exordii Conſularis* innouatio.

Hoc porro anno, qui *Curium Conſulem* praeceſſit, *Samnitici* Belli annum XLIX ſupputat *Oroſius*. Ab anno ſcilicet *Catoniano* 412. pro numeris *noſtris*, ad annum eiuſdem *Epochae* 416 examuſſim. Conuenit praeterea cum *anno* eiuſdem *Belli* XLVI. cuius meminit ipſe *Liuius*. Rectius omnino, quam *Eutropius*, qui eundem *Belli Samnitici* numerum anno tribuit *ſequenti*, quo in *Conſulatu* erat ipſe *Curius*. Hinc ſpatia *media* omnia firmantur pro rationibus *Catonianorum*, a *Varronianorum* rationibus alieniſſima. Sed *Eutropio* potius fauet ingenioſiſſimus *Sigonius*. Quod ſcilicet *Bellum Samniticum* non a *Fabio Gurgite*, ſed a *Curio Dentato*, confectum arbitraretur. Idem tamen obſeruauit *varias* illius Belli confecti *Epochas* apud *veteres*, et *Curio* etiam ipſo multo *recentiores*. Sic nihil obſtat, quo minus *vtrumque* fuerit, ſua quadam propria ratione, veriſſimum. Cur *Fabio* Belli profligati gloria aſſignaretur, rationem illam reddit *Oroſius*, quod *Pontium*, ducem *Samnitium* celeberrimum memoria cladis *furcae Caudinae*, ceperit, et ante currum *triumphalem* egerit. Sic enim de illo *Bello* ſcribit: *capti ducis deſtitutione finitum eſt*. Haec autem *ratio* propria erat *Fabio*, non communis cum *Curio*. Male ergo huius anni numerum *Catonianum* ad *ſequentem* tranſtulit *Eutropius*. Fauet praeterea *Fabio Liuius*, cuius illa legimus in Libro XI. ante res a *Curio* geſtas verba: *cum Samnitibus pacem petentibus foedus quarto renouatum eſt*. Erat tamen et *Curii* annus alia *finiti Belli* gloria inſignis, qui proinde merebatur, vt proprium ſibi *numerum* ſortiretur, quo deſignaretur in *Faſtis*. Is autem quis fuerit, docuit *Florus* I. 16. qui *quinquaginta* annis domitum *Samnium* teſtatur. Hic numerus ab anno *Catoniano* 412. ad annum *eiuſdem*

Epochae 462. (quo *Conſul* erat *Curius*) ita reſpondet, vt in alium quemuis annum, pro alia quauis Epocha, conuenire non poſſit. Vix ergo eſt, cur dubitemus, quin e *Floro* corrigendus ſit *Eutropius*; ſeu *Librario* imputandus ſit error, ſeu ipſi potius forſitan *Eutropio*. De illa enim *Samnitium* clade loquitur *Florus*, quae a *Fabiorum Papyriorumque literis* peracta eſt. Triumphauit autem de *Samnitibus Papyrius iunior* anno *Catoniano* 459. *Fabius* autem *Gurges, Fabii Rulliani filius*, hoc ipſo, in quo verſamur, anno 461. ſimiliter *Catoniano*, qui *Conſulatum Curii* proxime praeceſſit. Id tamen effecit *Curius*, quod non effecit *Gurges*, vt *Samnites* aliquot *poſtea* annis *quieuerint*. Merito proinde *inſigni anno* in Epocha *Belli Samnitici* decorandus, qui alius ab eo eſſe non potuit, quem nos docuit *Florus*.

290. Huic anno aſſignandam arbitror Hiſtoriam *Fragmenti Valeſiani* p. 537. de flagitio *C. Laetorii Mergi*. Dies illi dictus a *Cominio* Tribuno Plebis, teſte *Valerio Maximo* L. VI. c. 1. *Cominii* Tribunatum huic anno tribuit *Pighius*, ſed nullis fretus Hiſtoricis monumentis. Non tamen, vt opinor, incommode. *Bello* enim *Samnitico* iuuenem de ſtupro appellatum indicat *Dionyſius Valeſianus*. *Laetorii* ſcilicet ipſius, teſte *Valerio Maximo*, in illo Bello *Cornicularium*. Tum enim erat, vt loquitur *Dionyſius*, δημόσκηνος. Cum nempe *militiae*, non *domi*, agerent. Sed vero *Bello* illi ſic manum *vltimam* impoſuit *Curius*, vt per *multos* deinceps *annos* non fuerit inſtauratum. Et vero ante hunc *Conſulatum* non fuiſſe *Laetorii* accuſationem, e *Dionyſii* verbis colligitur paulo ſuperioribus, in quibus accuſatum legimus *Conſulem Poſthumium*, quem tamen elapſo *Conſulatu* accuſatum agnoſcit ipſe *Dionyſius*. Hoc itaque Conſulatu *Curii* et *Rufini* ad *exitum* vergente, *Laetorium* ſimiliter *accuſatum* fuiſſe veriſimillimum eſt, *reuerſo* ad triumphum *Curio*, deportatoque exercitu. Recenti certe iniuriae dolore.

281. Hoc anno *Iuliano*, paulo tamen *antea*, quam inirent *Conſules*, Belli *Tarentini* occaſionem datam, ex his ipſis colligitur *Fragmentis*. Reuerſis enim a *Tarento Romanis* legatis, tum demum illa ſubiungit: Ἄρτι δὲ Αἰμιλίῳ, Βαρβύλᾳ ἐπίκλησιν, τὴν ἀρχὴν παρειληφότος, etc. Innuit profecto, cum *Tarentum* legati proficiſcerentur, in *Magiſtratu* fuiſſe *Aemilium Barbulam*. Nedum cum *claſſem Romanam* violarent *Tarentini*, quod *legationi* anſam praebuit. Sic tamen ſatis *laxum* eſt ante *Idus Apriles veteres* in hoc anno *Iuliano* ſpatium, vt poſt *Ianuarium Iulianum* omnia contigerint. Ita *Plinii* diuerſas illas ſententias conciliandas arbitror, de quibus egi Diſſ. X. de *Cyclis*, §. 60. *Pyrrhi* in *Italiam* aduentum nunc anno *V. C.* 472. tribuit, nunc 474. Ambo quidem pro *Epocha*, quam ſequitur ipſe vt plurimum, *Varroniana*. Prior autem calculus ab initio Belli *Tarentini*; Poſterior vero a rebus cum *primo* Conſule *Laeuino* ab ipſo *Pyrrho* geſtis. Sic tamen

tamen quoque *duas* illas eiuſdem Belli *Epochas* inuicem confundit *Plinius*. Quod enim *boues Lucas*, ſeu *Elephantos*, anno *V. C.* 472. in *Italia viſas* arbitratur, hoc ad ipſius *Pyrrhi* in *Italiam* aduentum retulit. Idem iterum hunc ipſum annum numerat 472. qui, qua ad *Pyrrhi* ipſius aduentum refertur, alius a *Catoniano* eſſe non potuit. Cum anno illo vere *Catoniano* confundit, qui cum *Varroniano* 472. concurrebat, cum eiuſdem Regis in *Italiam* appulſum anno *Vrbis* 470. ſtatuit. Hoc enim de nulla illius Belli *Epocha* verum eſſe potuit, ne quidem de initio Belli *Tarentini*, ni ita intelligatur, vt annus ille *Varronianus* 472, quo *coepit* reuera Bellum *Tarentinum*, idem fuerit cum anno illo, quem dixi, *Catoniano* 470. Ita manifeſtum eſt, *varias* illas *Epochas*, pro *Auctorum*, quos exſcripſit, variorum ſententiis, immiſcuiſſe ipſum quoque *Plinium*, qui tamen Epochae *Varronianae*, quoties calculum ipſe ponit, obſeruantiſſimus eſt.

280. Hoc anno *Bellum* cum *Pyrrho* initum probauimus Diſſ. de *Cycl.* VIII. §. 7. et Diſſ. X. §. 60. 61. 62. *Priori* huius anni parte, *Olymp.* CXXIV. 4. appulit Rex *ipſe*, teſte *Polybio*. Ne quidem exſpectato *Vere*, vt docet e *Dione Zonaras*. Nempe ante *mare liberum*, quod *Martio* cenſetur *Iuliano*. Inde *procellae* illae, quas expertus eſt, dum fretum traiiceret, ἀνέμῳ βορέᾳ παρ' ὥραν ἐκπαγέντι, inquit, in *Pyrrhi* vita, *Plutarchus*. Male hic Interpres: *praeter anni articulum coortus Boreas*. Contrarium plane ſenſum exigit *anni tempeſtas*, qualem illam e *Dione* deſcripſimus. Et contrarium *ſenſum* patitur, cum eodem *caſu*, particula παρά. Sic in noſtro *Dionyſio*: παρὰ τὸ μὴ τυχεῖν τινα κατασκευῆς τινος etc. p. 77. 12. Et παρ' ὐδὲν ἕτερον. p. 365. 1. Et παρ' ὐδὲν ἁμάρτημα ἴδιον. p. 537. 44. Et παρὰ τὴν ἰδίαν ἀρετήν, p. 641. 17. His omnibus in locis vim habet *Latinae* particulae, non *praeter*, ſed *propter*. Sic conuenit cum eo *Conſulatus* exordio, quod nos *Laeuino* aſſignauimus. Mox enim poſt aduentum *Pyrrhi*, antea quam *conuenirent ſociorum* copiae, *Tarentinis* a ſpectaculis ad *arma* vocatis, aderat *Laeuinus*. Huic ergo *anno*, ſed *exeunti*, Hiſtoriam Fragmenti *Vrſiniani* vltimi (quae in Ed. *Dionyſii* p. 711. legitur) tribuendam exiſtimo. Conueniunt *notae* in hoc ipſo Fragmento, anni a Conſulatu *Cornelii Dolabellae* quarti, tertiique a Conſulatu *Fabricii* primo, vnde *poſterior* corrigendus eſt, in quo *quartus* ab eodem *Fabricii* Conſulatu *primo* cenſetur. Tum peroranit in Pacem *Appius Claudius Coecus* anno poſt *Conſulatum* ſuum *ſecundum* XVII. teſte *Cicerone*. Anno *Catoniano* 456. *Conſulatum* illum *ſecundum* geſſit *Appius*, a quo ita XVII. numerabitur (ſi *terminus* vterque *includatur*) ad hunc annum *Caton.* 472.

279. Huius anni geſta ab iiſdem *Coſſ.* in *Pyrrhum* a *Vere* incipiunt, et in *hiberna* deſinunt. Sic enim e *Dione Zonaras*. Pro *anni Conſularis* modo a nobis deſignato, qui ab *Aprilis* vete-

ris *Idibus* annum inchoabat. *Ver* autem rebus *militiae* gerendis aptum incipiebat ab *Aprili*.

278. Τὰ Κρόνια διεορτάσαντες remiſſi ad *Pyrrhum* captiui *Romani*. Μετὰ ταῦτα *Conſulatum* capeſſiuit *Fabricius*, inquit *Plutarchus*. Hoc ergo anno, poſt ſuperioris anni *Saturnalia*. Prodito autem *Pyrrhi* medico, res horum *Conſulum* cum eodem *Rege* geſtas *nullas* legimus, quippe qui menſe *Iulio* in *Siciliam* diſceſſerit, praeterquam in commentitio *Plutarcho* de *Parallelis minoribus*. Inde (poſt diſceſſum nempe *Pyrrhi*) in *Lucanos*, *Bruttios* et *Samnites* actum, de quibus *Idib. Decembr.* triumphauit *Fabricius*, *Conſul* adhuc, necdum eiurato Magiſtratu, vt nos docent Faſti *Capitolini*.

275. Hic annus *vltimus* eſt *Pyrrhi*, tam in *Sicilia*, quam in *Italia*. Eodem enim *anno*, quo in *Italiam* rediit, *pulſus* inde eſt fugatuſque a *Manio Curio Dentato*, qui ſequenti *Februario* de eo *triumphauit*. Huc pertinent *Fragmenta* noſtri *Dionyſii* vltima *Valeſiana*. Ἔτει τρίτῳ e *Sicilia* in *Italiam* rediit. *Appian.* in Excerpt. *Porphyrogenneti Valeſianis*, p. 554. Proinde hoc anno, qui *tertius* erat a *Conſulatu Fabricii* II.

272. Hoc anno *triumphatum* de *Samnitibus*. Eo retulerim verba legatorum *Romanorum* apud Liuium: *Hi homines* [de *Campanis* loquuntur] *cum pro iis bellum aduerſus Samnites per annos prope ſeptuaginta cum magnis noſtris cladibus geſſiſſemus*, etc. XXXI. 31. Inde conſtat, de illo aduerſus *Samnites* Bello agi, quo *Campanorum* tutelam profitebantur *Romani*. Ita ſecum non pugnabit *Liuius*, dum alibi eiuſdem cum *Samnitibus* Belli annos *pro centum* agnoſcit. XXIII. 42. De *huius* certe anni *Pace* intelligendi ibi apud illum ipſi Samnites: *Pyrrho Regi nos adiunximus, a quo relicti pacem neceſſariam accepimus, fuimuſque in ea per annos prope quinquaginta ad id tempus, quo in Italiam veniſti.* Sic illi ad *Hannibalem*. Hic certe *annus* eſt a *Pyrrhi morte* proximus, quo recte ſe a *Pyrrho* deſtitutos queri poterant. Nec enim ante *mortem* illius *ſpem* auxilii ab eo eſſe ſublatam, manifeſtum eſt ex *Oroſio*, qui de *Tarentinis*, ipſis quoque *Italis*, ſimiliter obſeruauit, *hos* item *Pyrrhi* morte comperta, hoc eodem *anno*, a *Carthaginienſibus* auxilia quaeſiuiſſe. Nec forſitan abſurde obſeruauerimus, *annos* hic a *Liuio* agnoſci, non *ſeptuaginta*, ſed *prope ſeptuaginta*. Quaſi, ſcilicet, deeſſet quidpiam ad numerum *ſeptuagenarium* abſolvendum. Hoc, ſi verum eſt, efficiet, vt de calculo *Varroniano* intelligi non poſſit. *Coepit* enim Bellum *Samniticum* anno *Varroniano* 411. Inde ad annum hunc *Varronianum* 482. *vno* plures numerabantur, quam quos agnoſcit *Liuius*. Pro calculo autem *Catoniano*, anno 412. idem *coepit* Bellum. Sic *duo deerunt* ad hunc annum *Catonianum* 480. quod videtur innuere *Liuius*. Eſtque illa ſane facillima vocis *prope* ſignificatio, vt *defectum* potius, quam *exceſſum*, indicet. Sed quid faciemus alteri

alteri loco, quo *anni* numerantur ab *hoc* anno ad *Hannibalis* aduentum in *Italiam prope quinquaginta?* Ab hoc anno enim *Catoniano* 480 ad annum *Catonianum* 534. ſub cuius anni *Coſſ.* Hannibal in *Italiam* penetrauit, anni ſunt LIV. Sed vero adeo *dura* eſt ſignificatio huius particulae *prope* pro *exceſſu*, vt *emendandum* potius locum illum *Liuii* cenſeat *Sigonius*, quam *explicandum:* Vt nempe pro *quinquaginta* reponatur *ſexaginta;* ſeu potius LX pro L, *antea* quam *notam* numeralem in *vocem*, quam habemus, peruerteret *Librarius*. Idque ſane veriſimillimum eſt. Sic ſpecimen aliud habebimus, vnde conſtare poſſit, quam accurate rationes noſtrae cum vera *Liuii* ſententia conſentiant, propter interpolatam illam a *Varrone* triplicem *Dictaturam*, vt hic *biennio deficiat* a *ſeptuagenario*, quem anno *vno ſuperat* calculus *Varronianus*.

265. Ad hunc vſque annum *Hiſtoriam* pollicetur *Dionyſius:* Καταβιβάζω, inquit, τὴν διήγησιν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τῶ πρώτω Φοινικικῶ πολέμω, τὴν γενομένην ἐνιαυτῷ τρίτῳ τῆς ὀγδόης καὶ εἰκοστῆς ἐπὶ ταῖς ἑκατὸν Ὀλυμπιάσιν. *Photius* de illius *Hiſtoria* ita: Τελευτᾷ εἰς τὴν ρ΄ καὶ κή Ὀλυμπιάδα, ἔτους ἐνεγκόστος αὐτῆς τρίτου· ἀφ' ἧς καί φησιν ἀπάρξασθαι τὸν Μεγαλοπολίτην Πολύβιον τῆς Ἱστορίας. *Cod.* LXXXIII. Sed vero *Dionyſii* noſtri *ſententiam* potius, quam *verba*, dedit *Photius*. Nam *Olympiadem* CXXIX. pro *ſuae* Hiſtoriae initio poſuit *Polybius*, quo deſiit *Timaeus*. Sic enim ipſe: Ὑποθησόμεθα δὲ ταύτην ἀρχὴν τῆς βίβλου, τὴν πρώτην διάβασιν ἐξ Ἰταλίας Ῥωμαίων. Αὕτη δ' ἐξ ἀνεχῆς μὲν τοῖς ἀφ' ὧν Τίμαιος ἀπέλιπε. Πίπτει δὲ κατὰ τὴν ἐννάτην καὶ εἰκοστὴν πρὸς ταῖς ἑκατὸν Ὀλυμπιάδα. *Biennii* diſcrimen eſſe credidit *Glareanus* inter exitum *Dionyſii* initiumque *Polybii*. Qua nempe calculus procedit in Epocha fixa *Olympiadum*. Sed non eſt *reuera* tanta, quanta *videtur*, illa diſcrepantia. Epocha *Polybii* a *traiecto* freto *Siculo* deducitur, rebuſque ad *Meſſanam* geſtis a *ſequentis* anni Conſule *Appio Claudio Caudice*. Hanc ille Expeditionem *Olympiadi* tribuit CXXIX. quae *medio* illi anno *Iuliano* conueniebat, annoque *Conſulari affecto*. Prior enim anni *Iuliani* pars ad *quartum* ſpectabat *Olympiadis* CXXVIII annum, videlicet *exeuntem*. Hic ergo annus *Conſularis Iulianuſque*, qua cum *Olympiadibus* committitur, reſpondet *Olymp.* 128 $\frac{3}{4}$, vt in *noſtris* committitur *Tabulis*. Sed vero *Dionyſii* methodus perpetua eſt, vt *illius* tantummodo anni *Olympiadici* rationem habeat, in ſua *Vrbis Conditae* chronologia, cuius *finis* concurrebat cum *Palilibus*. Haec ratio eſt, cur hic annus *Romanus Olympiadis* anno tertio deſignandus fuerit, quanquam res anni *geſtae* ad *quartum* potius eiuſdem *Olympiadis* annum ſpectarent, vt iam ſupra vidimus. Id ergo tantummodo, hac *Olymp.* 128. 3. nota volebat *Dionyſius*, illis *Coſſ.* coepiſſe Bellum *Punicum* I. quorum *Conſulatus Ol.* 128 $\frac{3}{4}$ reſpondebat, qui annus erat ante *Appii Claudii* Conſulatum proxi-

proximus. In eo enim a *Polybii* consilio discrepabat, quod res *Bello* gestas in *Sicilia* primas ab *Appio Claudio Consule* pro *Belli* Epocha habebat *Polybius*, quo *primum* tempore *fretum Siculum* traiecit *Appius*; contra *Dionysius* ab eo anno *Bellum* censet, quo in *Italia* decretum est, quod *ipse* compertum habuit, licet alii plerique nescirent. Non autem aliter constabit *numerus* annorum huius *Belli* XXIV. quem tamen agnoscit non *Liuius* modo, verum etiam ipse *Polybius*. I. 68. *Finem* certe *Belli* sub *Lutatio* et *Posthumio* Coss. agnoscit *Liuianus Mago* XXIII. 13. Agnoscit ipse *Liuius* XXX. 44. Et quidem ipso illo *Lutatio Consule* XXI. 18. *Pacem* datam. Et *proelium* ad *Aegates* decretorium fatetur. Hae notae *finem* Belli ita anno *Catoniano* 510. *Varr.* 512. affigunt, vt, nisi hoc anno *Catoniano* 487. *Varr.* 489. *coeperit*, numerus ille omnino constare non possit. Sic item numerauit Auctor, quicunque demum is fuerit, *Eutropii*, qui *tertio* Belli anno tribuit *Pacem* cum *Hierone*. Sic etiam *Solini* Auctor, cum huius Belli *initium* anno imputat *V. C.* 489. cap. 2. Conuenit accuratissime cum nostro hoc *Dionysii* exordio, si quidem Epocham sequamur *Varronianam*. Conuenit vicissim, fateor, cum ipso *Appii Consulatu*, pro Epocha *Capitolina*, non minus accurate. Illam autem Epocharum *diuersitatem* nesciuit ipse *Solinus*. Non tamen iuero inficias, receptissimam esse sententiam, quae Belli Punici *initium* ab *Appii Consulatu* auspicatur, et *terminabat* sequentibus *post* victoriam ad *Aegates Coss.* Eratque causa satis verisimilis vtroque modo numerandi. Cur ab *hoc* anno calculum inirent, quod *Bellum* fuerit hoc anno *decretum*: Cur item ad annum *post* victoriam producerent, quod *Pax* saltem tum fuerit a *Senatu* confirmata. Sic Belli *finem Luctatio Cos.* tribuit *Liuius* in *Epitom.* XIX. *Pacem* autem *Coss. sequentibus* XXX. Nobis autem satis est, vt ostendamus, *nullum* fuisse *Dionysii errorem*.

264. Iniuit *Appius Consulatum*, pro *nostris* rationibus, *Idibus Aprilibus*, *Aprilis* nempe *Iuliani* die XVIII. pro hoc anno *Cycli* VII. Tum demandata illi Prouincia *Sicilia*, vt *Bellum* inciperet illo *V. C.* anno, qui a *superioribus* inierat *Palilibus*, et *Olymp.* $128\frac{3}{4}$ pro *partibus* respondit. *Primum* enim *illum* fuisse Belli *Consulem*, omnes consentiunt. Vtcunque tamen, partim *procellis*, partim *arte Poenorum*, effectum, vt *fretum Siculum*, ante nouam *Olympiadem*, quae *Iunio* coepit *Iuliano* ad *exitum* vergente, non traiecerit. Tum secunda habuit cum *Poenis* atque *Hierone* proelia, vt nos docuit *Polybius*. Eodem tempore *paludatum Roma* discessisse verisimile est, quo et *collega* in *Vulsinienses*, qui de *Vulsinienſibus* triumphauit *Kalendis* ipsis *Nouembribus*, teste *Capitolinorum* Fastorum conditore, quae cum *Nouembris Iuliani* similiter *Kalendis* illo anno coincidebant. Hucusque ergo certum est illum *Appii Consulatum* pertigisse. De

De *tempore*, quo *triumpharit Appius*, nihil habemus exploratum. Sed vero ante Kalendas Apriles Magistratu non *excessisse*, e *sequenti Consulatu* colligemus.

263. Huius anni *Coss.* ante *Kalend. Apriles* inire non potuisse, exinde intelligimus, quod de *Poenis* et *Hierone* triumpharit *Valerius Messalla* XVI. *Kal. April.* adhuc *Consul*, reuersus autem e *Sicilia*, teste *Polybio*. *Consulatu* nempe *exeunte*. Hoc autem *Consulatu* Dictator *clani figendi* causa, vt docet Auctor Fastorum *Capitolinorum*. *Idibus* nempe *Septembribus*, quod *Pestilentiae* causa factum recte opinatur, vt puto, *Sigonius*. Secundus erat hic *pestilentiae* annus, quam *biennem* agnoscunt Auctores, *Orosius*, *S. Augustinus*, *Zonaras*. Inde discimus, nullam, propter *pestem*, factam esse in anni *exordio* mutationem, cum hi *secundi* quoque *Consules* integrum *annum* in Magistratu tenuerint. Ita tamen rem fuisse propterea suspicabamur, quod ea fuerit *veterum Romanorum* de *peste* opinio, vt *auspicia* anni, quo contigerit, omnia quasi quodam contagio illam foedare crediderint. Sic enim *Liuius* VIII. 17. Ea vero potissimum ratione, vt *Consulatus Duilii* in *mensem intercalarem* incideret. De hoc autem postea.

262. *Hoc* etiam anno idem adhuc fuisse videtur anni Consularis *exordium*. *Agrigentum* enim cum obsedissent *Romani*, tempestas erat ἀκμαζούσης τῆς τοῦ σίτου συναγωγῆς, teste *Polybio* I. 17. Mensis nempe *Iuliani Iulii*, quo *ferias messuas* obseruabant *Romani*. Is autem *Iunio veteri exeunte* coepit hoc anno *Cycli* IX. Quo certe *maturius* appellere vix poterant *Coss.* qui Magistratum *Idibus Aprilibus* iniuerant. Addit *Polybius*: πέντε μὲν ἴσως μῆνας ἐπὶ τῶν αὐτῶν διέμενον. I. 18. Ad *Decembrem* vsque *Iulianum* pertingent illi menses. Iterum *Toro* monte ab *Hannone* occupato; δύο μὲν μῆνας ἔμενον ἐπὶ τῶν ὑποκειμένων. I. 19. Ad mensem nempe *Februarium*. Tandem *vrbe* potiuntur. Nuncio hoc *Romae* accepto, nouum consilium ineunt de proximi anni *Consulibus* in *Siciliam* mittendis. Inde quoque manifestum est, illius anni *Consulatum* a *fine* non longe abfuisse. Meminit praeterea *pestis Romanis* infestae hoc etiam anno *Polybius*. Si quidem de *Vrbe* ipsa *Romana* intellexerit; ita constabit, *inutilem* fuisse *clauum* a superioris anni *Dictatore* mense *Septembri* fixum. Et quidem ita illum intellexisse, verisimillimum est. *Castris* enim *Romanis* in *Sicilia* grassata lues *Carthaginiensibus*, pariter ac *Romanis*, fuisset metuenda, qualem hanc non fuisse supponit. Hoc tamen obiter.

260. Hoc item anno *idem* adhuc *Consularis* anni *initium* perstitisse probabile est, cum *Kalendis Intercalaribus* triumpharit *Duilius* adhuc *Consul*, sed a rebus in *Sicilia* gerendis *reuersus* ad *Comitia* habenda, et proinde non *diu* ante *Consulatus* legitimi *finem*. Spatium satis congruum erat *Comitiis*, quibus designarentur *futuri* anni *Consules*. Captusque fuerat a *Poenis*

collega

collega *Duilii*, vt proinde *alius* nullus eſſet in Republica *Conſul*, qui *Comitiis* praeeſſet. Illud vero difficilius, quo pacto *Kalendae Intercalares* in anno, qualis hic eſt, *minime Embolimaeo* locum habere poſſent. De hoc egimus *Diſſ.* X. de *Cycl.* §. 52. Non tamen ita, vt vel *Nobis* ſatisfecerimus. Conemur ergo meliora. Erat nempe apud *veteres*, non *menſis* duntaxat *Intercalaris*, verum etiam *Intercalaris* quoque *dies*. Macrobius: *Hoc eſt, quod quidam veterum retulerunt, non ſolum menſem apud Romanos, verum etiam diem intercalarem fuiſſe.* Saturn. I. 13. Poterat ergo *dies intercalaris* in eo *anno* locum habere, in quo *nullus* tamen locum habuerit *menſis intercalaris*. De huius *diei intercalatione* ſic idem Macrobius: *Eorum* (inquit) *eſt permiſſus arbitrio, qui faſtis praeerant, vti, cum vellent intercalaretur: dummodo eum in medio Terminaliorum et menſis intercalaris ita locarent, vt a ſuſpecto die celebritatem auerterent nundinarum.* Male quidem ipſe haec ad *diem* cuiuſque anni communis 355 retulit, qui erat pro *Cycli* lege *perpetuus*, quique poſtremorum *Merkedoniorum* mutilatione reſarciebatur, nec egebat *Pontificum* prudentia, vt *ſarciretur*. Et male rurſus ad *Nundinarum* auerſionem. Quaſi vero nulli fuiſſent apud *Romanos* dies *nefaſti* praeter illos, qui *nundinarum* concurſu *nefaſti* efficiebantur. Atqui *iſtiusmodi nefaſtos* dies *nullos* fuiſſe his *Duilii* temporibus alibi probauimus, qui propter *Nundinas* concurrentes *nefaſti* haberentur. Id tamen recte, et pro *Auctorum*, quorum fidem eſt ſecutus, *ſententia*, *Macrobius*, quod dierum *nefaſtorum* exemtorum loca *diebus* hisce *Intercalaribus* ſuppleuerint. Inde enim ratio conſtat, cur fuerint *Pontificum* arbitrio permittendi, quod *Cycli* legibus nullis in *vniuerſum* latis et *perpetuis*, eximendi fuerint, aut ſupplendi, ſed circumſtantiis pro *re nata* variis vtrumvis exigentibus. *Quotannis* enim non eximebantur ipſi illi dies *nefaſti*, ſed quoties rerum *auſpicato* gerendarum malum omen inferrent. Non certe pro exemplo *Graecorum*, quibus diem *Boedromionis* 2. perpetuo *exemtilem* fuiſſe docet *Plutarchus*. *Romanis* morem alium fuiſſe, ex his *Macrobii* verbis diſcimus. *Legem* enim illam *Pontificibus* impoſitam ſupponunt, ne quo *alio* in *loco* dies *intercalaris* immitteretur, quam *medio Terminalium menſiſque Intercalaris*. Quid ergo *Pontificum arbitrio* relictum arbitrabimur? Nempe, vt ipſi Iudices eſſent, quibus annis *neceſſarii* eſſent, in *illo* quoque *loco*, dies *Intercalares* malis dierum *nefaſtorum* ominibus a Republica auerruncandis; et viciſſim, quibus *nulli* neceſſarii eſſent: Id quoque vt ipſi ſtatuerent, quando *ſinguli* ſufficerent *Intercalares*; quando vero Salus Reipublicae poſtularet, vno etiam *plures*. Raras certe illas fuiſſe *Intercalationes* innuit *Liuius*, dum id *Annalibus* dignum cenſet, dum Lectores de eo monet, quibus *annis* fuerit *intercalatum*. Nec alii certe *intercalares*, quam *dies*, intelligi poſſunt, qui *menſibus*

ſibus intercalaribus opponuntur, qui *medio* etiam inter *Terminalia menſemque Intercalarem* ſpatio erant *intercalandi*. Sed quis ille *menſis Intercalaris* alius a die *Intercalari?* Non certe *Merkedonii*. Sic enim nullae fuiſſent legitimae, praeterquam in annis *Embolimaeis*, dierum etiam *ſingulorum Intercalationes*. Sic nullum fuiſſet Reipublicae in mala *nefaſtorum dierum* omina praeſidium, praeterquam in annis *Embolimaeis*. Dies *Februarii* reliquos poſt *Terminalia* ad *Kalendas* vſque *Martias* pro *menſe* hic haberi, vix eſt, cur dubitemus. Eodem ſcilicet exemplo, quo et dies *Epagomenas* in Epocha *Nabonaſſ.* pro menſe ſimiliter habent *Veteres*. Nec adeo *locum* habebit emendatio illa *vel* pro *et*, quam alibi reponendam arbitrabamur. Nec enim dies illi ad annum *praecedentem* ſpectare cenſebantur, qui *Terminalibus* terminabantur. Nec rurſus ad *ſequentem*, qui *Kalendis* inibat *Martiis*. Et ſane ad *Merkedonium* ſpectare cenſebantur illi ipſi dies reliqui *Februarii*. Id docet *Liuius*, qui *Scipionem Aſiaticum* triumphaſſe ſcribit *menſe Intercalario, pridie Kalendas Martias*. XXXVII. 59. Id *Cato* in *Pandectis*, qui *menſis Intercalaris* dies numerat in vniuerſum XXXVIII. Nec tamen proprie ad *menſem Intercalarem* ſpectabant *Kalendae* illae non *Merkedonii*, ſed *Martii*, quae locum habiturae erant in annis etiam *communibus*, etiamſi *nullae* acceſſiſſent anni *Solaris* ſupra Lunares *Epactae*, e quibus tamen *ſolis* conflabantur *Merkedonii*. Qua autem *ipſae* in *Merkedoniorum* cenſum veniebant, qui *menſes* erant *Intercalares*; ita non incommode pro *menſe Intercalari* haberi ipſae quoque per ſe poterant, in annis etiam *communibus*, cum *nulli* eſſent praeterea *Merkedonii*. Ita factum, vt *perpetuus* eſſet ille *dierum ſingulorum Intercalarium* ſitus inter *Terminalia menſemque Intercalarem*, qui *Merkedonius* erat *integer* in annis *Embolimaeis*; *Intercalaris* autem *breuior* e *quinis* illis diebus *Merkedoniorum appendicibus*, in annis etiam *communibus*. Idque dedita opera factum, vt locum *medium* tenerent inter annum *veterem*, qui *Terminalibus* deſinebat, *nouumque*, qui inibat a *Regifugio*, immunes proinde ab vtriuſque anni *auſpiciis*, ſeu *fauſtis*, ſeu etiam *infauſtis*. Sed quo *proprio* demum *nomine* ſingulos hosce dies *Intercalares* deſignandos arbitrabimur? Non alio vtique, quam *Kalendarum Intercalarium*. Hoc nos fefellit, vt has etiam *Kalendas Intercalares* ad *Nonas Iduſque* referendas arbitraremur, vtique ſimiliter *Intercalares*, et *menſem* adeo *integrum*, qui *Kalendas* ſecuturus fuerit, *Intercalarem*. Male vtique, cum *nullae* fuerint in menſe *Intercalari* proprie ſic dicto, qui inter *Terminalia Regifugiumque* intercalari ſolebat, *Kalendae Intercalares*. Qua enim *retrorſum* numerari ſolebant menſium *Kalendae* ad menſium praecedentium *Idus*, ita *Terminalium nomen numeroſque* accipiebant *propriae*, ſi quae *vllae* fuiſſent, *Merkedoniorum Kalendae*. Dedita, vt videtur, opera, ne quas agnoſcerent

scerent mensis *Intercalaris Kalendas*, neue quid *commune* cum *anno praecedenti* habere videretur insititius ille, medioque vtriusque anni confinio situs *mensis*. *Pridie* quidem *Kalendas Intercalares Terminalia* ipsa nonnunquam appellata fateor. Imo *medio* inter *Terminalia Iduſque Februarias* praecedentes *numeratas* fuisse *Kalendas Intercalares*, vt e *Ciceronis* Oratione constat pro *P. Quinctio*. Eodem scilicet exemplo, quo et *Martiarum Kalendarum* numeros prolatos legimus ad *Idus Intercalares*, cum tamen soli postremi *quinque* Februarii dies ad *Martium* spectarent. Non tamen certe, nisi cum illae *singulares* intercalarentur *Kalendae*, quas dixi *Intercalares*. Tum *alia* necessaria erat *supputandi* methodus, cum *aliud* esset, vnde calculum procedere oportebat, *initium*. Sed plane necessarium *non* fuisset, vt a *Terminalibus* vllae numerarentur *Kalendae*, si quidem *vllae* fuissent *mensis Intercalaris* perpetuae *Kalendae*. Imo non *perpetuas* fuisse *Intercalares Kalendas*, innuit *Liuius*, cum anno *Catoniano* 585. qui *Varr.* erat 587. ita scribit: [11] *Intercalatum eo anno. Postridie Terminalia intercalares fuerunt.* Frustra hoc monuisset in *anno* pro *Cycli* lege *Embolimaeo*, si *perpetuae* fuissent, eoque ipso *loco*, mensium Intercalarium *Kalendae Intercalares*. Loquitur ergo de *die* illo *Intercalari*, quem, pro *Pontificum* arbitrio, nec vlla *certa* Cycli *lege*, intercalatum, docuit *Macrobius*. Proinde ne in *mensibus* quidem *Intercalaribus* perpetuae vllae erant, sub *Intercalarium* nomine, *Kalendae*. Si enim fuissent *vllae*, non *alio* certe loco, quam illo *ipso* in loco (quem tamen *locum* earum *perpetuum* non fuisse innuit *Liuius*) per legem *Intercalationis* perpetuam, qua nefas erat, si *alio* aliquo in loco intercalaretur, esse non poterant, eodem, vbi supra, teste *Macrobio*. Scribit, fateor, illa *Liuius* post mentionem *Consulum* anni *Catoniani* 586. Sed *designatorum* tantummodo, nondum Magistratu potitorum. Mos autem *Liuii* est, post *Comitia Consularia* breui quodam compendio anni praeteriti *rariores* euentus complecti; illorum autem *Coss.* res gestas a *nouo* initio arcessere, *coepti* scilicet, non *designati* duntaxat *Consulatus*. Proinde anni *Catoniani* 585 erat illa *Intercalatio*, cuius tamen *finis* in annum *Iulianum* sequentem incurrebat, ad *Idus* vsque *Martias*. Ita factum, vt *Merkedonium* complecteretur in *fine* anni *Cyclici* VIII. *initio* autem anni *Catoniani* 586. si quidem coepisset a *Ianuario*. Itaque in annis vere *Embolimaeis* nullae tamen erant *Kalendae Intercalares*, nisi ita visum esset *Pontificibus* Kalendarii praesidibus. Iisdem tamen *Pontificibus* licuit, etiam in annis minime *Embolimaeis*, intercalare *dies singulos* vno *plures*. Exemplum dedit idem *Liuius* his verbis: *Hoc anno intercalatum est. Tertio die post Terminalia Kalendae intercalares fuere.* XLIII. 11. Hic sane manifestum est, *Kalendarum* etiam *Intercalarium* nomine veniſſe

11 L. XLV. c. 44.

veniſſe *insititios* illos, pro *Pontificum* arbitrio, dies, etiam cum nullus sequeretur *mensis intercalaris*. Haec enim *Liuius* medio inter *Comitia Consularia* spatio *initumque* anni *Catoniani* 583. *Consula*- Vt sint proinde ad annum *Catonianum* 582. referenda, cuius *finis* in finem anni *Cyclici* V. incidebat, cui *nullus* debebatur *Merkedonius*. Hoc ergo anno *Terminalia* non *Pridie*, vt solebant, sed III. numerabantur *Kalendarum Intercalarium*. Ratio *duplicis intercalaris* illa, ni fallor, esse potuit, quod saepe *exemtio*, quae *vnum* diem suspectum amouisset, eadem efficeret, vt in *alium* pariter suspectum incideretur. Ita necesse erat saepe, vt *plures* vno dies *eodem* anno *eximendi* essent, qui his *Kalendis Intercalaribus* supplebantur. Nec deerant, his etiam *Duilii* temporibus, *dies atri* atque *ominis infausti*. Anno *Catoniano* 366. primum de *diebus Religiosis* SC. refert *Liuius*, de die *Alliensis* cladis. VI. 1. vti etiam *Cremerensis*. Addit praeterea, ex *quorundam* sententia, *postriduanos* omnes, tam *Kalendarum*, quam *Nonarum*, quam *Iduum*. Hos dies omnes illis quoque *Duilii* temporibus *nefastos* fuisse, non *Senatusconsulto* modo, verum etiam decreto *Pontificum*; non solus *Liuius*, sed e *Verrio* etiam *Flacco* docet *Gellius*. V. 17. et ex antiquiore *Gellio* Historico *Cassioque Hemina Macrobius*. His *diebus* nec *delectus* haberi, nec *exercitus* scribi, nec in *Prouincias* ire licuit, teste *Festo*. Neque *proeliales* erant, neque puri, neque *Comitiales*, decreto *Pontificum*, teste *Macrobio*. Saturn. I. 16. Imo *nullum* iisdem diebus *sacrificium recte futurum*, *Verrio Flacco*, apud *Gellium*, teste, censuere *Pontifices*. Proinde eorundem *Pontificum* Auctoritate opus erat, vt eximerentur, eorumque *loco* sufficerentur *singuli* proinde *Intercalares*. Nec *alio* tamen, quam, quo dixi, *loco*. Tale ergo ab his diebus *omen* fuisse verisimillimum est, hoc praesertim *Belli* tempore, quo erant *Religionum*, malorumque *omnium* obseruantissimi. Verum certe *mensium Intercalarium*, locum his ipsis Belli *Punici* I. temporibus docet *triumphus* illo *Bello* paulo *recentior* (anno nempe *Catoniano* 515) ipsis *Idibus Intercalaribus*, quae, praeterquam in *mense* ipso *Intercalari*, locum habere non poterant, quippe quae *mensem* ipsum *medium* tenuerint, a *singulorum dierum* loco *Intercalari* admodum *remotae*. Is autem annus, si *Embolimaeus* fuerit, hic certe *Embolimaeus* esse *non* potuit, cum *secundo* quoque *anno* sibi inuicem responderint *menses*, pro *Cycli* lege, *Intercalares*. Haec eo certiora credimus, quod nullae *adhuc* essent *Pontificum* in *mensium intercalatione* fraudes, vt e *Catone* alibi probauimus. Proinde non est, cur *alieno* potius, quam *suo*, loco *menses intercalatos* fuisse suspicemur, vt olim suspicabamur. *Dies* ergo hic est, non *mensis*, *Intercalaris*, quo triumphauit *Duilius*.

255. Cum anni *exordio* a nobis assignato conueniunt *notae* huius anni *Parapegmaticae*. Inibant Coss. *Apr. Iulian.* die XVI. *Africam* petunt ἀρχομένης θερείας. *Polyb.* I. 36. *Maio* affecto. Nam *Maii* IX. vel X. initium *Aestatis* probauimus, pro *Parapegmate Romano*.

mano. Diſſ. X. de *Cycl.* §. 9. *Reditum* ex *Africa*, et *Naufragium*, medio inter *Orionis* ortum et *Caniculae* ſtatuit *Polybius*. Verba ſunt: ἅμα δὲ τὴν μὲν ὀδὸν κατα λήγειν ἐπισημασίαν, τὴν δ' ἐπιφέρεσθαι. Μεταξὺ γὰρ ἐποιοῦντο τὸν πλοῦν τῆς Ὠρίωνος καὶ Κυνὸς ἐπιτολῆς. I. 37. Vtrique ἐπιτολῇ ἐπισημασίαν tribuunt, et *Iulio Iuliano* aſſignant *Parapegmata*.

253. Hoc circiter tempore *prolatum* tempus *ineundi Conſulatus*, ad *Kalendas*, vel *Idus* fortaſſe *Maias*. Hinc enim paulo *ſeriores* legimus *triumphos*, menſe plerosque *Martio*, vel *Aprili*. Imo ipſis *Idibus Aprilibus* anno *Catoniano* 501. Adhuc tamen *Conſulis*, *Aurelii Cottae*. Inde manifeſtum eſt, *nondum* in officio fuiſſe *ſequentis* anni *Conſules*. E *ſerioribus* illis *triumphis* etiam *Comitia Conſularia ſeriora* fuiſſe veriſimile eſt, quippe quorum cauſa *reuocari* mos erat *alterum* ſaltem e Prouincia *Conſulem*. Sic ergo anno ſuo *Capitolino* 502. (qui *Catonianus* erat 501) accuratiſſimus Sigonius: *Hoc*, inquit, *tempore Conſules iniiſſe arbitror, aut Maio, aut Iunio menſe*. Sed anno *Capitolino* 525. *Catoniano* 524. X. *Kalendas Quinctiles* triumphauit *Cn. Fuluius Centumalus*, non *Conſul* tamen, ſed *Proconſul*. Proinde elapſo Conſulatus anno, ante diem *Iunii* XXI. Nec poſt *Idus* proinde *Iunias* I. Porro ἀρχομένης τῆς θερείας emiſſus eſt *fatalis* huius Belli Conſul *Lutatius*. *Polyb.* I. 59. Certe ante menſem *Aeſtiuum* elapſum, atque adeo *Idus Iunias*. Nec tamen ante *ferias Latinas* et ſacra procurata, malo omini ceſſura, ſi neglexiſſet. Faciunt haec, ne vltra *Idus Maias* protrahenda cenſeam Conſulatuum *exordia*. Hoc enim ſpatio ita ſibi conſentiunt triumphi *vltimi*, vt inſignem nullam in Conſulatu *ineundo* diſcrepantiam patiantur. *Kalendas* autem *Maias* in *Tabulis* anteferendas cenſui, quod ſpatium *laxius* concederet parandis neceſſariis antea, quam ex Vrbe *paludati* proficiſcerentur. Ita certe, niſi, retentis *Conſulatus* ſui *lictoribus*, vno tamen *poſt* elapſum Conſulatum die *Cotta* triumpharit, de quo plura ſupra diximus. Omnino poſt *Idus Martias*, vt ann. *Capit.* 531. *Sigonius*. Fieri viciſſim poteſt, vt in ſuperiorum *Interregnorum* aliquo plures fuerint, quam in hodiernis *monumentis* reperimus, *Interreges*.

241. Hic annus eſt Belli *Punici* primi XXIV. idemque *vltimus*. Totidem numerant *Polybius* et *Liuius*. Proelii *diem* docuit *Eutropius*, VI fuiſſe *Id. Martias*. Is dies *Martii veteris* X. *Iuliani* autem III. Adhuc nempe *Conſulatum* tenente *C. Lutatio*. Et quidem *C. Luctatio* et *A. Poſthumio* Coſſ. victoriam ad *Aegates* decretoriam agnoſcit *Mago Liuianus* XXIII. 13. *Priori* nimirum huius anni *Iuliani* parte. *Pacem* tamen *Conſulibus* illis tribuit idem *Liuius*, qui huius anni menſe *Maio* Magiſtratum iniuerunt: *Q. Luctatio*, *Auloque Manlio*. XXX. 44. Imo *aliis* quoque notis his demum *Conſulibus* Pacem conceſſam eſſe firmat. Annum enim *Pacis* illius XL cenſet ante *Pacem Scipionis Africani*, qui Bello *Punico*

Punico II *finem* impoſuit anno *Catoniano* 551. et annum XXIII. ante *initium* Belli II ſub *Coſſ.* anni *Catoniani* 534. Hae duae notae ita *poſteriores* huius anni *Coſſ.* deſignant, vt aliis *nullis* conuenire potuerint. Inde certum eſt, poſt huius anni *Maium* ſtatuendam eſſe *Pacis* Epocham, cum iam *noui* eſſent in officio *Conſules*. Cauſae enim erant, cur eouſque *differretur*, ſatis graues. Nuncio victoriae *Carthaginem* allato, conſultatio erat de Bello, ſi liceret, *protrahendo*. Cum ſpes illa falleret, *Pacis* poteſtas conditioneſque *Amilcari Barcae Eryci* a *Romanis* obſeſſo permiſſae, ipſi etiam a *Pace* alieniſſimo. Tum oblatae a *Lutatio Conſule* Pacis *conditiones*, ita demum proceſſurae, ſi *Romae* confirmarentur. Miſſi deinde a *Romanis legati* de *conditionibus* a *Conſule* oblatis in re *praeſenti* iudicaturi, qui *noua* etiam onera *Carthaginienſibus* impoſuere. Nec potuit *Pax* antea coaleſcere, quam etiam illa admitteret *Amilcar Barcae*, vtcunque *inuitiſſimus*. Tum demum praeſidia *Eryce*, *Siciliaque* vniuerſa et *Sardinia* deduxit, iuſſus a victore *Lutatio*. Ita factum, vt ad *ſequentium* Conſulum Magiſtratum res fuerit dilata; vtque non iam *Conſul*, ſed *Proconſul*, triumpharit *Lutatius*; nec *Praetor* amplius, ſed *Propraetor*, de iiſdem triumpharit *Valerius Falto*, aemulus in triumpho *Lutatii*. Triumphos illos ad IV. *Non.* et *Prid. Octobres* referunt Faſti *Capitolini*. Medio ergo aliquo tempore inter *Maium* (quo *noui* inierant *Conſules*) *Octobremque* (quo *triumpharunt* Belli profligatores) *Pacem* illam coaluiſſe neceſſe eſt. Vt proinde hic ipſe, quo verſamur, annus *Belli* XXIV. idemque *vltimus* cenſendus ſit. *Alios* enim *hoſtes* ſortiti ſunt huius anni *Iuliani Coſſ.* poſteriores, *Faliſcos*. Sed Bello ſuperiori *peracto*, nec operae *diutinae*. Sic enim *Polybius*: Ἐξεδέξατο πόλεμος ἐμφύλιος Ῥωμαίους, ὃ πρὸς τοὺς φαλίσκους καλούμενους, οὓς ταχέως καὶ συμφερόντως ἐπετέλεσαν, ἐν ὀλίγαις ἡμέραις ἐγκρατεῖς γενόμενοι τῆς πόλεως αὐτῶν. I. 65. *Sex dierum* ſpatio concludunt *Liuius* in *Epitome* et *Eutropius*. Sed Conſulatu *exeunte* contigiſſe docent *triumphi* de *Faliſcis* acti ab huius anni *Coſſ.* ſequenti *Martio*. Sic tamen quoque conſtabit, ad alios *Coſſ.* ne quidem potuiſſe differri, et Bello in *Faliſcos* antiquiorem fuiſſe, pro *Polybii* ſententia, *Pacem* cum *Carthaginienſibus*. Nos ea *Conſulatus parte*, quae cum hoc concurrerit anno *Iuliano*, *Pacem* cum *Carthaginienſibus* initam probauimus. Belli ergo *Punici primi* finem *Polybianum* dedimus. *Initium* cenſet *Polybius*, non a *Senatuſconſulto*, vel *Plebiſcito*, de *Bello* Carthaginienſibus inferendo (quod nos *priori* anno afferuimus, pro *noſtri* ſententia *Dionyſii*) ſed a *traiecto freto Siculo*, geſtiſque *Appii Claudii Caudicis Conſulis* hoſtilibus, annoque adeo *Olympiadis* CXXIX. 1. quo non *iniuit* is ipſe *Claudius*, ſed *Bellum* intulit *Siciliae*. Poſt *Iunii* certe *Iuliani* diem XXVIII. quo annus ille *Olympicus* iniuit Periodi *Calippicae* LXVI. Sic enim recte cenſebitur *Bellum*, pro *Polybii* mente, *continuum*; ἔτη πολεμηθεὶς (inquit) εἴκοσι καὶ τέτταρα συνεχῶς.

συνεχῶς. I. 63. Sic autem annum duntaxat XXIII. *implebit*, partemque anni XXIV. admodum *modicam* attigerit. Qua scilicet *Consulis* XXIV. annique *Olympici* XXIV. *initium* attigit. Inde *normam* lucrabimur, qua de aliis numeris *Polybianis* statuamus. Ἔτος δ' ἦν τῷ πολέμῳ τετταρεσκαιδέκατον, inquit *Polybius* I. 41. Postea nimirum, quam Coss. *C. Atilii* et *L. Manlii* mentionem fecisset. I. 39. Inde colligit Cl. *Casaubonus*, de his *Coss.* locutum esse illo in loco *Polybium*, quasi illorum *Consulatus* in annum *Belli* XIV. incidisset. Sed vero e praedictis constat, annum belli XIV. illum censeri a *Polybio*, qui *Coss.* insigniebatur ab *Appio Claudio decimis quartis*. Ita scilicet, vt *primum* numeri illius locum ipse *Appius* suppleuerit. Ita ad Coss. *Atilio* et *Manlio superiores* numerum illum retulerit *Polybius*. Nempe *L. Caecilium Metellum* et *C. Furium Pacilum*, anni *Catoniani* 501. Et quidem, post mentionem *Atilii* et *Manlii*, redit rursus *Polybius* ad res gestas a *Caecilio*. Alieno quidem *loco*, hoc tamen *consilio*, vt causam doceret, cur de classe restauranda sub *Atilio* demum et *Manlio* Coss. consilium inierint *Romani*, qui post cladem anni *Catoniani* 499. spem fere omnem de *Maris* Imperio sibi vendicando abiecisse videbantur. Ostendit enim, secundis *Caecilii Metelli* successibus imputandum, quod *proximi* Caecilio *Coss.* cum *classe* in *Siciliam* mitterentur. Quibus ita explicatis, tum demum redit ad Expeditionem *Atilii* et *Manlii*, subiungitque ea, quae dedimus, verba. Loquitur ergo de anno *Belli* XIV. *impleto*, cum noua illa classis in *Siciliam* mitteretur. Sic XIV. Belli annus is fuerit, quo *Consulatum* gessit *Caecilius Metellus*; non autem ille, quo rursus rem *maritimam* procurabant *proximi* Caecilio *successores*. Idem praeterea *Polybius* annum Belli XVIII. censet illum, quo nauale medium inter *Erycem* et *Panormum* occupauit *Amilcar Barcae*, pater *Annibalis*, dux *Carthaginiensium* primo illo Bello omnium celeberrimus. I. 56. Sed quibus demum *Coss.* locum illum occuparit *Amilcar*, id fateor illum non adeo clare explicasse. Non alios tamen, vt opinor, intellexit, quam qui fuissent, pro praedicto supputandi calculo, ab *Appio* XVIII. *L.* nempe *Caecilium Metellum* II. et *Numerium Fabium Buteonem*. Idque ex ipso arbitror colligi posse *Polybio*. Montem *Erycinum*, excepta Vrbe, a *Iunio Consule*, *Claudii Pulchri*, clade *Drepanitana* insignissimi, *collega*, insessum docet, anno proinde *Catoniano* 503. Proximis *Coss.* anni *Catoniani* 504. oram *Italiae* classe infestam habuit dux *Carthaginiensium*, *Carthalo*, vt e *Dione* docet *Zonaras*. *Nondum* ergo successorem acceperat *Amilcarem Barcae*. Proinde anno *exeunte*, vel proximo *ineunte*, venerit *Amilcar*, vt res gestae eius primae ad Consules *sequentes* anni *Catoniani* 505. referendae sint. Et sane gesta *Amilcaris Erycina* cum illa Epocha optime conueniunt, qualia describuntur a *Polybio*. Ait, illum cum *Romanis* prope *Panormum triennio* rem gessisse: πολλὰς καὶ ποικίλας ἀγῶνας συνεστήσατο κατὰ γῆν σχεδὸν ἐπὶ τρεῖς ἐνιαυτούς. I. 56. Ad annum scilicet *Catonianum*

num 508. Tum deinde *Vrbem* ipsam *Erycinam* occupat *Amilcar*, vbi δύο ἔτη πάλιν ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ διαγωνισαμένους idem agnoscit *Polybius*. I. 58. Ad *Consulatum* vsque *C. Lutatii* anno *Catoniano* 510. qui Bello *finem* imposuit. Vtrumque hoc spatium annorum *quinque* ambitu complectitur *Polybius*, quibus *Romani* a *mari* penitus abstinuerint ἔτη σχεδὸν ἤδη πέντε τῶν κατὰ θάλατταν πραγμάτων ὅλοσχερῶς ἀφεστηκότες. I. 59. Ad eundem nempe *Caii Lutatii* Consulatum. Non autem a *Claudii Pulchri* clade *nauali* calculum hunc deduxit *Polybius*, sed ab eo potius tempore, quo εἱρκτὴν occupauit *Amilcar*, et oram illam *Italiae* maritimam praedationibus infestam habuit. Id nempe volens, praedationibus illius *quinquennii* maritimis classem tamen nullam opposuisse *Romanos* ante Consulatum *C. Lutatii*, quo tandem intelligebant, de re summa viribus, non, vt antea, *pedestribus*, sed *maritimis*, esse decernendum. Estque sane *Polybius* de huiusmodi *classe* intelligendus. Consulat autem Lector et alia, quae de hac *Polybii* Chronologia Diss. X. de *Cycl.* §. 7. disseruimus. XXIII. tantum Belli annos numerant *Orosius* et *Eutropius*. Ab *Appii* nempe *Consulatu*, rebusque Bello *gestis* supputantes. Inde quoque manifestum est, ab initio *illo* partem anni XXIV. admodum *exiguam* in calculum veniisse.

49. *Caesaris* tempora *Bellis* turbulenta *Dictaturis* pariter ac *Consulatibus* designari solent. *Diuerso* tamen *Dictaturarum* calculo, qui certe obseruandus est, ne quem errorem faciat in hac omni *Chronologia*. Dictaturam *primam* hoc anno *exeunte* consecutus est, per *dies* duntaxat XI. huius anni *vltimos*. Hoc enim nomine *comitiis* praeerat, quibus ipse *Cos.* II. in *sequentem* annum renunciatus est. *Secundam* deinde eiusdem *Dictaturam Dio* ad annum refert *Catonianum* 705. *Varronianum* 707. Inde *Dictaturas* ad mortem *continuas* supputat *Dio*, vt *annus* ipse *caedis* ad *Dictaturam* spectarit quintam, idemque fuerit, anno illo *Catoniano* 708, *Varroniano* 710. vtriusque *numerus* tam *Consulatus*, quam *Dictaturae*, nempe *quinarius*. Sunt tamen e *contra* testes minime spernendi, et *Dione* ipso *antiquiores*, qui *Dictaturam Caesaris* supremam quartam tantummodo, non quintam, numerant. Ita lapis *Colotianus*. Ita Fasti *Capitolini* in *Ouatione Caesaris* e *monte Albano*, quam anni Caesaris *vltimi* fuisse agnoscit ipse *Dio*. Sic *Caesar* ipse in *Edicto* apud *Iosephum*, quo Δικτάτωρ τὸ τέταρτον, ὕπατος τὸ ε'. appellatur. Sic item Auctor Belli *Hispanici* ipsi *Caesari* coaeuus, qui in procinctu Expeditionis *Hispanicae* (quae anni erat *Catoniani* 707. *Varroniani* 709.) *Caesarem Dictatorem* III. *designatum* IV. duntaxat agnoscit, anno nempe *Caesaris penultimo*. Nescio porro, annon eodem referri possint verba *Dionis* de honoribus in *Caesarem* anno *Catoniano* 705. *Varroniano* 707. collatis: Ὕπατός τε ἔτη πέντε ἐφεξῆς γενέσθαι, καὶ Δικτάτωρ ἐκ εἰς ἔκμηνον, ἀλλ' εἰς ἐνιαυτὸν ὅλον, λεχθῆναι ἔλαβε. L. XLII. p. 219. Si nempe ab *eodem anno* coeperit *quinquennis* ille *Consulatus* et *annua Dictatura*. Nam ab anno certe *Catoniano*

706. *Varroniano* 708. *continui* erant *Caesaris Consulatus.* Inde ergo si processerit secunda illius *Dictatura*; necesse erit, vt *Dictaturam quartam* superare non potuerit. Inde autem *coepisse* illam oportuit, si quidem *communem* habuerit cum *continuis* eiusdem *Consulatibus* originem. Nec enim anno praecedenti *Catoniano* 705. *Varroniano* 707. locum vllus potuit habere *Caesaris Consulatus.* Is enim, si quis fuisset, *nomen anno* non dedissent *Consules priuati*, anno demum *exeunte* honorem adepti. *Eponymi* enim erant *Consules* non *suffecti*, sed *Ordinarii*, qui *primos* in anno fasces *Consulares* gesserant. Nec *Principes* alio, quam *Ordinario Consulatu* vsos legimus, postquam *Imperium* adepti essent. *Primi* ergo erant, quorum *nomina* in Fastis legimus, *huius* anni *Consules.* Nec adeo *priorem* aliquem *Consulatum* delibauerat *Caesar* his ipsis *Consulibus*, quorum honorem ad anni *exitum* dilatum fuisse testatur ipse *Dio.* Nec adeo *Dictaturam*, si quidem *eiusdem* fuerit *Senatusconsulti* cum *quinquenni Consulatu annua* illa *Dictatura.* Sunt autem vicissim, quae pro *Dione* pugnent, alia, quae nec ipsa facile spernenda sint, e *re ipsa* petita Argumenta. Tale illud inprimis, quod nisi *Dictaturam annuam Caesar* anni *initio* iniuisset, Magistratus *annuus*, pro *maxima* anni *parte*, nullus fuisset, quo res illius anni gestae in Fastis designarentur, cum anni demum *exitu* inirent *Consules Ordinarii.* Illud praeterea, quod, confecto Bello *Africano*, anno *Catoniano* 706. *Varroniano* 708. *triumphum Caesari* decreuerit Senatus μετὰ ῥαβδούχων τῶν τότε αὐτῷ συνόντων, καὶ ἑτέρων, ὅσοις ἐν τῇ πρώτῃ Δικτατωρίᾳ ἐκέχρητο, ἄλλων τε αὖ, ὅσους ἐν τῇ δευτέρᾳ ἐσχήκει. Sic enim hoc ipso anno *Dio*, non e *suis*, vt alia, *ratiociniis*; sed ex ipso potius *Senatusconsulto.* *Trium* hic *Dictaturarum* mentionem esse manifestum est, qui *numerus* hoc anno constare non potest, nisi pro rationibus *Dionis.* Sic fuerint in *triumpho* lictores LXXII. quorum *numerus* erat apud Populum inuidiosissimus. Sic enim postea: Ὅτε γὰρ ἀριθμὸς ὁ τῶν ῥαβδούχων ἐπαχθέστατον σφίσιν ὄχλον, ἅτε μήπω πρότερον τοσούτους ἅμα ἑωρακόσι, παρέσχε. Erat enim *lictorum* apparatus admodum odiosus. Sic in 2. *Decemuirorum* anno inuidiam creavit numerus *lictorum* CXX, cum *singuli* sibi *duodenos* adsciscerent. Sic item [12] *Fabii Ambusti* filiae, *Patriciae* quidem ipsi, sed *Plebeio* nuptae, *odium* creabant *lictores Patricii* mariti, cui soror fuerat in matrimonium collocata. Denique et illud, quod in causa *Caesaris* quasi nouum ipsi exprobratum fuerit, quod *Dictaturam* extra *Italiam* suscepisset. Haec enim nota ad secundam *Dictaturam* spectat, quam *Alexandriae* iniuit, decretam scilicet post victoriam *Pharsalicam* anni *Catoniani* 704. *Varroniani* 706. Hoc ipso anno, qui sequebatur, quo *Alexandriae* erat, *iniuisse* obseruauit *Dio.* Ὁ Καῖσαρ τὴν Δικτατωρίαν παραχρῆμα, inquit, (καίπερ ἔξω τῆς Ἰταλίας ὤν) ὑπέστη. Sic et in anni fine: Ταῦτα ἐν ἐκείνῳ τῷ ἔτει, ἐν ᾧ Δικτάτωρ μὲν ὄντως αὐτὸς τὸ δεύτερον ἦρξεν, ὕπατοι δὲ ἐπ' ἐξόδῳ αὐτῷ ἀποδειχθέντες, ὅ, τε Καλῆνος καὶ

12 *Liv.* VI. 34.

καὶ ὁ Οὐατίνιος, ἐλέγοντο εἶναι, ἐποίησε. Cum *Dictatorem* ὄντως appellat, id scilicet innuit, *veram* anni ἐπωνυμίαν non fuisse penes *Consules*, sed *Caesarem*, propter *numerum Dictaturae.* Duae illae nota *Dictaturam* huius anni *veram* fuisse confirmant, quod fuerint a *more* receptissimo *Dictaturarum* alienae, quod *inita* fuerit extra *Italiam*, et quod *maximae* anni parti *nomen* dederit. Fidem alioqui detracturae, si vlla fuisset alioqui vel leuissima de *Facto* suspicio. Fauet praeterea *Dioni Liuius* in *Epitome* CXII. cuius illa verba sunt: *Caesar Dictator creatus Cleopatram in regnum Aegypti reduxit.* Quae certe nequeunt de *anno* alio, quam *Catoniano* 705. *Varroniano* 707. intelligi, quo *Caesar* erat in *Aegypto.* Favet *Plutarchus*, qui sic habet in *Caesare*: [13] Ἐκ τούτου διαβαλὼν εἰς Ἰταλίαν, ἀνέβαινεν εἰς Ῥώμην, τῷ μὲν ἐνιαυτῷ καταστρέφοντος, εἰς ὃν ἤρχετο Δικτάτωρ τὸ δεύτερον, ᾗδέποτε τῆς ἀρχῆς ἐκείνης πρότερον ἐνιαυσίᾳ γενομένης. Εἰς δὲ τέτταρα ὕπατος ἀπεδείχθη. *Situm* Dictaturae *secundae* eundem plane describit cum *Dione.* Vt nempe tum ad *exitum* peruenerit, cum ipse *Romam* rediret *Caesar* ex *Aegypto*, et cum *nouum* iniret *Consulatum.* Nec aliter de hac *secunda Dictatura* [14] *Iosephus.* Edictum enim *Caesaris* habet *Sidoniis* inscriptum in fauorem *Iudaeorum*, in quo Δικτάτωρ τὸ δεύτερον inscribitur. Hoc ipso certe *anno*, quo rediit ex *Alexandria*, et memoria recenti beneficii ab *Antipatro* accepti, cum periclitaretur in *Aegypto.* Sic ergo constat, *secundam* hanc *Caesaris Dictaturam* illos etiam agnoscere, et pro *secunda* numerare, qui *Dictaturas* illius in vniuersum *plures*, quam *quatuor*, non agnoscunt. Nihil ergo est, cur suspicemur, *male* calculum in *Dictaturarum numero* posuisse *Dionem. Conciliandus* erit ergo cum aliter loquentibus potius, quam *refutandus.* Et quidem duplicem video conciliandi methodum. Alia est, vt *quatuor* tantummodo numeratae fuerint a nonnullis propterea *Dictaturae*, quod *quatuor* fuerint reuera *Dictaturae* annorum *Eponymae.* Sic enim *prima*, quae anni *fine*, et paucorum tantummodo *dierum*, in calculum venire non debuit. Recte ergo *Plutarchus* secundam *Dictaturam primam* fuisse ἐνιαυσίαν obseruavit, quarum solarum ratio habenda erat in Fastis *Annalium.* Sic enim *Plutarchus*, vel saltem *Plutarchi Auctor*, intelligendus est. Non vt *annuarum Dictaturarum prima* fuerit, (cum tot *annuas Dictaturas Caesare antiquiores* in his ipsis Fastis nos ipsi obseruauerimus) sed quod *earum* prima fuerit, quas gessit ipse *Caesar annuas.* Et sane *certiores* erant in horum temporum *Annalibus*, quae ab annuis illius *Dictaturis* petebantur, notae, quam a *collegiis Consularibus*, quae nulla erant *secunda* Caesaris *Dictatura*, praeterquam in *anni Consularis* fine. Ad *decennem* praeterea *Caesaris Dictaturam* spectabant numeri illi *vno* pauciores, a Senatu decretam, quae a *secunda* demum *Dictatura* inibant, non autem a *prima.* Spectat huc numus Argenteus *Mediobarbi*, ita inscriptus: DIC. ITER. COS. III. Est enim *secundus* decennis Dictaturae *annus*, qui

13 P. 731. 14 Ant. XIV. 17.

qui cum *Conſulatu* eiuſdem III committitur. Similis eſt alius eiusdem praeſtantiſſimi collectoris nummus Aureus, in cuius facie altera legimus: CAESAR DIC. QVART. altera COS. QVINT. Sunt et alii vice verſa nummi apud eundem *Mediobarbum*, in quibus *pares* inuicem committuntur numeri *Dictaturarum Caeſaris* atque *Conſulatuum*, IV. nempe *Dictaturae* cum IV. *Conſulatu*. Non eſt ergo, cur hanc diſcordiam miremur in *Auctoribus*, quae eadem occurrit in *coaeuis* monumentis. Eſt et alia praeterea ratio, quod V. *Caeſaris Conſulatu* poſt victoriam *Mundenſem Dictatura* illius *noua* inierit *Perpetua*, ſeu διὰ βίου, quae *numeris* non erat amplius diſtinguenda. Et ſane in *nummis* illius *Conſulatu* V. inſignitis *prima Dictaturae Perpetuae* occurrit mentio. Quae quoties occurrit, nullum deinde *Dictaturae numerum* habemus. Vel inde diſcimus, ſi *diutius* vixiſſet *Caeſar*, non deinceps *Dictaturarum numero*, ſed *Conſulatuum*, annos fuiſſe internoſcendos. Ad *decimi* ſaltem *Conſulatus* finem, qui iam *antea* fuerat a *Senatu* decretus. Ita neceſſe eſſet, vt *Dictaturarum* numeri *nulli* vltra annum *Catonianum* 707. *Varronianum* 709. fuerint proceſſuri, ſi quidem *Caeſar*, quod non fecit tamen, multos deinceps annos ſuperfuiſſet. Fecit autem tam *diuerſus* ille *calculus*, vt incerta admodum habenda ſit, quae per *Dictaturas* inſtituitur, *Chronologia*. Plane tamen neceſſaria, cum *nulli* eſſent in Republica *Conſules*, qui anno nomen darent. Frequentiorem tamen illum calculum fuiſſe puto, qui *primam* quoque, vtcunque breuem, *Dictaturam* ad rationes accedere patiebatur. Sic autem, vt vltra *Dictaturam* ab illo initio *quartam* non facile progrederetur, anni *Catoniani* 707. *Varroniani* 709. quod nulli in *Perpetua Dictatura* eſſent deinde *numeri*, vt e tot *nummis* ea *Dictatura* inſignitis manifeſtum eſt. *Sic* itaque numerandum, quoties ratio nulla occurrit, cur *aliter* calculus inſtituatur.

45. Hinc incipiunt anni *Iuliani*. Quae deinde ſequebantur *Anomaliae*, Pontificum *imperitiae* imputandae ſunt, qui *veras* anni *Iuliani* rationes non intelligebant. Cum enim *quadriennio* quoque *ſolido* diem *vnum* intercalandum eſſe didiciſſent, *quadriennia* pro *Graecis* τετραετηρίσιν habent, quae *quarto* quoque *anno ineunte* redibant. Sic tamen, vt *triennia* tantummodo *ſolida* complecterentur. Ita factum, vt annis XXXVI (quibus dies *Biſſextiles* IX duntaxat debebantur) *Biſſextos* XII. accenſuerint. Hanc labem vt ſanaret *Auguſtus*, *duodecenni* ſequenti (cui *tres* debebantur *Biſſexti*) *Biſſextum nullum* intercalauit. Hinc ergo literas *Dominicales* annis ante *Chriſtum* appoſuimus. Vt nempe intelligatur, quibus demum *gradibus* a *veris* anni *Iuliani* rationibus diſceſſerint *Pontifices*, et vice verſa, quibus in *concordiam* redierint cum *Kalendario* noſtro *Iuliano*.

EX OFFICINA SAALBACHIA.

Università di Venezia
BIBLIOTECA DI ARCHEOLOGIA
Ino. N. 5013 D.18
Collocazione

BIBLIOTECA DE AGRICULTURA

